UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive// Canonicvm, Libri Qvatvor

**Lancellotti, Giovanni Paolo**

**Basileae, 1566**

urn:nbn:de:hbz:466:1-61756

Visual Library

b
465

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 4765.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. II
36:7

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INSTITVTIONVM

# AD VNIVERSVM IVS PONTIFICIVM, SIVE CANONICVM, LIBRI QVATVOR,

A

*IO. PAVLO LANCELOTTO*
*Peruſino Iuriſconſulto & Anteceſſore conſcripti,*

Nunc autem primum annotatis in marginibus locis, atque fontibus, vnde ſumpti & eruti ſunt, illuſtrati
per
LVDOVICVM ALFERIVM CORtonenſem, I. V. Doctorem:

Quibus
INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI libros IIII.

Ad Coll. Soc.tis Jesu Paderb. aº 1617 ex testam. J. Mohr. Synd. ibid.

M. ANTONIO CVCCHO IVRISCONSVLTO authore, propter argumenti ſimilitudinem adiecimus,

*Vnà cum* INDICIBVS *locupletiſsimis & fideliſsimis.*




BASILEAE, M. D. LXVI.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# LVDOVICVS AL-FERIVS IVRIS VTRIVSQVE DOCTOR, DOM. IOANNI FICHARDO Iuriſconſulto, Patritio & Decurioni Francofurtenſi, S. D.

*MARCVS Cicero ad Trebatium ſcribit, Ius Ciuile ex libris cognoſci non poſſe, ſed interprete opus eſſe, qui rebus obſcuris lumen afferat. Idem de Iure Pontificio dictum puta, ne genere coniuncta diſpertias. Quod cùm Io. Paulus Lancelottus probè meminiſſet, & iam cùm plures annos Anteceſſor primæ claſſis Peruſiæ doceat, has Inſtitutiones ad Ius Pontificium, quod idem Ius Canonicum appellare licet, princeps edidit: munus certè quidem omnibus Iuris candidatis tam nouitate ipſa iucundiſſimum, quàm neceßitate gratißimum. Vtrunq; profectò ſapienter, feliciterq́; præſtitiſſe mihi videtur, qui non modò viuens voce illa ſenſuum animi beata interprete, & efficaci proſit, ſed mortuus etiam monumenta, quæ literis mandaſſet, Iuris ſtudioſis commodùm ſit relicturus. Atq; vt ille idem Cicero Topica, imitatione Ariſtotelis, qui vnus ex omnibus, qui ſtudio ſapientiæ deditì fuerunt, earum rerum, quarum ars nondum fuiſſet, artis effector ſummus fuiſſe putatur, ad Ius Ciuile notata Trebatio Iureconſulto miſit: ſic Lancelottus hanc methodum confecit, atq; hæc in iure Pontificio veſtigia impreſſit, quibus ſi Lector paulũ attentus inſiſtat, facile per ſe omnia*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

conſequetur, vt certè intelligat. Nam vt iuris omnis cõiectionem in perſonas, in res, in obligationes ſiue actiones, taceam, atque his tribus generibus ratione & arte diſtinguendis, partes omnes, quæ ſui generis cõmunione tenerentur, forma autem diſsiderent, ritè deſcriptas, quorum iuris verborum iuſtæ, & (vt ita dicam) Logicæ definitiones, quas Græci horiſmos nominant, eſſe non poterant (Ius enim Romanum aliqua ex parte opinionibus, & inſtitutis tenetur, nec id in iure ſolùm, quod propriè Ciuile appellatur, ſed in reliquis etiam artibus vſitatum eſt, quarum fundamentum veritatem eſſe doctiſsimi homines audenter negant, vt aut nullas, aut certè paucas definitiones eruamus) eorum aut notationes, quas iidem Græci etymologias vocant, aut demonſtrationes, quas Græci modò typos, modò hypographas dicũt, adeò planas et ad captum tyronum factas, adeóq; iucundæ breuitatis tradidit ipſe Lancelottus, vt quanvis ſolus compendio multa verba facere videatur, vulgo tamen tota vis, ac natura iuris & conſtituti & naturalis, vt Plautino verbo vtar, facilè diſpaleſcat. Atq; vt paucis rem colligam, Pontificum faſtos ita feſtos, & feſtiuos reddidit, vt eorum Reſponſa, Conciliorum Decreta, Extravagantes, Clementinas, Epiſtolas Decretales, vnóq; verbo Canones, nunc Lancelotti beneficio in aliquam artis ſpeciem redactos non ſine voluptate legamus. Atque ita vt ſanos à ſcribendo deterreat, ineptis fortaſſe dux fuerit, qui viam ad ius Pontificium quanvis rectè munitam, opere tamen ſectili & teſſellato ſternere affectent. At ducem ſecutus eſt Gaium. metui, ne Gallonium dicerent. Nam vt ille iuris, id eſt, artis boni & æqui, ac Ciuilis ſapientiæ conditor, ſic hic ſaporum atq; adeo iuris nigri condîtor longè ſagaciſsimus fuit. Dij malè iſtorum linguæ procacitatem perdant, qui quod aliys laudi

laudi tribuunt, in vno Lancelotto faſtidiunt, & (ſi Dijs placet) cauillantur, quaſi virtus & vitium nõ in rebus inſit, vt Hieronymus pro ſe ſcribit, ſed cum authore mutetur. Quis enim in Theophilo & Dorotheo Anteceſſoribus, quis in Tribuniano ex queſtre Gaij imitationẽ vnquã reprobauit? quibus honores diuinos ob iuris, ac legum repetitam memoriam in omnibus (vt vocant) Academijs libenter habemus. Quis enim noſtrum Iuſtineanea vnaquaque hebdomade cælitum cultu non celebrat, propter ipſam, quam manibus terimus, iuris compilationem? Ac quemadmodum Polycletus pictor Græciæ prædicatione eximius, ſolus artem pingendi, ſi Plinio credimus, artis opere fecit: ſic hic noſter non vmbraticus legum Doctor, iuris ſapientiam multo vſu, atq; memoria partam, è foro in ſcholas meliorem & certiorem deduxit: ex quo illud veteris Poetæ,

Uſus me genuit,

vt hæc (mea quidem ſententia) ſola ars ſit, vel nulla ſit alia, qua ius notari poſsit & tradi. Ille nimirum in munere Anteceſſorio Peruſiæ, Patauij, ac propè vbiq; gentium iam triginta ab hinc annos præclariſsimè verſatur, vt Theophilus, ac Dorotheus & viri illuſtres, & Anteceſſores Berytenſi gymnaſio non maiori ornamento, ac vtilitati fuerint. Tanta porro auditorum nobilitate Peruſiæ ius profitetur, vt minùs mirer ipſe legens vnum quempiam ex Hiſpania Titi Liuij videndi gratia Romam petijſſe, qui nobiliſsimos quoque Hiſpanos, Gallos, Germanos, & penitus toto diuiſos orbe Britannos in Italiam ad hũc magiſtrum, vnde Pontificiam Ciuilemq; ſapientiam diſcerent, frequentes ventitare videam. Ita quem virum ad Italiæ ornamentum magis fatalem ſuſpicias, habes profectò neminem. Nam patriæ ſe non ſolùm egregium ciuem, ſed etiam innumeros

ſui ſimiles omnibus propetenim gignere atque omnis ſapien-
tiæ, tanquam epulis alere, cuius tandē ingenij & virtutis
fuit? Ille idem ſic fori interpretatione clarus, & charus conſul-
toribus fuit, vt hoc quoque nomine Gaio conſultiſsimo nihil con-
cedere videatur. Atq; hîc vt aliqua Lancelotti maiore gloria
æmulos feriam, qui tantùm animi gratia in omnes bonos convi-
tia perquàm meditatè tenent, quiq́; vt Plautus ait, omnibus
malo ſunt, nulli bono vſui, veriùs fortaſſe, quàm tempeſtiuiùs di-
cam, hoc opus, ſi quis & res Pōtificiæ notioni ſubiectas ſpectarit,
& ſolertiā tandē eaſdē rectè & ordine enucleantis, & diſcentiū
compendium, pertrita maiorum via, multo rectiùs viderit, tan-
to excellentiùs iudicabit, quantò res diuinæ humanis præſtant:
tantoq́; ſubtiliore artificio confectum, quātò rebus diuinis quàm
humanis ritè explicandis ingenio maiore & induſtria opus eſt.
In Gaij Inſtitutionibus ius Ciuile & idem humanum conſi-
gnatur, in his autem Pontificium idemq́; diuinum. In his maio-
rem artis ſpeciem, quàm in Gaij libris elucere, vel rerum ordo
atque diuiſionum & definitionum breues & acutæ rationes de-
monſtrant. Ex quo Lancelottus ſine controuerſia certior
dux iuris candidatorum, quàm Gaius habendus eſt, non quia
Gaio ingenium defuerit, ſed ei non id fuit negotium, vt legibus
Dialecticorum & tanquam religione obſtrictus Ciuilia iu-
ra definiret. Deinde Lancelotto, quod poſteritatis ſingulare eſt
bonum, vt priorum exemplo ſapere diſcant, nonnihil fortaſſe
adiumento fuit. Nempe quæ non optima ſunt, aliquo tamen mo
do emendari poſſe, non ſolùm, quæ bona ſunt, arte etiam meliora
ſæpe fieri. Quid Lancelottum ſic noto ingenio præditum, & indi
cio elegantiſsimo hominem in aliorum inventis oſcitaſſe putes?
Vetus ſanè verbum huius opere magis quàm ſermone compro-

batum

batum video, Poſteriora ſapientiora eſſe. Iam verò ſi de dignitate vtriuſq; Inſtitutionum et authoritate quærimus, quis dubitet, Lancelotti monumenta Caij Inſtitutionum libris & Codicibus anteponenda videri, vel de plano pronuntiare? nempe illi Pontifex Maximus Inſtitutionum compilationem imperauit, authorq; fuit, quæ in Buleuterio Romano ab illuſtribus Criticis à Pontifice datis ſimul lecta & probatæ ſunt, imò etiam laudatæ: adeò clara Operis præſtantia omnibus placuit: Tribuniano autem Iuſtinianus authoritatem accommodauit tantò Pontifice inferior, quantò ius in animos hominũ (quod Deus ſolis antiſtitibus, quos ſibi legaſſet, dedit) ſanctius eſt et auguſtius, quàm in corpora ciuium & fortunas imperium, quod populus in Cæſarem lege Regia tranſtulit. Huic magiſtro dum Iuris & iuſtitiæ ſtudium conſector, iam quatuor annos operam dedi: quo profectu non dico, aſſiduitate certè, quanta potui maxima, ſeni auſcultaſſe me non inficior. Simul & ingenuè cõfiteor, quantulacunque facultate ſum, & reis patrocinandi, & conſultoribus cauendi, eam vnius Lancelotti voce & literis effloruiſſe. Illud verè dicunt, quòd & bonis viris, & illis acutis, qui officiorũ gradus ſapientum trutina expendunt, cunctis inter ſe conſtare video, Parentes ſecundum deos cuiq; colendos eſſe, atque iiſdem placere hos duplices eſſe, alteros corporum, alteros autem animorum. Reipublicæ tamen multò vtiliores & honeſtiores eſſe animorum parentes & virtutum. A natura quidem, vt eos, qui nos procrearunt, amemus, facilè ducimur: ſed à virtute ad eos, qui nos erudierunt, diligẽdos impellimur. Nos patribus natura conciliat, ſed virtus magiſtris, quæ potentior eſt ad pietatẽ impultrix. At ſpiritum & vitam à patribus habemus. quis negat? Fecerũt illi quidem, vt viuamus: ſed, vt bene viuamus, magiſtri.

Deinde illa vita dubia, fluxa, caducaq́ per ſe eſt: virtutem autem, quæ ipſa per ſe ſua ſponte recta & laudabilis eſt, & ſine qua nihil honeſtum ducimus, doctor in diſcipuli mente inſerit, & ad ſummum perducit, ita vt ei faciliter nomen mutet, faciatq́ ex agreſti ciuilem, ex infante eloquentem, & ſi fas eſt dicere, ex homine quendam Deum: ſi quidem verum eſt, homini cum Deo cognationem eſſe, ex quo Plato nos Deorum gentiles iure optimo appellat. Qui igitur homines ad diuini ac humani iuris ſcientiam informant, ſoli inter homines beati putandi ſunt, & eò magis, quò cuiq́ ingenuè educto ſui educatores, ſui magiſtri atque doctores reliquis gratiores eſſe ſolent. Quin & ipſe locus, quanvis mutus, in quo quis altus, aut doctus fuerit, eidem virtutis acceptæ memoria periucundus, pérque dulcis eſt. Iam vt filij hæreditates à patribus relictas cernant, diſcipuli certè à præceptorib. eruditionem capeſcunt, quæ orationis & rationis explicatio omni patrimonio præſtantior eſt & tutior: quandoquidem in ipſa patrimonia violentia fortunæ ius habet maximum, at doctoris beneficia, quæ vera ſunt, & ſola animi bona, nobis à fortuna eripi non poſſunt. Hæc, inquam, ſola noſtra ſunt, illa verò fortunæ munera vix eſt vt quiſquam iure ſua putet, quæ auferri poſſunt. Quamobrem præceptoribus, à quibus virtutem accepimus, vt Decij patriæ, ſic nos totos devouere debemus. Siccíne igitur mihi ſemper ingrato viuendum atque adeò moriendum? nihílne tandem adverſus Lancelottum tanta eruditione, tanta morum ſuauitate magiſtrum pius ero, quem non multo ſecùs ac Deum, diligere & amare debeo? Si verò is non planè ingratus habetur, qui memor eſt, quiq́ licet beneficio vincere nequeat, aliquod tamen voluntatis egregiæ pignus amico opponat, vt ſe beneficio non indignum oſtendat, à pietate (quæ virtutum

omnium eſt fundamentum) non planè nudi videmur. hoc enim vel docti mihi aſſentiuntur, ingratum eſſe, cui non tam poteſtas dandi beneficij, quàm voluntas deſit. Ea gratia ipſe, qui Gratijs otium noſtrum probatum velim, ad præceptoris Inſtitutiones Pontificias Notas ſcripſi, quibus fontes, vnde illas hauſiſſet, tyronibus in iure Canonico indicarem, & iiſdem rebus, quas ab ore docentis excepiſſem, fidem eius ſcriptis facerem: vt qui in animo noſtro tāquam agro ſeuiſſet, ei viuo fructus debitos metendi poteſtas eſſet. Cæterùm mihi æquè mæſto, vt quaſi dies dicta ſit (eſt enim in lectoris, vel potiùs iudicis manus cadendum) & eò diu multumq; reputāti, quem potiſſimùm Inſtitutionibus, et iis ad ipſas Notis patronum aut defenſorem adoptarem, nemo te (mihi crede) neque ad opitulandum propenſior, neque dignior eſt viſus, cuius ingenio & fide aperti & ſimplices veritatis amatores, non modò ſuſtententur, ſed etiam ornētur, quòd iuris Ciuilis prudentiam, iuriſq; Pontificij ſapientiam apprimè doctus eſſes & expertus, quodq; Ciuitati Francofurtenſi præ cæteris bene moratæ (nam Francones Germanorum humaniſſimos, optimeq; à natura conſtitutos eſſe perhibent) iſtius ingenij & diſciplinæ bona fruenda dediſſes, ita vt facilè nomen boni viri iuſtitia colenda invenires, & Decurionatus honorem ſuffragijs omnium conſequerêre. Sed veritas, etſi magnam vim habeat, tamen neſcio quo modo alicuius potentioris auſpicijs probata, faciliùs in lucem emergit, ac ſuum decus tali præſidio obtinet. Atq; hoc munus tibi me ſponte dedicantem, D. Io. Baptiſta Ziletus, propter quem vnum Venetiæ venuſtiores mihi videntur, ad hoc ipſum facilè impulit. Sed quid ego authorem Ziletū dicam? quem quis non conſulit? qui vir bonus & Iuriſperitus omniū ſermone vſurpetur? Cuius peculiaris ingenij laudē ſi quæ-

rimus, ea in veterum Iuriſconſultorum, & noſtrorum iuris Romani interpretum ſenticoſis, & ſpinoſis monumentis repurgandis, quod adhuc noctes & dies molitur (clara res eſt) Iurecōſultorum ductu Germani tui, vt vides, & Galli, Hiſpani, Itali, populi denique omnes liberi, vel qui Romana arma nunquam ſenſerunt, tamen æquis animis reguntur, an ea ſine Zileto lucem vnquam vidiſſent? vt iam nihil ambigatur, quin cum illis ipſis, qui iura & leges condiderunt, tum præcipuè Zileto ſacratæ vetuſtatis reſtauratori politiam (quæ anima eſt omnis publicæ rei & priuatæ) acceptam referre debeamus, vt vetera non interpollare, ſed noua & quidem meliora facere videatur. Nam vt illi legibus vitam dederint, hic, me hercule, leges vetuſtate penè mortuas excitauit: quibus Aeſculapij ritu in Virbij perſona non vitam modò ſecundam dedit, ſed etiam famam vbique gentium peperit. Enimverò quanta illis renatis dignitas & lepor, quàm illuſtris gratia vigilijs Zileti & laboribus acceſsit: vt nūc primùm libri Iuris Ciuilis & Pontificij delectatione mirifica lectorem invenerint. Cuius viri induſtriæ fruēdæ gratia, vtinam Deus immortalis, qui animi ipſius vigor eſt planè viuidus, eundem & corporis perpetuò eſſe velit. Spes enim eſſet, nec ea fallax, veteris iuris authores breuì nitidiores & limatiores in hominum manus venturos. Hic ille eſt profectò, docte Ficharde, qui Operis tibi dicādi ſummus author fuit: ac ſi te Inſtitutionum præſtantia ad ſuam defenſionem minùs allicit, at Zileti tibi amiciſsimi fides, quam de te mihi dedit, & mea, quam Lācelotto, pro tua humanitate præſtanda eſt. quid pietas? ea ipſa nihil mouetur, cuius laudē in præceptore remunerādo non invidioſam (vt opinor) te duce & auſpice quærimus. quem cedo potiùs indoctis, à quibus tantùm metuimus, opponam, quàm doctum Fichardum?

chardum? Idcirco ſi homines gratos, ſi pios diligis & amas, hoc à te quæſo et oro, vt nouitati Operis ſibi deſtinati, omnem tuam curam, ac mentem deſtines, meq; velut liberalis artis cauſa (quoniam æqui & boni notitiam profitemur) quàm primùm aſſeras. Unum hoc ſi de te exoro, vindicias ſecũdum me à iudice vel Lycurgeo dederis. Ad extremum mihi certum eſt, fortuna reflante, Pontificis maximi vnum mihi reliquum numen inuocare: cùm Cæſaris ſtatuas vel impijs hominibus eius fidem implorãtibus ſaluti eſſe videamus, quid mihi pietatis viam ingreſſo Pontifex Maximus faciet? quid ne Lancelotto (cuius operis edundi ſuaſor & author fuit) indulgebit? ius ſuum ille negliget? iuris ſui illuſtratorem ſpernabitur? non puto. Imus igitur in lucem, imus pleni ſpei atque animi in certamen, tuis adeò auſpicijs, Ficharde, & Pontificis, Lancelotti ſeruati decus aut ambobus commune, aut alteri totum debituri. Tu tamen ante omnia cogita, rebus nouis fauore nouo opus eſſe. Ac niſi te ob eam ipſam cauſam de domino Zileto intelligerem, quòd ea per ſe ſua vi & honeſtate, nulla mercede propoſita expectanda ſit, aliàs defenſionis noſtri vtilitates & emolumenta more quidem magis, quàm mea ſponte numerarem: ſed beneficia, quæ in omnes confers, nec ponderas, vt modo dixi, nec fœneras. Sed quid tantopere de patroni honorario animum macero, qui virtutis fructum virtutem ipſam eſſe cenſetur? Ideoq; Inſtitutionum libros, & ad eos Notas, animi bona, iſto mi Ficharde animo æquiſſimo, vt cõfido, accipies. Tuere nos, & vale.

Venetijs VII. idus Februarij, M. D. LXIIII.

# PIO IIII. PONT. MAX.

## IO. PAVLVS LANCELOTTVS IVRECONSVLTVS PERVSINVS, S.

PONTIFICII Iuris Inſtitutiones proximis annis ſuperiorum Pontificum iuſſu & nos conſcripſimus, & ſummi viri caſtigarunt, quę quidem optandum ſanè erat, vt ijs in lucem prodirẽt authoribus, quorum mandato & ſcriptæ & recognitæ fuiſſent, vel ea ſaltem ratione quòd authores ipſi munera nobis gratiora, ac pretioſiora facere conſueuerint, & ſæpe nõ tam quid, quàm à quibus accipiant, homines ſoleant perpendere. Sed quando id vel ratio temporum, vel alia quæcunque cauſa fieri non ſinit, illud certè nulla ratione committi debet, vt Iuris ſcilicet Pontificij Inſtitutiones ſub alterius, quàm ipſius Pontificis nomine appareant, à quo Pontificia omnia iura emanant: velut enim ab Oceano deducta flumina in ipſum tãdem refluunt, ita hoc, quicquid eſt operis, quod totum de Romanorum Pontificum conſtitutionibus deriuatũ eſt, ad ipſum Romanum Põtificem, quaſi ad fontem, proprium redibit. Ad te autem eo iuſtiùs, quòd magnis alijs animi dotibus, quibus ad Põtificatum tibi aditum paraſti, exactiſsimam adiunxiſti Iuris huius cognitionem. Vnde perbellè nunc accidit, vt quæ facultas optimum te meliorẽ reddidit, & ad moderandam difficillimis temporibus Chriſtianã Rem-

pub.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

publ. inſtructiorem, eam nunc tu contrà, cùm Canonum conditor euaſeris, beneficium reponens meliorem Iis redditurus: cuius rei non dubia iam apparent indicia, cùm tam per te ſanctiſsimas in vrbe Conſtitutiones quotidie edere non deſiſtas, quàm Tridẽti ad reſtituendos antiquos Chriſtianorũ mores, atque extirpandas hereſes Vniuerſale cõcilium indixeris. Ex quo te præſidẽte indies emanant Decreta nõ minùs ſalubria, quàm ex his Synodis, quibus Innocentius, Alexander, Bonifacius, & Clemens prefuiſſe leguntur: que Iuris Pontificij, quod nunc tenemus, libros implent, ac quaſi corpus quoddam conſtituunt. Ad illa autem Inſtitutiones hæ noſtræ gradum fortè rudioribus facere poterunt. Accipies igitur eas placido ac benigno animo: nam ſi ita contingere ſenſerimus, ad alia promptiores reddemur, & alacriores. Deus opt. Max. te nobis diu incolumem, felicemq́ꝫ ſeruet.

Peruſia, Kal. Auguſti, M. D. LXIII.

# INDEX TITVLORVM, ET PRIMVM


PRIMI LIBRI,

j. De Iure Canonico.
ij. De Iure Diuino, Cóſuetudine, & Conſtitutionib.
iij. De Eccleſiaſticis Conſtitutionibus.
iiij. De iure Perſonarum.
v. De Epiſcopis, & ſummo Pontifice.
vj. De Electione.
vij. Qui eligere, eligíve poſſunt.
viij. De Poſtulatione.
ix. De Confirmatione Electionis.
x. De Conſecratione.
xj. De Receptione, & Authoritate Pallij.
xij. De Vita & honeſtate Prælatorum.
xiij. De Officio Archidiaconi.
xiiij. De Officio Archipresbyteri.
xv. De Officio Vicarij.
xvj. De Coadiutore.
xvij. De Corepiſcoporum vſu ſublato.
xviij. De Tranſlatione.
xix. De Renunciatione.
xx. De Depoſitione, ſeu Degradatione.
xxj. De Sacerdotibus in inferiori gradu conſtitutis.
xxij. De Ijs, qui in ſacris ſunt conſtituti.
xxiij. De Ijs, qui ſunt in minoribus ordinib. conſtituti.
xxiiij. Cómunia tam maiorum, quàm minorũ ordinũ.
xxv. Qui promoueri non poſſunt.
xxvj. De Præbendis, & alijs beneficijs.
xxvij. De Collationibus.
xxviij. De Inſtitutionibus, & Iure Patronatus.
xxix. De Clericis non reſidentibus.
xxx. De Regularibus, ac Monachis.

SECVNDI LIBRI,

j. De rerũ diuiſione, atq; illarum adminiſtratione.
ij. De Sacramentis.
iij. De Baptiſmo, & eius effectu.
iiij. De Sacramento Chriſmatis.
v. De Pœnitentijs, & Remiſſionibus.
vj. De Euchariſtia.
vij. De Extrema Vnctione.
viij. De Sacramento Ordinis.
ix. De Sacraméto Matrimonij.
x. De Sponſalibus.
xj. De Nuptijs.
xij. Quæ Matrimonium impedire poſſunt.
xiij. De Triplici cognatione.
xiiij. De Clandeſtina deſponſatione.
xv. Qui matrimoniũ accuſare poſſunt, vel contra illud teſtificari.


De

xvj. De Divortijs.
xvij. De Rebus ſacris, ſanctis, & religioſis.
xviij. De conſtruendis, conſecrãdis, & reparandis Eccleſijs, & Altaribus.
xix. De Vnionibus Eccleſiarum.
xx. De Immunitate Eccleſiarum, & ſubiectione.
xxj. De Cenſibus, Exactionibus, & Procurationib.
xxij. De Capellis Monachorum.
xxiij. De Religioſis domibus.
xxiiij. De Sepulturis.
xxv. De Canonica portione.
xxvj. De Decimis.
xxvij. De Rebus Eccleſię alienãdis, vel non.
xxviij. De Peculio Clericorum, Relictis, & Succeſsionibus eorum.

LIBRI TERTII,

j. De Iudicijs, & illorum diuiſione.
ij. De Procuratoribus.
iij. De Pactis, & Tranſactionibus.
iiij. De Arbitris.
v. De In ius vocando.
vj. De Dolo, & Cõtumacia, & in Poſſeſsionem miſſione.
vij. De Libelli conceptione, & oblatione.
viij. De Exceptionibus, & Replicationibus.
ix. De Mutuis petitionibus.
x. De Reſtitutione ſpoliatorum.
xj. De Litis conteſtatione.
xij. De Iuramẽto calumniæ.
xiij. Vt lite pendente nihil innouetur.
xiiij. De Probationibus.
xv. De Sententijs, & Re iudicata.
xvj. De Executione rei Iudicatæ.
xvij. De Appellationibus.
xviij. De Reſtitutione in integrum.

LIBRI QVARTI,

j. De Accuſationibus, Denunciationibus, & Inquiſitionibus.
ij. De Duplici Purgatione.
iij. De Simonia.
iiij. De Hæreticis, & Schiſmaticis, & Apoſtatis.
v. De Sortilegis, Maledicis, & Sacrilegis.
vj. De Furtis.
vij. De Vſuris.
viij. De Adulterijs, & alijs cõiunctionibus illicitis.
ix. De Crimine falſi.
x. De Homicidio.
xj. De Iniurijs, & Damno dato.
xij. De Eccleſiaſticis Cenſuris.
xiij. De Sententia Excommunicationis.
xiiij. De Eccleſiaſtico Interdicto.
xv. De Suſpenſione.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI LIBER PRIMVS INCIPIT.

## Io. Paulus Lancelottus I.C. Peruſinus, Iuris Pontificij Candidatis S.

## PROOEMIVM.

LIbros Iuris Pontificij diligenter intuētib. facilè apparebit eos ad quandam imitationem illorũ, qui in iure Ciuili extant, fuiſſe conſcriptos, atque digeſtos. Nam vt illi Romani Imperatoris, ſic hi Romani Pontificis authoritate potiſsimũ nitũtur, ac velut illi Romanorum Imperatorum conſtitutionibus, Senatus, aliorumq́; magiſtratuum placitis, & Iuriſconſultorum reſponſis conſtant, ſic in hos Pontificum itidem Romanorũ ſanctiones, ſacrorum conciliorum decreta, & ſanctiſsimorum virorum haud diſsimili ordine congeſtæ ſententiæ conſpiciuntur: quæ omnia tam pari poſtmodũ ſtudio poſteritas amplexa eſt, et tam eodem ſtylo interpretata, vt inter bonas artes nullæ prorſus ſint, quæ tanta ſimilitudine ſeſe inuicem contingant. Non parua hinc nos interdum cepit admiratio, quánam ratione contigerit, vt veluti Imperatorio nomine Cæſarei Iuris in certos libros redacta ſunt elementa, nõ ita etiam ad vſum ſtudioſæ iuuentutis ad ius Canonicum ab ipſis Pontificibus compoſitę Inſtitutiones reperiantur, cùm id, ſi, vt quidem nunc eſt, contemplemur, ædificij cuiuſdam referat ſpeciem ianuis atque omni propemodum aditu carentis, & vna hac tantùm diſsimilitudine à iure Ciuili ſeiũgatur. Accedit, quòd, cùm nemo ſit mortalium qui gloriæ cupidine non tangatur, hoc non ſine magna ſua laude facturi videbantur. Sed Veteribus quidem facilè id ignoſci poterit, in iaciendis & ſtruēdis huius Iuris fundamentis videlicet occupatis, & quaſi materiæ defectu impeditis: at Recentioribus, eius facultatis tractatibus ad iuſtum corpus excreſcētibus, Inſtitutiones inde elicere, & quaſi de rudi marmore ſtatuæ cuiuſdam effigiem ducere non difficile fuiſſet: & quæ noſtrorum eſt felicitas temporum, non modò in ea re illuſtrium vi



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rorum opera vti, verùm etiã per ſe id præſtare nonnulli potuiſſent. Sed & horum quidam vitæ breuitate, quidam multiplicium hęreſium, bellorumq́; tam ciuilium, quàm externorũ procellis facilè excuſari poſſunt. Quis enim in ſacri Apoſtolatus faſtigio vniuerſæ eccleſiæ præſidens, atq; orbem ipſum principum diſcordijs fluctuantẽ, bellorumq́; incendijs æſtuantẽ circumſpiciens, ad ocium literariũ variè agitatum animum facilè poſsit appellere? Sed hoc nos parũ aliquando perpendiſſe videri poſſumus. nam cùm in aula Romana difficillimis temporibus degeremus, de Inſtitutionibus Iuris Canonici Pontificio nomine conſcribendis, Iuſtiniani Imperatoris exẽplo, ipſi Romano Pontifici ſuggeſsimus: & quamvis minùs fortè oportunè, de his tamen conſcribendis ab eodem mandatũ accepimus, & quantum in nobis fuit, etiam expleuimus: ſiquidẽ intermiſſo ſuperioribus annis prælegendi ac patrocinandi munere, impẽsè operam dedimus, vt per nos huiuſmodi Inſtitutiones cõponerentur, quæ, vt Pontificio nomine exirent, non indignæ iudicarentur: quod quidem ex ſententia nobis ceſsiſſe, ita locupletiſsimum ſummorum virorum probauit teſtimonium, vt illæ iamiam de manu Pontificis in manus veſtras venturę crederẽtur. Sed vſqueadeò poſtmodũ, cùm Romæ ob eam vn[illegible]n rem diu fuiſſemus, ſupremæ manus impoſitio differebatur, vt qui grauiſsimis, ac multiplicib. vndique ad ſedem Apoſtolicã confluentibus negocijs admodum ſenem Pontificẽ, & natura ipſa (vt aiebant) valde cunctatorem diſtentũ fuiſſe ignorauerit, magnam illo tempore in curia rerum harum incuriam fuiſſe facilè ſuſpicari potuerit. Itaque diutiùs ſubſtinere non valentes in patriam conceſsimus, Pontifex paulò mox in fata. Sed hæc cõmentariolo ſufficiat nos aliquãdo fuiſſe cõplexos. Ergo ſi cui fortè audentiores viſi fuimus, qui tantam rem aggredi tam imbecilli auſi fuerimus, maximis authoribus, atque adeò mãdato ipſo Pontificio hanc temeritatis culpam redimere poſſumus: vel certè id nõ impunè tulimus, qui ob eam rem magnos labores, & impẽſas, atq; inuidorum obtrectationes, neſcio an dicã, fruſtrà ſubierimus, vtinam non amplius ſubituri. Sed hæc omnia æquiſsimo feremus animo, ſi, quod vehementer ſemper optauimus, noſtra hæc eiuſmodi ſit ſcriptio, quæ ſtudijs veſtris cõmoda videri poſsit: quod ſanè his temporibus futurum nõ deſperamus, quibus vt nonnullos fortè ſacroſancti Pontificij iuris ignoratione in errores aliquos, atq; hæreſes faciliùs prolabi

labi potuiſſe, ita nunc expeditiore q[?]dam eius tractatione nō tam facilè iuuenum hoc iure imbutos animos aberraturos veriſimiliter exiſtimare debemus. Vnde quamvis non iiſdem, quibus inchoatus fuit auſpicijs, liber hic noſter in lucē prodeat, in communi ſaltē periculo non fuiſſe nos ocioſos, ſed quoquo modo tuliſſe opē, iuuabit. Accipite igitur priuati quidem hominis, Pontificio tamen mandato ad ius Canonicū & ſcriptas, & caſtigatas Inſtitutiones: Cūq; eis nihil ſit cōprehenſum, quod (ni fallimur) ſacris Canonibus penitùs non conſentiat, ita exiſtimate, ſi de Pōtificis manu eas accepiſſetis, fuiſſe id perinde futurum, ac ſi vobis vaſis aureis, ac longè ſplendidiſsimis mēſis fuiſſent fercula ſubminiſtrata: nūc cùm de manu noſtra, ac ſi fictilibus illa quidem, atque exoticis: in ſapore tamen nullam fore differentiam.

## DE IVRE CANONICO,

### TITVLVS I.

*Diuiditur in tres partes. In prima ponit, unde dicatur Ius Canonicum. In ſecunda, quid ſit. In tertia, ex quibus conſtet. Partes patent. h. d.*

IVri Canonico daturū operā noſſe oportet, vnde talis denominatio deſcendat. Et q- dem Ius, generale eſt nomen: Canonicum verò, dicitur à verbo Græco κανὼν[a], qđ Latinè idem ſignificat, quod regula: vnde Ius Canonicū, Ius regulare non malè dixeris: quā denominationem ex eo accepit, quòd ex regulis priſcorum Patrum deductum fuerit. Eſt autem Ius Canonicum, quod ciuium actiones ad finem æternæ beatitudinis dirigit. Conſtat verò in primis id Ius diuinæ legis præceptis, conſuetudine, & conſtitutionibus: quæ ſingula qualia ſint, diligentiùs diſpiciamus.

a can. i. diſtin. iij.

## DE IVRE DIVINO, conſuetudine, & conſtitutionibus,

### TITVLVS II.

*Ius diuinum, eſt quod continetur in lege, & Euangelio, & eſt immutabile. h. d.*

IVs diuinum, eſt quod in lege continetur & Euangelio[b], atque immutabile ſemper permanet. Sunt[c] enim Legis & Euangelij præcepta, aut moralia, aut myſtica. Moralia præcepta nullam omninò mutabilitatem recipere poſſunt: Myſtica verò, etſi quantum ad ſuperficiē mu-

b diſtinct. 1. in ſum.

c can. fin. §. his itaq; diſtin. 6.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tata videantur, ſecundum moralem tamen intelligentiam nullam mutationem recepiſſe comperiuntur.

*Quid ſit conſuetudo, & unde duxerit originem, & quam uim habeat. h. d.*

Ius[a] conſuetudinis, poſt naturalem legem ſumpſit exordiũ, ex quo homines in vnum conuenientes cœperunt ſimul habitare: quod ex eo tempore factũ creditur, quo Cain ciuitatem ędificaſſe legitur. Eſt autẽ conſuetudo[b], Ius quoddã moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur: in ijs enim rebus, in quibus nihil certi diuina ſtatuit ſcriptura[c], mos populi Dei, & inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt: & ſicut præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores Eccleſiaſticarum conſuetudinum ſunt coërcendi.

a *can. fin. §. ius uerò cõſuetudinis. diſtin. 6.*

b *can. conſuetudo. 1. diſt.*

c *cano. in ijs rebus. 11. diſtin.*

*Praua conſuetudo non ligat. h. d.*

Hæc tamen de ea conſuetudine intelligere nos oportet[d], quę neq; diuino Iuri, neq; Canonicis contradicit inſtitutis: ſi quid autem contra fidem[e] Catholicã vſurpare dignoſcitur, non tam conſuetudo, quàm vetuſtas erroris eſt appellanda[f].

d *can. conſuetudinis. §. cũ uerò & can. ſeq. diſtin. 11.*

e *can. conſuetudinem. d. diſtin. 11.*

f *can. conſuetudo. 8. diſtinct.*

*Quid ſit conſtitutio, & quotuplex: &, ciuiles conſtitutiones, quæ non ſunt contra Euangelium & Canones, ſunt honorandæ, licet ipſis Eccleſia non ligetur.*

Conſtitutio[g] eſt lex ſcripta. Conſtitutionum[h] autẽ aliæ Ciuiles, aliæ Eccleſiaſticæ. Ciuiles ſunt, quas Princeps, aut Magiſtratus, aut populi ſibimetipſis ſanciunt: quæ quidem ſi Euangelicis atque Canonicis decretis non ſint contrariæ[i], ſunt omni reuerentia dignæ, atq; eis Eccleſia ſæpe contra hæreticos[k], contra tyrannos, & quoſcunq; prauos vtitur: alioquin nullius ſunt momẽti. quod vſqueadeò obtinet, vt etiãſi quid in eis ſtatutum fuerit, quod Eccleſiarum reſpiciat cõmodum, nullius firmitatis exiſtat, niſi ab Eccleſia fuerit comprobatum. Sed nos ad Eccleſiaſticas conſtitutiones ſtylum vertamus, earum originem, ſpecies, & authoritatẽ breuiter referentes.

g *can. conſtitutio. 2. diſtin.*

h *iij. diſtin. in ſum.*

i *gloſſ. pen. can. cùm ad uerã. 96. diſtin.*

k *can. 1. in ſi. & can. ſeq. diſtin. 10.*

## DE ECCLESIASTIcis conſtitutionibus,

### TITVLVS III.

*Canones quibus conſtent, & quotuplicia ſint Concilia, & quæ Concilia uniuerſalia.*

Canonum[l] quidem alij ſunt ſtatuta Conciliorũ, alij decreta Pontificum, aut dicta Sanctorum. Conciliorum verò alia ſunt vniuerſalia, alia prouincialia, alia verò Epiſcopalia. Vniuerſalia ſunt, quæ ſancti Patres ex vniuerſo orbe[m] in vnũ cõuenientes, iuxta fidẽ Euãgelicã & Apoſtolicam condiderunt.

l *cano. 2. §. porrò. diſt. 3.*

m *cano. 1. in princ. uerſ. ſub hoc. diſtin. 15.*

*Initium uniuerſalium Conciliorum celebrandorum poſt Apoſtolos cœpit temporibus Conſtantini: & ipſorum celebrandorum eſt apud ſedem Apoſtolicam authoritas.*

Quorum[n] celebrandorũ initium poſt ſanctiſsimos Apoſtolos

n *cano. 1. in prin. diſtin. 15.*

los à temporibus Conſtantini Magni cœpit: ipſe .n. primus, cùm feruente perſecutione docendarum plebium commoditas minimè daretur, Chriſtianis, vt liberè congregarentur, facultatē præſtitit. Legitima[a] verò Conciliorum vniuerſalium aggregandorum poteſtas, & authoritas eſt penes ſedem Apolicam: * quæ, ſi Romanus Pontifex intereſſe impediatur, vnū vel plures ſpeciales ad hoc legatos conſtituere ſolet.

a diſtin. 17. in ſum. in fin. et can. 1. & ſeq. d. diſt.

* quibus, fortè

*Quatuor ſunt principalia Concilia: Nicæ num, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, Calcedonenſe.*

Inter[b] cætera autem Concilia quatuor ſunt, quæ totā principaliter Chriſtianā fidem complectuntur, quaſi quatuor Euangelia: Nicæna Synodus ſcilicet, Conſtantinopolitana, Epheſina, & Calcedonenſis: in quibus velut in quadrato lapide ſanctę fidei ſtructura conſurgit.

b can. 1. §. inter cætera. & can. ſe. diſtin. 15.

*Inter diſcordātia Concilia proponitur ſententia eius qui eſt maioris authoritatis.*

Alia verò Concilia, quæ ductu ſancti Spiritus congregata & celebrata fuerint, proximū ab iſtis ſibi locum vendicant. Quòd ſi quādo inter ea diſcors ſententia inueniatur, illius ſententia magis eſt tenenda, cuius antiquior & maior eſt authoritas.

*Prouincialia Concilia quæ ſint, & quā authoritatem habeant.*

Prouincialia[c] Concilia ſunt, quę propter Eccleſiaſticas cauſas & altercationū ſedationes per ſingulas prouincias, conuocante Metropolitano Epiſcopo omnes prouinciales Epiſcopos, & cathedralium Eccleſiarum capitula, celebrari placuit. Hęc autem neq; diffiniēdi[d], neque generaliter cōſtituēdi vim aliquam habent: ſed tantùm curandi, vt id ſeruetur quod aliàs ſtatutum eſt, & quod generaliter, ſeu ſpecialiter obſeruari pręceptum eſt: licet interdum & quæ ab his rectè ſtatuta ſunt, etiam Catholica Eccleſia ſuſcipiat.

c diſtin. 17. per totum.

et can. propter. diſtin. 18.

d d. diſtinct. 18. in ſum.

*Quæ ſint Epiſcopalia concilia, & qui ipſis ligentur.*

Epiſcopalia cōcilia ſunt, quę Epiſcopus in ſua Diœceſi ſingulis annis[e] conuocat, dum inter ſuos Abbates, Presbyteros & Clericos cognoſcit. In ijs, ſi quid ab Epiſcopo ſtatutum fuerit, nec ſubditi extra Diœceſim conſtituti, neq; ignorantes (niſi ſit ignorantia ſupina) ligantur. Quamobrē paſtoralis officij cura poſtulat: vt, quæ in illis conſtituta fuerint, Epiſcopus ſuis plebibus nota facere nō omittat.

e can. pen. in palea; 18. diſtin. & cap ſicut olim. extrà, de accuſ.

*Decreta pontificum Romanorum æquipolent Decretis conciliorum.*

Decreta[f] quoq; Pontificum Romanorum Canonibus Conciliorum pari poteſtate exęquātur. Nam ſi id demū hodie probatur, quod ſedes Apoſtolica probauit, & quod illa repulit,

f can. 1. per totum. diſtinct. 19.

reijcitur: multò magis quæ ipſa ꝓ Catholica fide, pro ſacris dogmatibus diuerſo tempore ſcripſit, debent ab omnibus reuerenter recipi.

*Scripta Sanctorum non inſerta Iuri communi, ſecũdum, poſt decreta Pontificum Romanorum, locum obtinent.*

a *diſtinct. 20. per totum.* Alia[a] ſanè eſt cauſa eorum, quæ ſancti viri, vel ſacræ paginæ interpretes ſcripta reliquerunt: nam quæ ſacris canonib. interſerta comperiũtur, parem cum eis obtinẽt firmitatẽ, cætera verò poſt ſcita Põtificum authoritatẽ tenent: nã licet diuinarum ſcripturarum interpretes ſcientia Pontificibus interdum præcellant, quia tamen ſtatuendi poteſtate deſtituuntur, in ſcripturis quidem exponendis, illis quandoque præponuntur: in cauſis verò diffiniendis, ſecundum poſt eos locum habere merentur. Aliud eſt[b] enim cauſis terminum imponere, aliud ſcripturas diligenter interpretari, cùm in negocijs diffiniendis non ſolùm neceſſaria ſit ſcientia, verùm etiam poteſtas.

b *§. ſed aliud. in ſum. d. diſtinct. 20.*

*Ius Canonicũ uerſatur circa perſonas, res, & iudicia.*

Verſatur autem Ius Canonicum circa tria: circa Perſonas, Res, & Iudicia. Verùm quia poſteriora duo ad perſonas referũtur, videamus priùs de perſonis: parùm enim eſſet illa noſcere, ſi perſonę ignorentur: quarũ cauſa illa ipſa conſtituta ſunt, & per quas ea omnia adminiſtrantur.

## DE IVRE PERSONARUM,

### TITVLVS IIII.

*Chriſtianorum quidam ſunt laici, quidam clerici, & clericorum quidam ſunt in ſacerdotio conſtituti, quidã in ſacris non in ſacerdotio, quidam nec in ſacerdotio nec in ſacris.*

PErſonarũ[c] genera duo ſunt: vnum laicorum, alterum verò clericorum. Laici, qui & populares dici poſſunt, ſunt, quibus licet temporalia poſſidere, vxorẽ ducere, cauſas agere, inter virum & virum iudicare. Clerici ſunt, qui diuinis officijs mãcipati ſunt, & quos ab omni ſtrepitu ceſſare cõuenit. Videamus igitur de iis, qui diuinis officijs ſunt aſſcripti: nam ſi cognouerimus, quæ iſtę perſonę ſunt, ſimul etiam & qui laici ſint, intelligemus. Horum autem quidam ſunt in ſacerdotio, quidã in ſacris, quidã nec in ſacerdotio nec in ſacris. Rurſus, eorũ qui in ſacerdotio cõſtituti ſunt, quidã ſunt in altiore gradu vel ordine poſiti, quidã verò in inferiore. Videamus igitur primùm de his Sacerdotib. qui in altiore gradu poſiti ſunt, proximè de his qui in inferiore, ac ſubinde de his qui tãtùm in ſacris ordinib. cõſtituti ſunt, viſuri & demũ de his, qui nec in ſacerdotio nec in ſacris reperiuntur.

c *can. duo ſũt genera. 12. q. 1.*

De

## DE EPISCOPIS, ET ſummo Pontifice,

TITVLVS V.

*Epiſcoporum ordo eſt tripertitus, et Patriarchæ primum poſt Papam locum tenent.*

IN altiori gradu cõſtituti ſunt Epiſcopi. Eſt autem Epiſcoporum[a] ordo tripertitus: Alij enim ſunt Patriarchæ, ſiue Primates: Alij Archiepiſcopi: Alij ſimpliciter Epiſcopi. Patriarchę[b] ſunt, qui primum poſt Romanum Pontificem tenent locum: quales Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Hieroſolymitanus, Antiochenus. Appellantur autẽ Patriarchę, quia ſummo honore fungũtur, quaſi Patrum principes: vnde ob dignitatis excellentiam, & crucem[c] ijs deferre, & ab Epiſcopis, & Archiepiſcopis appellationes recipere iure permittitur.

a can. 1. uerſ. ordo. diſtin. 21.

b d can. 1. §. Patriarcha.

c can. antiquæ patriarchalium. ext. de priuileg.

*Archiepiſcopi ſunt præſules Epiſcoporum unius prouinciæ.*

Archiepiſcopi[d] ſunt vnius prouinciæ Epiſcoporum Principes, & Præſules. Prouincię ſiquidem[e] longo ante aduẽtum Chriſti tẽpore, maxima ex parte diuiſæ erãt: quę diuiſio poſtmodum ab Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus renouata eſt. Itaque vbi dudũ Primates erant ſeculi, noſtros Patriarchas vel Primates leges Eccleſiaſticę poni iuſſerunt. In ciuitatibus autem Metropolitanis, quæ minores Iudices habebãt, illi hodie præſunt, qui Metropolitanorum aut Archiepiſcoporum nomine deſignantur. Ad hos igitur inter ſuos ſuffraganeos cognoſcere, pertinet: à quibus tamen, ſi durius illi habiti & accepti fuerint, ad Primates, aut ſedem Apoſtolicam appellare poterunt.

d can. 1. diſti. 21.

e can. 1. diſt. 99.

*Epiſcopi ſunt, qui præſunt maioribus populis, et Latinè ſpeculatores appellari poſſunt, et magna eſt ipſorum in Eccleſia authoritas.*

Simpliciter autem Epiſcopi ſunt[f], qui maioribus Populis, & frequentioribus ciuitatibus præſunt. Ij ſpeculatores Latinè dici poſſunt: Epiſcopus enim, quaſi Speculator in Eccleſia prępoſitus eſt: Mores enim & vitam populorum infra ſe poſitorum ſpeculatur & perſpicit. Horum autem non modica in Eccleſia eſt authoritas: nam pręter ligandi ſoluendiq; poteſtatem & viſitandi diligentiam, ſoli ſacrum chriſma conficiunt[g], ſoli Dei altaria & Eccleſias cõſecrant, & pollutas repurgant, Clericos ordinant, ſuſpendunt & deponũt: ad hos pertinet excommunicatio, purgationis indictio, diſpẽſatio, ſolennis pœnitentiæ impoſitio.

f can. 1. §. epiſcopus. diſt. 21.

g can. 1. uerſ. ad epiſcop. diſtinct. 25. can. quãuis. diſtin. 68. et 26. q. 6. per totum.

*Quod inferiori conceditur, multò magis cõceditur et ſuperiori.*

Quod autem diximus prędicta ſolos Epiſcopos efficere poſſe, non eum habet intelle-

ctũ, quaſi Archiepiſcopi & Primates nõ eandem habeant poteſtatem: ſed, quòd presbyteris & cæteris inferioribus illa non conceduntur. Ridiculum enim eſſet cogitare, Epiſcopis illa quidem permitti, Archiepiſcopis & Primatibus, qui Epiſcopis præſunt, eadem denegari.

*Papa eſt ordinarius omnium ordinariorũ, et Eccleſiæ Romanæ omnes eccleſiæ ſubſunt.*

Sicut autem [a] Petrus Apoſtolus primus fuit Apoſtolorum, ita & Eccleſia ſuo nomine conſecrata, Domino inſtituẽte, prima eſt & caput cæterarum: & qui illi præeſt, cæteros Epiſcopos antecellit: vnde ad eam, tãquam ad Matrem [b] atque apicem, omnes maiores Eccleſiæ & Epiſcopi recurrunt: à qua, quaſi à quodã capite, dona, velut in corpus omne diffunduntur. Ipſa autem tãquàm omniũ magiſtra, celſiore ſede reſidens, à quoquam iudicari [c] non poterit. Quinimmò, velut tempore Noẽ omnes extra arcam poſiti, diluuij vaſtitate conſumpti ſunt: ſic extra Petri nauiculam conſtituti, ęternę damnationis fluctibus obruentur.

a *diſti. 21. per totum, & maximè ca. 2. & can. 11. diſt. 22. per totum.*

b *cap. antiqua. extrà, de priuileg.*

c *can. nunc autem. §. prima ſedes. d. diſtin. 21.*

## DE ELECTIONE,

### TITVLVS VI.

*Duobus modis creantur Epiſcopi.*

PRomouentur autem tam Epiſcopi, quàm prælati: cęteri, aut per electionem, aut per poſtulationem.

*Quid ſit electio, & quòd ad unũ, Ius eligendi habentes citari debent, aliàs nõn ualet electio: &, non citatus poteſt habere ratam electionem.*

Cæterùm, vt priùs de electione dicamus, Electio nihil aliud eſt [d], quàm hominis alicuius ad dignitatem, vel fraternam ſocietatem Canonicè facta vocatio: nam cùm viduatę prouidẽdum eſt Eccleſię, debent [e] cuncti, qui eligendi Ius habent, legitimè citari, vt electioni interſint. Quòd ſi vel in vnius perſona fuerit id omiſſum, irritam reddit electionem talis omiſſio [f]. Sæpè etenim reſcriptum eſt, magis hac in re vnius obeſſe contemptum, quàm multorum contradictionem [g]: planè, ſi is, qui citatus non fuerit, ratã adueniẽs habere velit electionem, confirmanda erit electio [h].

*Abſens poteſt uni de capitulo uotum ſuum demandare. h. d.*

Sed & ſi quis caſu aliquo ad electionem accedere fuerit impeditus, votum [i] ſuum vni, vel pluribus de capitulo demandare minimè prohibẽdus erit.

*Procurator ad eligendum non poteſt unum procuratorio, alium proprio nomine eligere, niſi habeat mandatum de eligenda certa perſona.*

Et, [k] ſi tantùm vni votum ſuũ quis demandauerit, & is vnum ſuo, alium mandantis nomine in ſcrutinio nominandum duxerit

d *Glo. in uer. uera poſtulatio. cap. 1. de poſtulat. prælat. in 6*

e *cap. coram dilect. extrà de elect. ca. quamuis ſuper. in prin. uerſ. prout ſunt. ubi Glo. in uer. euocandi. de offi. ordi. in 6.*

f *cap. bonæ memoriæ. l. 2. in fin. extra, de ele.*

g *cap. quòd ſicut. in fin. prin. d. titul. de elect.*

h *d. cap. quod ſicut. in fin. princip.*

i *ca. quia propter. § illud. extrà, de elect. infrà, tit. ſeq. §. his quoque.*

k *cap. ſi quis iuſto. §. porrò. de elect. in 6.*

xerit,nihil agit, niſi de certa eli
genda perſona mandatum ac-
ceperit:quo caſu in illam man-
dantis,in aliam ſuo nomine iu
re conſentire poterit.

*Duobus procuratoribus ad eligẽdum datis in ſolidum,non poſſunt ambo eligere, ſed erit melior conditio occupantis:& ,ſi nõ appareat de prioritate in occupãdo, præponitur electus à capitulo, uel primò nominatus in procuratorio.h.d.*

Quòd ſi pluribus [a] in ſolidũ
vices ſuas quis commiſerit, nó
quidem omnes reddere votum
poterũt(quia vota dirigere poſ
ſent in diuerſos, ſicq; res nó ha
beret exitum) ſed erit occupan
tis melior códitio:&,ſi ita con-
currãt,vt inter eos prior nó ap-
pareat, is admittetur dunta-
xat, quem vel capitulum, vel
pars maior elegerit:vel, ſi con-
cordare nequeant, is, qui pri-
mus in inſtrumento, vel literis
procurationis nominatus fue-
rit.

*a cap. ſi quis iuſto.in pri. de elect. in 6.*

*Non poſſunt plures deputari ad eligendũ in ſolidum.h.d.*

Sin autem [b] plures non in ſo
lidum cõſtituti fuerint, eadem
ratione nullus eorum admittẽ-
dus erit,ſibiq; mandans impu-
tet,qui ſic eos imprudenter có-
ſtituerit.

*b cap. ſi quis iuſto.in fin. prin. uerſ. ſin autẽ. de elect.in 6.*

*Non poteſt uotum in electione reddi per literas.*

Sed [c] cùm abſens reclamante
capitulo extraneum conſtitue-
re nequeat:videamus an,ſi nul-
lus de Collegio velit eſſe pro-
curator, ſaltem per literas vo-
tum ſuũ reddere valeat:& ſanè,
cùm non ante electionem, ſed
in ipſa electione ſecretè,& ſigil
latim duntaxat ſingulorum vo
ta ſint exprimenda, per literas
reddi non poterunt.

*c d.ca. ſi quis iuſto.§.fin. de elect .in 6.*

*Superiùs dicta non habent locum in electione Papæ,in qua multa ſunt ſpecialia. h.d.*

Sed hæc quidem in aliorum
Epiſcoporum, non in Romani
Pontificis electione obtinent.
In huius enim [d] nec vlla neceſ-
ſaria eſt citatio,nec alij quis ab
ſens votum ſuum demandare
permittitur. Alia quoque in
eo ſpecialiter conſtituta ſunt,
quæ ex Decretalium libris [e] de
centius eſt,quàm hîc, accipere.

*d cap. ubi periculum.de elect.in 6.*

*e can.1.diſtin. 23.*

*Electio celebratur tribus modis, & quomodo per inſpirationem, & quòd Laici non per inſpirationem,ſed per conſpirationem dicuntur eligere.h.d.*

Celebratur autem electio tri
bus modis [f], per Inſpirationẽ,
per Scrutinium, & per Cópro-
miſſum: per Inſpirationem [g],
vt cùm electores nullo precedẽ
te tractatu, quaſi diuini Spiri-
tus impulſu,ſimul omnes in v-
num repentè conſentiunt,& ſi-
mul vnum nominant. quòd ſi
fortè laici prece vel precio [h] cor
rupti aliquem concordibus cla
moribus petant,is non tam per
inſpirationem, quàm per nefa-
riam conſpirationem nomina-
tus, omni penitùs electionis
fructu meritò carere debet.

*f cap. perpetuo.ubi præſump. 8. Heliæ. de elect. in 6.*

*g ca q i:propter.in fin. prin.extra. e elect.*

*h can.ſi ergo. 8.q.1. & cap.2.de elect.extra.*

*Quomodo dicatur celebrari electio per*

*Scrutinium, et qui ſint Scrutatores. h. d.*

Per Scrutinium fieri dicitur electio, cùm preſentibus [a] omnibus, qui debent, volunt & poſſunt cómodè intereſſe, tres de Collegio fide digni aſſumuntur, qui ſecretè & ſingulatim vota cunctorum diligenter exquirunt, & demum in ſcripturam redacta, publicant: Quo facto collatione habita, is demum cẽſetur electus, in quem, vel omnes, vel maior & ſanior pars capituli ſtatim conſenſerint.

[a] *d. cap. quia propter. in prin. extra. de electio.*

*Pars minor eligentium ad infringendam maioris partis electionem poteſt opponere de propria authoritate, ac zelo, et de meritis electi h. d.*

Quòd [b] ſi eligẽtium vota ita ſe diuiſerint, vt hinc quidem electorum pars numeroſior conſiſtat, inde minor, ſed quæ non minùs ex authoritate eligentium, quàm ex meritis electi ſanior appareat, ad infringẽdam partis numeroſioris electionẽ facultas erit minori, & de authoritate ipſorum eligentium, & de meritis eorum qui electi fuerint, opponere.

[b] *cap. eccleſia ueſtra. extr. de electio.*

*Cõtra electionem factam à duab. partibus non poteſt opponi, niſi de nullitate uoti alicuius earum dictarum partium. h. d.*

Hoc tamen tunc obtinebit, cùm non magnus in altera parte cõtigerit exceſſus: cęterùm, ſi quando [c] duabus electionib. celebratis, pars altera eligentium, alia duplo maior numero deprehendatur, contra huiuſmodi electores ad extenuationem meriti, vel authoritatis ipſorũ paucioribus, vel electo ab eis opponendi facultas non erit: quanquàm, ſi quid opponere voluerint, quod votũ illius, cui opponitur, nullum ipſo iure redderet, id eis minimè cẽſetur interdictum. Vocantur autem viri tres de Collegio ſumpti, Scrutatores, eò quòd ſingulorum vota diligẽter ſcrutẽtur.

[c] *ca. ſi quãdo cõtigerit. de elect. in 6.*

*Quomodo per compromiſſum celebretur electio, et quòd arbitri non ſeruantes formam compromiſsi nulliter eligunt. h. d.*

Per compromiſſum celebratur electio, cùm [d] plures idonei viri eligũtur, in quos omnium vice eligendi certo modo facultas & poteſtas transfunditur. qui arbitri, compromiſsi fines diligenter cuſtodire debent, ſcituri, ſi quid non [e] ſecundum demandatam formam egerint, nullum habiturum eſſe iuris effectum.

[d] *d. cap. quia propter. uel ſic. uel ſaltẽ. exra. eodem tit.*

[e] *cap. ſi cui eligendi. eod. tit. in 6.*

*Poteſtas Arbitrorum non expirat re non integra, etiam non ſecuta electione. h. d.*

Quòd [f] ſi intra terminos conſtiterint, quod ab eis geſtũ fuerit, vſq; adeò ratum habendum erit, vt etiam non ſecuta electione, re tamen non integra demãdata ſibi poteſtas reuocari non poſsit. Oſtendimus quib. modis electio celebretur, cõſequẽs nunc eſt vti videamus, & qui poſſunt eligere: &, in quos cadere poſsit electio.

[f] *cap. in cauſis. ext. eod. titul.*

Qui

## QVI ELIGERE, ELIgive poſſunt,

### TITVLVS VII.

*Quibus ius eligendi competat. h. d.*

IVs [a] igitur Prelatum eligendi ad Canonicos hodie, & ad viduatę Eccleſiæ pertinet collegium. Sed & ſi qui conſuetudine [b], vel pręſcriptione, pacto, vel priuilegio fuerint muniti, ab electione minimè ſunt excludendi.

a *ca. cũm eccleſia. extra. de cauſ. poſ. & prop. Glo. in uer. ſpectat. in c. ſciant cũcti. de elec. in 6.*

*Impuberes & non conſtituti in ſacris non poſſunt eligere. h. d.*

Sed [c] neq; in pupillari ætate conſtituti, neq; ij qui ſacris ordinibus nõ ſunt decorati, ſunt admittendi. Abſurdũ enim eſſet, ſi ad tanti ponderis res explicandas, ij quorum nullũ eſt animi iudicium, & ad ſacra tractanda, ij qui nondum illa attigerunt, aſſumerentur.

c *cap. ex eo quõd. de elect. in 6.*

*Excommunicatus minore excõmunicatione eligit, ſecus maiore.*

Illud quæſitum eſt, an excõmunicati ad eligẽdum admitti poſſint? Et ſanè, ſi minoris excommunicationis [d] vinculo tãtùm fuerint innodati, ab electione arcendi nõ ſunt: Anathemate autem percuſſi, ab omni penitùs eligendi facultate repelluntur.

d *ca. illa quotidiana. ext. de elect. & cap. perpetuò. in Glo. in uer. priuatio. eodẽ tit. in 6. infrà, §. ſeq.*

*Suſpẽſus à Canone eligit, ſecùs ab homine.*

In [e] ſuſpenſo quoq; non abſimilis obtinet diſtinctio. Si .n. quis per ſolam Canonis diſpoſitionem ſuſpenſus ſit, electioni intereſſe minimè prohibetur: ſi verò per Iudicis ſententiam [f], anathematizato ſimilis habebitur.

e *ca. fin. ext. de cler. excommun.*

f *Gloſ. in uer. à ſuſpenſis. ca. cùm dilectus. uerſic. quia. extra. de conſuetu.*

*Eligere à ſuperiore prohibiti, abſentes, hæretici non poſſunt eligere.*

His quoq; & illi annumerari debent, quibus à ſuperiore, ne eligant, interdictum eſt. Itẽ abſentes: qui tamen ſi legitimis cauſis ad electionem accedere impeditos eſſe ſe docuerint, alijs de capitulo votũ ſuum demandare, ſecũdum ea, quę proximè [g] expoſuimus, minimè ſunt prohibendi. Hęreticis autem, vel non catholicis, indiſtinctè Ius eligendi adimitur.

g *ſuprà, titul. præced. §. ſed etſi quis.*

*Ob non ſeruatam formã, & ob negligentiam eligentium, electio deuoluitur ad proximũ ſuperiorem. h. d.*

Interdum [h] tamen accidit, vt ij, quibus ab initio Ius eligendi competit, eo iure poſtmodum priuentur: vtputa, ſi qui aliter, quàm per præſcriptas formas eligere tentauerint. Item, qui per tempus conſtitutionibus diffinitum in eligendo negligẽtes fuerint: quo caſu ad proximum ſuperiorem eligendi poteſtas deuoluitur.

h *cap. quãquã in caſu. de elect. in 6.*

*Electio facta de indigno, ius eligendi transfert ad Romanum Pontificem.*

Alia ſanè [i] cauſa eorum eſt, qui ſcientes indignum eligũt, aut poſtulant: nam licet & ij eli

i *d. cap. quãquam. de elect. in 6.*

gendi iure priuentur, id tamen non ad Primatem, aut Archiepiſcopum, ſed immediatè ad ſummum Pontificem deuoluitur.

*Laici non poſſunt eligere. h. d.*

Laicis[a] quoque, etiamſi Principes ſint, nullo neque conſuetudinis, neq; pręſcriptionis, neque conuentionis iure ad electioné aſpirare permittitur. Patroni tamé circa iam factam electionem, non indecenter poſtulatur aſſenſus[b].

a *cap. ſacroſancta. cap. maſſana. extra. de elect. & 63. diſtinct. per totum.*

b *d. cap. ſacroſancta. in fi. & ca. cùm terra. in fin. codẽ tit. ca. nobis. extr. de iur. patr.*

*Qualem Epiſcopum eße oporteat. h. d.*

Oportet autem eum, qui in Epiſcopum eligendus ſit (cùm Ars ſit artium, regimen animarum) ætate maturum eſſe, natalibus illæſum, corpore integrú, fama candidum, literis inſtructum, religioſum, prudentem, temperatum, caſtum, hoſpitalem, manſuetum, irreprehenſibilem, ſecundum ea quæ latiùs infrà[c] dicturi ſumus: Si .n. ad ſeculares honores ſine ſuffragatione meritorum indignum eſt perueniri, & notari ambitus ſolent, quos probitatis documenta non adiuuãt: quàm diligens ac prudens habenda eſt diſpenſatio diuinorum munerum, & Eccleſiaſticarum dignitatum?

c *infrà, de uit. & honeſt. cleric.*

*Minor triginta annis, excommunicatus, ſuſpenſus, & non conſtitutus in ſacris, & ſchiſmaticus non reconciliatus, non poſſunt eligi.*

Igitur is, qui ad Epiſcopalem dignitatem promouẽdus eſt, annos natus eſſe debet non minus triginta[d]: nam ea ætate Dominum[e] & baptizatum eſſe, & concionatum fuiſſe legimus: alioqui ſi quis minor fuerit, eligi non poterit. Idem[f] Iuris eſt in ijs, qui aut excommunicationis, aut ſuſpẽſionis vinculo ſunt innodati. Sed nec ij[g], qui in ſacris ordinibus nó ſunt conſtituti, ſaltem ſub diaconatu, neque ſchiſmatici eligi debent.

d *cap. cùm in cũctis. extr. de electio.*

e *can. presbiter. diſt. 78.*

f *ſuprà, codẽ tit. §. illud. & §. ſeq.*

g *can. de Syracuſanæ. in fi. diſti. 28. ca. à multis. de ætate et quali.*

*Eligentes indignum, per triennium eligi non poßunt. h. d.*

Illi[h] quoque qui ſcienter indignum eligunt, non ſolùm eligendi poteſtate priuandi ſunt: verùm etiam per triennium, vt ab alijs eligi poſsint, ſeipſos inhabiles reddunt.

h *cap. cùm in cũctis. §. fi. et cap. cùm Vintonenſ. & cap. pe. inquiſitionẽ. extra. de electione.*

*Neophytæ non poſſunt eligi. h. d.*

Neophytæ[i] quoque in Epiſcopos ordinari prohibentur: indecens eſt enim, & valde præpoſterum, eum fieri Magiſtrum, qui nondum didicit eſſe diſcipulus. Appellantur autẽ Neophytæ[k], qui propoſitum ſacræ Religionis nouiter aſſumpſerunt.

i *can. 1. diſt. 48.*

k *can. 2. eadẽ diſtinct.*

## DE POSTVLATIONE, TITVLVS VIII.

*Quid ſit poſtulatio. h. d.*

Poſtulatio[l] eſt eius, qui eligi non poteſt, in Prælatum concors capituli facta petitio.

l *Gloſ. in uer. uera poſtulatio. cap. 1. de poſtulat. in 6.*

*Qui non animi, uel corporis uitio, ſed aliàs non poteſt eligi, putà minor XXX annis, uel ſpurius, poteſt poſtulari.*

Sciendum eſt enim, quoſdã eſſe qui quamvis eligi non poſſint, poſtulari tamen minimè ꝑhibentur. Quæ res ita videtur poſſe commodè diffiniri, vt quicunq; non animi, vel corporis vitio, ſed ob alterius defectum qualitatis eligi impediũtur, ijdem tamẽ poſtulari poſsint. Ex hoc apparet[a] eum, qui trigeſimum annum nondum compleuit, item in minoribus ordinibus conſtitutum, aut laicum, item natalibus læſum[b], licet eligi non poſsint, poſtulari tamen poſſe.

a *gloſſ. in cap. fin. extra de poſtula & cap. cupientes. §. denique. de electi in 6.*

b *cap. innotuit. extra de elect.*

*Epiſcopus & electus debent poſtulari, nõ eligi: ſecus, Abbas, & alij inferiores. h. d.*

Epiſcopus[c] quoq; cùm propriæ ſit alligatus Eccleſiæ, ad aliam tranſitum facere non poteſt: ea propter non eligendus, ſed poſtulandus erit. Non idẽ Iuris eſt[d] in Abbatibus, & cæteris Prælatis infra Epiſcopalem dignitatẽ conſtitutis: iſti enim, licet propriæ Eccleſiæ videantur alligati, nihilo minùs eligi poſſunt: proprium tamen non deſerunt Monaſteriũ, niſi licentia legitimè impetrata.

c *d. cap. fin. ubi gloſſ. e xtra. eo. tit.*

d *cap. nullus religioſus. & cap. ſi abbatem. de elect. in 6.*

## DE CONFIRMATIONE electionis,

### TITVLVS IX.

*Electus debet intra menſem conſentire electioni, alioqui alius poterit eligi. h. d.*

NVnc videndum eſt de confirmatione. Sciendum eſt itaq; in primis, Gregoriana conſtitutione[e] in Lugdunẽſi concilio cautum fuiſſe, vt electores, quàm primùm commodè poſsint, operam dent, vt electi conſenſum habeant: quem ſi infra mẽſem ſine cauſa legibus cognita, electus accommodare diſtulerit, iure, ſi quod ei fuerat ex tali electione quæſitum, ſtatim carere debere: Electoresq; ad aliam electionẽ liberè poſſe conuolare.

e *cap. quã ſit. de elect. in 6.*

*Electus poſt conſenſum electioni præſtitũ, uel notitiam habitam, debet intra menſem ad ſedem Apoſtolicam iter arripere, & quantò citiùs poterit, confirmationem obtinere.*

Eadem conſtitutione[f] cauetur, electum infra tres menſes poſt conſenſum electioni præſtitum, ſi nullum iuſtum impedimentum obſiſtat, confirmationem à ſuperiore Prælato petere debere: alioq trimeſtri ſpatio elapſo electionem eſſe penitùs irritandam. Sed cùm interdum eueniat, vt aliquorum locorum vicinitas minus exigat, aliquorum diſtantia prolixius tempus expoſcat, cõſultiſsimè Nicolaus[g] tertius ſanxit: Vt electi, quorum electionum confirmationes ad ſedis Apoſtolicæ examẽ deducit immediata ſubiectio, vel appellatio interiecta deuoluit, infra menſem poſt cõſenſum, vel habitam de ipſorũ electione notitiã, ad ſedẽ ipſam

f *d. cap. quã ſit. de elect. in 6.*

g *cap. cupientes. de elect. in 6.*

Apoſtolicam iter arripiant, & quantò citiùs commodè poterunt, cum omnibus iuribus coram ſede Apoſtolica perſonaliter comparêre nitâtur, ſuarum electionum cõfirmationes petituri: aliaq; inſuper adiecit, quibus Eccleſiarum periculoſis vacationibus, ac malignantiũ ſubterfugijs, electorumq; incómodis facilè occurritur: quæ non ſolùm in electionibus, verùm etiam in poſtulationibus obtinere voluit.

*Non confirmatus non poteſt res Eccleſiæ adminiſtrare. h. d.*

Quandiu [a] autem quis confirmatus non eſt, rerum Eccleſiaſticarum adminiſtrator eſſe nõ poteſt. Quòd ſi negotijs Eccleſiæ, ad quam vocatus eſt, ſeſe temerè ingeſſerit, omni iure, qđ ei per electionẽ quæſitum fuerit, ſtatim priuandus erit: nullo neq; œconomatus, nec procurationis prætextu excuſandus.

a *cap. auaritiæ. de electi. in 6.*

*Electo non eſt obediendum, niſi literis confirmationis oſtenſis. h. d.*

Petet igitur is, qui confirmatus eſt, ab Apoſtolica ſede literas, confirmationis ſuæ tenorẽ continentes, illisque oſtendet, ad quos ea res pertinet, alioqui nulli eum abſque dictarum literarum oſtenſione recipere tenebuntur. Quod & in promotione apud dictam ſedem facta, & in conſecrationis, vel benedictionis munere, locum ſibi vendicat.

*Confirmatio non conceditur, niſi cum cauſæ cognitione. h. d.*

Is [b] autem, ad quem confirmatio pertinet, diligenter examinare debet, & electionis proceſſum, & perſonã electi. eſt enim hoc generale, vt ad eum pertineat examinatio, ad quem manus impoſitio ſpectat. Et, cùm omnia ritè concurrũt, tunc munus ei confirmationis impendat. Quòd ſi ſecùs factũ fuerit, non ſolùm deijciendus erit indignè promotus, verùm etiam indignè promouẽs puniendus. Nihil eſt enim quod Eccleſiæ Dei magis officiat, quàm ſi indigni ad regimen aſſumantur animarum. Quod cùm in cunctis [c] ſacris ordinibus ſibi locum vendicet, in Epiſcopo tamen multò fortiùs: qui ad curam aliorũ poſitus, in ſe ipſo debet oſtendere, quomodo cæteros in domo Dei oporteat conuerſari. Quòd ſi fortè eligentium vota in duas ſe diuiſerint partes, is confirmatoris iudicio alteri prȩferendus erit: qui maioribus iuuatur ſtudijs & meritis.

b *cap. nihil eſt. in prin. extra. de elect.*

c *cap. cùm in cunctis. extra. de electi.*

*Si unus ſit poſtulatus, alius electus, proponitur electus æquè idoneus, niſi poſtulantium ſit duplo maior numerus. Qui tamen ſi ignoranter indignum poſtulauerint, nec poſtulatio, nec electio ualet, ſed ſi ſcienter, electio tenet. hoc dicit.*

Et [d] ſi vacante Eccleſia, ſciſſo in duas partes capitulo, alius q dẽ electus fuerit, alius verò poſtulatus, quæri poteſt, electióne con-

d *cap ſcriptũ eſt. extra, de elect.*

confirmanda, an verò poſtulatio ſit admittenda? In qua ſpecie ſi tam poſtulatus, quàm electus ſint idonei, reſponſum eſt, Si poſtulantium numerus ſit eligentium duplo maior, vtique poſtulationem eſſe admittendam: ſin id minus, electionem confirmandam. Sed ſi poſtulantes indignum neſcij poſtulauerunt, nec poſtulatio, nec electio rata habenda erit: ſi ſcientes & prudentes, erit electio confirmanda.

*In confirmatione facienda citandi ſunt, quorum intereſſe poteſt. Et calumniosè opponentes, puniuntur. h. d.*

Illud [a] etiam confirmantem obſeruare oportet, ne, dum nimia in confirmando celeritate vtitur, contra doctrinam Apoſtoli proprium affectum Iuri & æquitati præponat. Itaq; ſi coëlectus aliquis, vel contradictor apparet, ante confirmationem nominatim vocandus eſt: alioqui ſi nemo apparet in foribus Eccleſiæ, in qua electio facta eſt, generaliter edicendum erit, vt ſi qui ſint, qui confirmationi futuræ velint opponere, ad contradicendum in aſsignato peremptorio termino præſentes eſſe debeant. Quæ omnia locum habent, ſiue concorditer electio fuerit celebrata, ſiue non. Sciant tamẽ ij, qui cõtra electionem opponendũ duxerint, ſe, ſi probationibus deſtituti fuerint, ab omni pœnitẽtiæ preſidio excluſos, legitimis pœnis eſſe ſubijciendos.

a *cap. fin. de elect. in 6.*

*Poteſt diſpenſari cum electo ſchiſmatico, ſi nullum ordinem à ſchiſmaticis ſuſceperit. hoc dicit.*

De [b] illo dubitari contigit, an eius qui abiurato ſchiſmate ad vnitatem Eccleſiæ redijt, confirmanda ſit electio, & reſponſum eſt, Si à ſchiſmaticis nullum ſuſceperit ordinẽ, & eius electio canonicè celebrata deprehendatur, poſſe illam diſpenſatiuè confirmari.

b *cap. quia diligentia. extra. de elect.*

*Confirmatus & nondum conſecratus, exercet ſolùm, quæ ſunt iuriſdictionis, non quæ ſunt ordinis. Et nemo dat, quod non habet. hoc dicit.*

Igitur confirmatione ſecuta, inter electum & perſonas eligentium, hoc eſt, Eccleſiam, ſpirituale coniugium [c] contrahitur. Quapropter confirmatus liberam ſuper illis ſtatuendi nanciſcitur facultatem. Hoc autem ſic intelligi oportet [d], vt eorum quidẽ quæ iuriſdictionis ſunt, vtputà, corrigendi, excommunicandi, iuſiurandum exigendi, conferendi, confirmandi, & ijs ſimilium libera confirmato permiſſa ſit tractatio: Ea verò, quæ non iuriſdictionis, ſed ordinis ſunt [e], veluti Clericorum ordinationes, benedictiones virginum, depoſitiones, Eccleſiarum & Altarium conſecrationes, ante propriam conſecrationem peragere prohibetur. Neque enim ratio ſuadere

c *cap. 2. §. ſicut autem. ext. de trãſla. epiſc.*

d *gloſſ. finali, cap. tranſmiſſa. ext. de elect.*

e *cap. quod ſicut §. præterea. & d gloſſ. fin. extra. de electi.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

videtur, vt quis in alios id conferre poſsit, quo eundem indigere dignoſcitur. Quòd ſi cõſecratus ſit, non ſolùm quæ iuriſdictionis, verùm etiam quæ ordinis ſunt, exequi poterit.

## DE CONSECRAtione,

### TITVLVS X.

*Conſecratio expediri debet intra tres menſes poſt confirmationem. h. d.*

Debet igitur is qui canonicè electus, confirmatus & examinatus eſt, nouiſsimè conſecrari. Quod [a] quidem, ne Eccleſia Paſtoris quaſi deſtituta ſolatio, aliquod patiatur incommodum, intra tres menſes poſt electionem, niſi legitimũ ſubſit impedimentum, expediri debet: alioqui ſi Metropolitanus, aut ij ad quos ea res pertinet, negligentes fuerint, Eccleſiaſticis cõdemnationibus ſubijciendi erunt.

a *cano. 2. diſtin. 75.*

*Conſecrationi intereſſe debent ad minus tres Epiſcopi, alioqui non ualet. h. d.*

Ordinationi autem intereſſe debent, non ſolùm Metropolitanus, verùm etiam comprouinciales Epiſcopi, qui numerum conficiant trium [b]. Nam & beatus Iacobus, qui Iuſtus appellatus eſt [c], à Petro, Ioanne & altero Iacobo, Apoſtolis ordinatus eſt: ſucceſſorib. ſuis ſcilicet formam dantibus: vt non minus quoq; tribus Epiſcopis, cæteris quoque aſſenſum prębentibus, Epiſcopus ordinetur. Quòd ſi ab vno, vel duobus Epiſcopis ordinatio expedita fuerit, taliter ordinatis, vt Epiſcopi nominentur, à ſanctis Patribus interdicitur: ergo ſi nomen non habent, officiũ qualiter habebũt? Euocandi ſunt igitur à Metropolitano [d] ſuffraganei, qui ſi omnes concurrant, bene eſt: ſi aliqui conuenire nõ poſſunt, ſui præſentiam per epiſtolam facere debent.

b *can. 1. diſt. 64. & per totũ. & diſtin. ſeq.*
c *can. fin. diſtin. 66.*
d *can. 1. & ſeq. diſtin. 64. & cano. 2. diſt. 65.*

*Archiepiſcopus impeditus, conſecrationem ſui ſuffraganei alteri committere poteſt. h. d.*

Quòd ſi Metropolitanus, vel infirmitate [e], vel alia iuſta cauſa ita præpediatur, vt ſuorum ſuffraganeorum aliquem cõſecrare nõ valeat, alicui coëpiſcoporum vices ſuas demandare poterit, à quo conſecrandus munus conſecrationis recipere tenebitur.

e *cap. quod ſi dem. extra. de offi. ordi.*

*Deficientibus Epiſcopis comprouincialibus, aduocãdi ſunt Epiſcopi uicinæ prouinciæ.*

Illud quæſitum eſt, ſi in prouincia in qua olim plures Epiſcopi fuerint, vnum tantùm remanere contigerit, quid fieri debeat, cùm & ſolus ordinare nõ poſsit, & nullos quos conuocet, habeat ꝓuinciales? De hoc in Sardicenſi concilio [f] ſtatutũ legitur, vt ſuperſtes Epiſcopus conuocet Epiſcopos vicinæ ꝓuinciæ, & cum eis cõprouinciales ſibimet Epiſcopos ordinet.

f *can. fin. diſtin. 65.*

Quo-

*Quomodo ſit explicanda conſecratio.h.d.*

a *can.1.diſt.75.*

Congregatis[a] igitur hora Dominicæ lucis tertia Epiſcopis, & Scrutinio cum precibus celebrato, duo ſupra caput ordinandi, Euangelij codicem tenẽtes, manus imponant, & vno ſuper eodem benedictionem fundente, cæteri qui adſunt, manibus ſuis caput eius tangant, atq; illud vnà cũ manibus ſacro chriſmate deliniãt: quo demũ peracto, Eccleſię Romanæ, atq; eius Pontificibus fidelitas ſecundũ formam Gregoriani[b] reſcripti iuranda erit.

b *cap. ego N. extra. de iureiur.*

## DE RECEPTIONE ET authoritate Pallij,

### TITVLVS XI.

*Pallij receptio non eſt differenda: &, uolens aliquid palliando obijcere, debet iurare de calumnia, & intra duos menſes obiecta probare: alioqui tenetur ad pœnam talionis.*

c *can. 1. diſt. 100.*

HOc[c] amplius Metropolitanum proſpicere oportet, vt pallij petitionem, & receptionem non differat: Cùm ſibi ſine pallio Epiſcoporum cõſecrationem[d] minimè permiſſam ſcire debeat. Eſt autem pallium Metropolitanorum inſigne ornamentum, quod de corpore beati Petri ſumitur[e], Paſtoralis officij plenitudinem[f] deſignans: Cuius receptio, vt citiùs explicetur, nouiſsimè conſtitutum eſt, ne per cuiuſvis criminis obiectionem fortè palliando faciendam differri poſsit[g]: niſi obijcientes corporali iuramento præſtito firment ſe, nec agere quicquam callidè, ac de obiectis promptam fidem, hoc eſt, intra bimeſtris tẽporis ſpatium afferant, ad talionis, vel extraordinariam pœnam ſe Pręſidis obligantes arbitrio, ſi obiecta minimè probauerint. Quòd ſi contradictores iſta facere renuerint, eorum obiectionibus nequaquã obſtantibus, ad ipſius traditionem pallij procedendum erit.

d *cap. quod ſicut. in fin. ex. de elect.*

e *cap. ad honorem. in gloſſ. 1. ext. de auth. & uſu pal.*

f *cap. niſi. de auth. & uſu pal. ex.*

g *extrau. cõ. unica. de autho. & uſu pal.*

*Metropolitanus ſolùm in ſua prouincia, & certis diebus pallio utitur, & pallium perſonam ſequitur, & ideò commodari non poteſt.*

Sed eo nec ſemper[h], nec vbique Metropolitanus vti poterit (id enim ſoli Romano Pontifici[i], dum Miſſarum celebrat ſolennia, permittitur) verùm in ſua tantùm prouincia, ac certis duntaxat diebus: Et cùm perſonam pallium non tranſeat[k], nec alteri commodari poterit: & cum eo quiſque ſepeliendus erit.

h *cap. 1. & cap. ex tuarum. cũ ſeq. ex. de auth. & uſu pal.*

i *cap. ad honorem. eod. tit. extra.*

k *cap. 2. eod. tit.*

*Pleraque dicta de creatione Epiſcoporum, habent locum etiam in alijs Prælatis.*

Hæc de creandis Epiſcopis dixiſſe ſufficiat: Nunc de illorũ vita, ac qualis eorum debeat eſſe conuerſatio, pleraque & de cæteris Sacerdotibus intellecturi, paucis expediamus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## DE VITA ET HONEſtate Prælatorum,

### TITVLVS XII.

*Qui præcellit dignitate, debet & innocētia præcellere. h. d.*

DEbet[a] igitur Epiſcopus eſſe ſine crimine, & cūctum populum cui præeſt, conuerſatione & innocentia præcellere. Qualis enim erit ædificatio diſcipuli, ſi ſe magiſtro intelligat eſſe præſtantiorē? nam Epiſcopus inſtruere, & admonere omnes debet: nemo autē rectè monitoris perſonam ſuſcipit, niſi qui moribus ſuis aliorū errata condemnat. Quod non ſolùm de Epiſcopo, ſed etiam de omnibus qui domui Dei deſeruiūt, intelligi oportet: Quia vehementer Eccleſiam Dei deſtruit, meliores laicos eſſe, quā clericos: quæque in alijs membris Eccleſiæ vacant à culpa, ſæpè in Sacerdotibus habentur illicita.

a can. unū oratiū. uerſ. oportet epiſcopum. diſtin. 25.

*Epiſcopus cauere debet ab improborū commercio, & in corrigendo non minùs charitatem, quàm poteſtatem exercere debet. h. d.*

Ab improborum quoq; commercijs abſtinebit: Malorum enim conſortia bonos corrumpunt. Habebit igitur ſecum honeſti teſtimonij Clericos, qui poſsint irreprehenſibiles inueniri: & ſiquādo illos, ſiue etiam laicos inter ſe diſsidere contigerit, ad pacem magis, quàm ad iudicium compellat: inque illis corrigendis plus agat beneuolentia[b], quàm ſeueritas: plus charitas, quàm poteſtas: neque dominari magis, quàm conſulere ſubditis cupiat, ne quod prouiſum eſt ad concordiam, tendat ad diſsidium.

b cano. licet plerunque. diſt. 45.

*Prælatus in corrigendo debet miſcere ſeueritatem lenitati. h. d.*

Cum lenitate tamen ſeueritas miſcēda eſt: Nam miſericordiæ multum demitur, ſi ſeueritate animo ſit deſtituta: ideoq; Rectorib. ineſſe debet iuſtè conſulens miſericordia, & piè ſęuiens diſciplina: vt nec in diſciplinæ rigore benignitatem manſuetudinis, nec rurſus in manſuetudine diſtrictionē deſerant diſciplinæ: quodque ſeueriùs caſtigare neceſſe eſt, non ſæuientis plectatur animo, ſed medentis.

*Prælatus nō debet tolerare peruerſos. h. d.*

Pręterea cauendū eſt, ne peruerſè agentes conniuendo toleret. Culpam enim facientis habet, qui, quod poteſt, negligit emendare: & error, cui non reſiſtitur, approbatur.

*Epiſcopus orationi & prædicationi debet inſiſtere. h. d.*

In primis autem orationi & prædicationi inſiſtat: Nam pręconis officium ſuſcipit, quiſqs ad ſacerdotiū accedit: hinc eſt, quòd ſuper Paſtores primos in linguarum ſpecie Spiritus Sanctus inſedit. Populum itaq; prædicādo doceat, ſed illa doceat, quæ à Deo ipſe didicerit, non

quæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quæ illi caro, vel humanus ſenſus ſuaſerit: Ea propter ſacris libris iugiter inſiſtere illum oportet[a]: nec enim ſufficit Prælatis bona conuerſatio, niſi addatur ſcientia doctrinæ.

a diſt. 36 & ſeq.

*Epiſcopus hoſpitalis eſſe debet & liberalis. h. d.*

b diſtin. 42.

Sed[b] nec vtranque ſibi ſufficere credat: nam largam quoq; manum habere debet, & neceſſitatem patientibus ſubuenire, alienam inopiam ſuam credẽs. Res ſuas inter hiſtriones, venatores, aut aucupes minimè diſpenſet: pauperes potiùs in hoſpitio recipiat, & faciliùs exemplo ſuo ad hoſpitalitatem ſubditos attrahat.

*Prælatus debet ſobrius eſſe, prudens & peritus, non ſolùm peritia literarum, uerum etiam negociorum.*

c diſt. 44. in ſum. & per totum.

d diſtin. 45.

Sobrius ſit, non vinolentus[c]: non ſit percuſſor[d], & ad vindictam facilis: imò in omni genere rerum agendarum prudentiam ſecum habeat. ſi enim mancum, aut debilem ſancta contingere nequaquã lex diuina permittit, quantò magis doni cæleſtis diſpenſatores eſſe nõ conuenit (id quod eſt deterius) mẽte debilitatos?

*Epiſcopus non debet ſecularibus negocijs ſe implicare. h. d.*

Sicut autem Epiſcopum nullo errore conuenit inuolui, ita nulla debet cupiditate corripi: & propterea lucri cupidus eſſe prohibetur, & alicui etiam honeſto negocio[e], vt ſibi victũ & neceſſaria quærat, operam dare. Nam & Dominus negociatores de templo verberatos expulit: &, Apoſtolo teſte, nemo militans Deo, implicat ſe negotijs ſecularibus.

e can. 2. 21. q. 3. et per totum.

*Pudicitiæ ſtudioſus eſſe debet Epiſcopus. h. d.*

Pudicus[f] quoq; debet eſſe, & moribus & verbis pudorẽ præ ſe ferre. Ea propter Maguntino concilio[g] ſtatutum legitur, vt nullus ſacerdos fœminas, de q̃bus ſuſpicio poteſt eſſe, retineat: ſed neque matrem, aut amitam, aut ſororẽ retinebit: quia & in illis, inſtigante Diabolo, ſcelus perpetratum reperitur, aut in pediſſequis earum. Itaq; domeſticarum[h] quoque perſonarum immoderatam familiaritatem vitabit.

f in ſum. diſt. 43.

g cap. 1. ext. de cohabit. cleri. et muli.

h diſt. 34. in ſum. et per totum.

*Qualis quis ſit interius, debet per exteriora demonſtrare. h. d.*

Oportet[i] item Epiſcopum cæteroſque Eccleſiaſticis officijs mancipatos, per decentiam habitus extrinſeci, morum intrinſecam honeſtatem indicare. & ideò, ſi præterquam ex cauſa vrgenti, indumentis, prẹter ordinis ac officij decorem, præſertim publicè, luxurientur, illorum impudentia varijs modis, non minùs recentioribus, quàm antiquis Pontificum decretis coërcetur. In ſumma, cùm pro populo Epiſcopi ſuffragatores ad Deum parentur, neceſſe eſt vt omni genere

i diſt. 40. et clem. 2. eo. tit. de uit. et honeſt prælat.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

virtutum eius gratiam habere nitantur: quia cùm is, qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur.

## DE OFFICIO ARchidiaconi,

TITVLVS XIII.

*Archidiaconus eſt à Iure conſtitutus uicarius, & quaſi oculus Epiſcopi, & inter clericos cognoſcit, uiſitat, & corrigenda emendat, & ardua ad Epiſcopum defert, de cuius licentia poterit etiam excommunicare. h. d.*

QVoniam verò grauis & lata eſt Paſtoralis officij cura, rectè cõſtitutum eſt, vt aliqui in Eccleſia ſint, qui vnà cum Epiſcopo onus ferant, & ſui Prælati valeant ſubleuare ſolicitudinem. Talis eſt Archidiaconus [a], qui maior poſt Epiſcopũ, & eius vicarius reperitur. Cuius vigilãtia & ſolertia vſqueadeò in domo Dei excubare debet, vt oculus Epiſcopi non immeritò meruerit appellari. Ea propter debet is audire iurgia ſingulorum, & quæ corrigenda & emendanda viderit, corrigere & emendare. Quòdſi qua fuerint ita ardua, quæ per eum cõmodè nõ poſsint terminari, ad Epiſcopum ſuum terminanda deferet. Diſpiciet quoque vt Primicerius, Sacriſta, & Cuſtos iniuncti ſibi muneris ſolicitudinem diligenter exequãtur. Sed & tertio quoq; anno, ſi Epiſcopus non poterit, vniuerſam Parrochiam circũire debet, & cuncta, quæ ordinatione vel emendatione indigere viderit, ſecundum Canonicas ſanctiones corriget: &, ſi Epiſcopi authoritas acceſſerit, excommunicationis etiam ſententiam feret.

a *cap. 1. & cap. ad hæc nos. ext. eo. tit. & per totum. can. 1. uerſ. Archidiaconus. diſt. 25*

## DE OFFICIO ARchipresbyteri,

TITVLVS XIIII.

*Archipresbyter eſt uicarius Epiſcopi, circa diuina, & Archipresbyterorum duæ ſunt ſpecies. h. d.*

NOn abſimiles Archidiaconis Archipresbyteri habẽtur: nam & ij Prælati ſui circa ſpiritualia curam ſubleuãt [b]. Horum autẽ duplex eſt ſpecies: alij enim vrbani ſunt, alij autẽ exteri. Vrbani ſunt [c], qui Præſulis ſui abſentis circa diuina in vrbe vicem ſubſtinent, aut præſentis curam minuunt: vt officium inchoando, celebrãdo, & benedicendo, & cunctis prouidendo, quæ ſacerdotum miniſterio perfici debent.

*Quæ ſit poteſtas foraneorum Archipreſbyterorum. h. d.*

Exteri ſunt [d], qui circa ſingulas plebes conſtituti, nõ ſolùm vulgi ſolicitudinem gerunt: verùm etiam presbyterorum, qui per minores titulos habitãt, vitam iugi circunſpectione cuſtodire debẽt: qui licet ſuis præſint plebibus, vt Epiſcopus Matrici præeſt Eccleſiæ; nihil tamen con-

b *can. 1. uerſ. archipreſbyter. diſt. 25.*

c *cap. officiũ archipreſbyteri. ext. eod. tit.*

d *cap. fin. eo. tit.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

contra ſui Præſulis ordinare decretum audere debent.

*Obtinentes aliquam præpoſituram debêt etiam habere eius præpoſituræ ordinem. h.d.*

a *clem.2.de ætat. & quali.* Admonendi[a] ſunt autem ij, qui præpoſituræ alicuius adminiſtrationem canonicè volunt obtinere, vt non ſolùm nomẽ, verùm etiam ordinem habere ſtudeant: Vnde[b] niſi qui Archidiaconatum tenent, Diaconi: aut, qui Archipresbyteratum, presbyteri infra annum fiant, amittent honorem, etiamſi iuſta cauſa prohibente presbyteri, aut Diaconi eſſe non potuerint. b *can.1. diſti. 60.*

## DE OFFICIO vicarij,

### TITVLVS XV.

*Vicarius Epiſcopi non poteſt inquirere, punire, priuare beneficijs, uel eadem cõferre, niſi hæc ſpecialiter ſibi committantur. h.d.*

PEr Vicarium quoq;, cùm Epiſcopus per ſe ipſum deſeruire, & reſidere rationabili cauſa prohibetur: aut præſens, omnibus commodè par eſſe nõ poteſt, Epiſcopalis repræſentatur authoritas. In quo tamen illud aduertendum eſt, quòd, licet per generalem officij commiſsionem Vicario factã[c], cauſarum cognitio trãsferatur: poteſtas tamen inquirendi, corrigendi, aut puniẽdi aliquorum exceſſus, ſeu aliquos à ſuis beneficijs, vel adminiſtrationib. amouendi, vel beneficia conferendi (niſi ſpecialiter conceſſa ſit) non transfertur. c *ca. 2. et ca. ſeq. cod. tit. in 6.*

*Habens curam animarum in diuerſis Eccleſiis, uel laicus, non poteſt conſtitui uicarius.*

Debet autem Epiſcopus circunſpectus eſſe, ne laicum Vicarium ſibi conſtituat. Indecorum[d] eſt enim, laicum hominem viros Eccleſiaſticos iudicare: nec in vno eodemq; officio debet diſpar eſſe, pſeſsio. Quod etiam lege diuina prohibetur: dicente Moyſe, *Non arabis in boue et aſino.* Inde & Honoriana conſtitutione cauetur[e], Vt Epiſcopus eum, qui perpetuam Vicariam obtinet, per ſubtractionem prouentuum vel ipſius Vicariẹ ablationem cõpellat, vt ſe in presbyterum promoueri faciat. d *can. in nona actione, 16. q.7.* e *ca. fin. extr. eod. tit.*

*A Vicario, appellatur ad Archiepiſcopũ: ab Archidiacono, ad Epiſcopum. h.d.*

Inter Vicarium autem, & Archidiaconũ illud intereſt, q, à Vicario, nõ ad Epiſcopũ, ſed ad Archiepiſcopũ[f]: ab Archidiacono verò, niſi aliud Eccleſiarum inducat conſuetudo, ad ipſum, cui immediatè ſubiacet, Epiſcopum erit appellandum. f *cap. Romana. de appel. in 6.*

## DE COADIVTORE,

### TITVLVS XVI.

*Ex cauſa datur Epiſcopo coadiutor, cuius datio ad ſedem Apoſtolicam ſpectat h.d.*

ACcidit[g] etiam interdum, vt Paſtor ſenio aut corporis valetudine impeditus, aut ſanẹ mentis conſilio deſti- g *cap. 1. de cleri. ægro. uel debili. in 6.*

tutus, ſuper ſuũ gregem excubias ducere non poſsit: ea propter vir prouidus & honeſtus, illi in Coadiutorem adiungendus eſt: per quem tam Epiſcopo, quàm populo vtiliter conſulatur. Cuius datio, cùm de cauſis maioribus eſſe conſtet, ad ſedem Apoſtolicam, nulla obſtante conſuetudine, referéda eſt. Quod tamen ſic intelligi oportet, ſi non in remotis partibus explicanda ſit: cæterùm, ſi procul ab Apoſtolica ſede Epiſcopus impeditus deget, tunc ſecundum Bonifacianę conſtitutionis tenorem prouidendum erit.

*Etiam inferioribus ab Epiſcopis dandus eſt Coadiutor, & utriſque de facultatibus Eccleſiæ erit ſubueniendum. h. d.*

Nec[a] ſolùm Epiſcopis dandus erit Coadiutor, ſed etiam ſi res exigat, inferioribus: vnde, ſi vel Eccleſiæ Rectorem, vel Archidiaconũ ita morbo aliquo cótigerit impediri, vt Eccleſiaſticis miniſterijs, vel nullo pacto, vel non niſi cum ſcandalo intereſſe poſsint, eis quoq; Coadiutor adhibendus erit: & ita res temperanda[b], vt vtrique iuxta facultates Eccleſiæ vitę neceſſaria miniſtrentur.

a per totũ tit. extr. de cle. ægrot.

b cap. 1. §. præſenti quoque. de cler. ægrot. in 6.

## DE COREPISCOPORUM vſu ſublato,

### TITVLVS XVII.

*Corepiſcoporum uſus ſublatus eſt. h. d.*

Erant olim & Corepiſcopi, quibus circa plurima cum Epiſcopis miniſteriorum communis erat diſpẽſatio: quorum tamẽ inſtitutio tam in Romana ſede, quàm in alijs totius orbis Eccleſijs, táquam improba & ſuperuacanea, eſt penitùs interdicta[c].

c can. Corepſcopi. et ſeq. diſtinct. 68.

*Matrimonium ſpirituale diſſoluitur tranſlatione, renunciatione, & depoſitione. h. d.*

Vidimus hucvſque de ſpiritualis fœdere coniugij, quod inter Epiſcopum & Eccleſiam cótrahitur, quòd electione vel poſtulatione initiari, confirmatione ratificari, conſecratione intelligitur conſumari. Item de moribus, & Vicarijs, & adiutoribus Epiſcoporum: tractemus nunc, quibus modis Epiſcopus ab Eccleſia remouetur: & ſic, quo modo tale cóiugium præter mortẽ diſſoluitur. Contingit autem id tribus modis: Translatione, Renunciatione, & Depoſitione, ſeu degradatione: de quibus ſingulis videamus, ac primùm de Translatione.

## DE TRANSLAtione,

### TITVLVS XVIII.

*Translatio inducta eſt ex utilitate, & ex neceſsitate: &, neceſsitate ceſſante, translatio irritatur. h. d.*

Tranlationes, quæ & mutationes[d] nũcupari poſſunt, inſtitutæ ſunt vtilitatis, & ne-

d can. mutationes. 7. q. 1.

neceſsitatis gratia. Vtilitatis, cùm Epiſcopus ab ea ciuitate, cui præpoſitus eſt, in aliam trãſfertur, in qua magis proficere poſſe veriſimiliter exiſtimatur. Sic olim Princeps Apoſtolorũ de Antiochena ciuitate ſe Romam tranſtulit, vt ſcilicet ibidẽ copioſiùs proficere poſſet. Neceſsitate [a] verò nonnunquam Epiſcopalium ſedium mutationes fieri ſolent, hoſtium vrgente metu. Sed hoc caſu, ſi ciuitatem, de qua effugerit Epiſcopus, ab hoſtibus liberari [b], & ad priorem ſtatum contigerit reuocari, ad eam expulſus reuertetur.

a canon. ſcias frater. & ſeq. d. 7. q. 1.

b can. paſtoralis officij. d. 7. q. 1.

*Epiſcopos transferre, ad ſolum Romanum Pontificem pertinet. h. d.*

Sciendum eſt autem Epiſcoporum tranſlationes, non etiã inferiorum, ad ſolum Apoſtolicæ ſedis Antiſtitem certiſsima ratione pertinere [c], neque ſuper matrimonijs quicquã præter eius aſſenſum immutari debere, aut poſſe. Quod obtinet non ſolùm, ſi Epiſcopus eſt cõſecratus, verùm etiam ſi tãtùm canonicè fuit electus, & confirmatus: Cùm (vt ſuprà diximus) poſt electionem & confirmationem, inter perſonas eligentium & electi, coniugium ſit ſpirituale contractum.

c cap. 2. et fi. extr. eodem tit. de tranſlatio. epiſc.

*Qui propria authoritate ſe ad aliam Eccleſiam contulerit, & habita carebit & ambita. h. d.*

Ea propter [d] quicunque auaritia ducti, aut ambitione impulſi, Eccleſiæ ſuæ mediocritate deſpecta, ad maiorẽ ſeſe plebem propria authoritate tranſtulerint, à cathedra repelli debent aliena, & carere propria: vt nec illis præſideant, quos per ſuperbiam ſpreuerũt: nec illis, quos ob auaritiam vel ambitũ concupiuerunt. Sicut enim vir [e] non debet adulterare vxorem ſuam: ita nec Epiſcopus temerè Eccleſiam, ad quam electus fuit, relinquere, vt alteri ſeſe cõiungat, etiamſi à populo fuerit attractus.

d ca. quando. ext. cod. tit.

e cano. ſicut uir. 7. q. 1.

*Quod conſtitutum eſt in Eccleſijs Epiſcopalib. trahitur etiã ad Eccleſias inferiores. h. d.*

Non abſimilis Iuris ratio obtinet in presbyteris [f], & cæteris infra Epiſcopalem dignitatem conſtitutis. Nam, ſi vel qualibet cauſa, ꝓpria quis authoritate [g] cum altero ſuum beneficium permutare voluerit, vterq; proprij beneficij iacturam faciet. Beneficiorum enim & præbendarum permutationes generaliter fieri prohibentur [h]: præſertim pactione præmiſſa, quæ circa ſpiritualia, vel ſpiritualibus annexa, ſemper labem ſimoniæ cõtinet: licet poſsit Epiſcopus de vno loco ad alium aliquos transferre, vt qui vni loco minùs ſunt vtiles, alibi ſe valeãt vtiliùs exercere.

f can. ſicut alterius. in fi. d. 7. q. 1.

g cap. cùm olim magiſter. extr. de rerum permutat.

h cap. quæſitum. extra. de rerũ permutat.

*Si permutatio beneficiorũ completa eſt ex una parte, et per alterã ſtat quò minùs impleatur, reſtituitur pars ad ſuum beneficium. h. d.*

a ca. cùm uniuerſorum. extra. de rerum permutat.

Subuentum [a] tamē eſt ei, qui de permutatione cum alio habito tractatu, prębendam ſuam cùm reſignaſſet, ab alio qui cū permutationis tractatum habuit, & qui poſtea ſuam reſignare recuſat, deceptus eſt: cùm. n. deceptis, & non decipientibus Iura ſubueniant, licet is qui renūciauerit, à ſe beneficium abdicaſſe videatur, tributa tamen eſt ſimplicitati venia, conſtitutumq; vt ad reſignatum beneficium reuerti poſsit.

*Collatio de beneficijs cauſa permutationis uacantibus, facta alijs quàm permutātibus, nō tenet. h. d.*

Et generaliter, ne conceſsione Iuris vtētibus, præſertim circa ſpiritualia, illudatur, ſi qua beneficia ex cauſa permutationis aliquibus reſignata, alijs q̃ ipſis permutare volentibus cōferantur, nullius firmitatis erit ipſa collatio.

*Non obſtantibus expectationibus, beneficiorum permutatio fieri poteſt. h. d.*

b cap. unico. de rerū permut. in 6.

Quinimmò [b] ſi in diœceſi aliqua quidam fortè authoritate Apoſtolica beneficia proximè vacatura expectent, illi tamen, qui ſecūdum formam Iuris ſua beneficia in eadem diœceſi ad ordinarij collationem ſpectantia, liberè ac ſine fraude in manibus Epiſcopi reſignauerint, non niſi ex cauſa permutationis reſignaturi, ab huiuſmodi expectātib. circa faciendā pmutationem minimè impediētur.

## DE RENVNCIATIONE, TITVLVS XIX.

*Quid ſit Renunciatio, & quibus ex cauſis poſsit renunciari. h. d.*

Per Renunciationem quoq; quis ab Eccleſia ſua remouetur. Eſt autem Renunciatio, iuris proprij ſpontanea refutatio. Ea verò propter quæ Epiſcopus poteſt cedendi licentiā poſtulare, hæc fermè habētur [c]: conſcientia criminis, debilitas corporis, defectus ſcientiæ, malitia plebis, graue ſcādalum, & irregularitas perſonæ.

c ca. niſi cùm pridem. ext. eodem titul.

*Quale debeat eſſe crimen, ob quod renunciari poſsit. h. d.*

Propter [d] conſcientiam criminis, cedendi poteſt licentia poſtulari, non cuiuslibet, ſed duntaxat illius, propter quod ipſius officij executio poſt peractam pœnitentiam impeditur.

d d. ca. niſi. §. propter. extra. eodem titul.

*Quæ debilitas corporis renunciandi cauſam præbeat. h. d.*

Non abſimilis [e] Iuris ratio in debilitate corporis obtinet: nā non quælibet, ſed ſolùm illa legitimam renunciandi præſtat cauſam, per quam quis ad exequendum officium Paſtorale redditur impotens: cùm interdum non plus hortetur ſenilis debilitas aliquem cedere, quàm maturitas, quæ in ſenibus eſſe ſolet, quem in ſuo ſuadeat officio permanere.

e d. ca niſi. §. alia uerò.

Magnus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Magnus defectus ſcientiæ, tribuit legitimā cauſam renunciandi.h.d.*

a d.cap.niſi.§.pro defectu.

Propter [a] defectum quoque ſcientię plerunque poteſt quis petere ceſsionem: quia cùm illa circa ſpiritualem adminiſtrationem ſit potiſsimùm neceſſaria, & circa curā temporalium opportuna, Præſul, qui in vtriſque commiſſam ſibi debet Eccleſiam regere ſalubriter, ei renunciat, ſi quo modo ipſam regere debeat, ignoret. Quanquā autem deſideranda ſit eminens ſcientia in Paſtore, in eo tamen mediocris tolerari poteſt: quia imperfectum ſcientiæ poteſt ſupplere perfectio charitatis.

*Malitia plebis iuſtam tribuit renunciandi cauſam, item uitatio ſcandali.h.d.*

b cap.niſi.§.propter malitiam.

c d.ca.niſi.§.pro graui.

Propter malitiam [b] quoque plebis cogitur interdum Prælatus ab ipſius regimine declinare: veluti, quando plebs tam duræ ceruicis exiſtit, vt apud ipſam amplius proficere nō poſſit. Item pro graui ſcandalo [c] vitando, cùm aliter ſedari non poteſt, licet Epiſcopo petere ceſsionem, ne plus temporalem honorem, quàm æternam videatur affectare ſalutem.

*Ob irregularitatem poteſt renunciari.hoc dicit.*

d d.cap.niſi.§.perſonæ.

Item [d] ob irregularitatē: puta, ſi ſit bigamus. Quòdſi fortè de legitimo matrimonio non ſit natus, licet huiuſmodi irregularitatem ſubtìcere non potuerit, ſi tamen & culpa latet, & cauſa, cum eo qui ſuum laudabiliter impleuit officium, iniunctā ſibi competenti pœnitentia, poterit non minùs vtiliter, quàm miſericorditer diſpenſari.

*Gratia laboris fugiendi non poteſt renunciari.h.d.*

e d.cap.niſi.§.uerum.

Cęterùm [e] ob alias cauſas renunciationem affectantes, audiendi non ſunt: dum fortè aliqui laboris anguſtias declinantes, ad ocium aduerſus glorioſi Pontificis exemplum, aſpirare contendant.

*Epiſcopus qui ſemel ad uitam Monachalē tranſiuit, non poteſt rurſus ad Epiſcopalem dignitatem reuerti.h.d.*

Accidit autem interdum, vt Epiſcopus humilitatis, & pœnitentiæ cauſā ab Eccleſia ſua remoueatur. quod tunc contingit, cùm quis Apoſtolica conceſsione ab Epiſcopali ſede ad Monachalem deſcendit ſubiectionem: Quo caſu alius in locum eius ſubrogari poterit, ille verò reſurgere, Conſtantipolitano [f] concilio vetante, nequaquam valebit.

f can. hoc nequaquam. 7.q.1.

*Impeditus adminiſtrare Epiſcopatum, & proptera factus monachus, ceſſante impedimēto, poteſt reuerti ad Epiſcopalem dignitatem.*

g ca. poſt trāſlationem.§.cæterùm. extr. eod. tit. de renunt.

Cęterùm [g] ſpeciales quidam caſus inueniuntur, in quibus, prędicto concilio non obſtāte, is qui vitam monachalem elegit, rurſum licitè poteſt ad Epi-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſcopatum aſſumi: Si enim quis, perſecutionis rabie ſæuiente, vel prępeditus aduerſa valetudine corporis, cùm proficere nequeat in regimine paſtorali, de ſuperioris authoritate ad monaſticam vitam deſcendat: perſequutionis vel ęgritudinis impedimento ceſſante, ad Epiſcopalem poterit reſurgere dignitatem. Idem Iuris eſt, ſiquis propter literaturę defectum, locum regiminis deſerens, authoritate Apoſtolica ad ocium ſe contulerit monachale: nam ſi per exercitium lectionis, ſcientiæ reperit margaritam, procul dubio denuò vocatus ad Cathedram Paſtoralem, redire poterit.

*Aſſecutus Epiſcopatū ſimoniacè, ſed ignoranter, ſi fiat poſtea regularis, licet ad primum reuerti non poſſit, alium tamen Epiſcopatum conſequi poteſt.*

Rurſus[a], ſi quis inſcius cupiditate parentum fuerit Epiſcopatum adeptus, & hoc comperto de licentia ſuperioris illum dimittens, obſeruantiam elegerit regularem, etſi ad Eccleſiam eandem redire nequeat, ad aliā tamen promoueri poterit, Conſtantinopolitani Concilij conſtitutione non obſtante: quam tunc obtinere oportet, cùm pœnitentiæ cauſa, quam Epiſcopatum retinens peragere non valebat, vitam quis elegerit monachalem.

a *d. cap. poſt translationē. §. rurſus. eod. tit.*

*Ad eum fieri debet renunciatio, ad quem ſpectat confirmatio. h. d.*

Abbas[b] quoque, qui Romanę immediatè ſubditus eſt Eccleſię, niſi licentia à Romano Pontifice legitimè impetrata, ſui regiminis oneri renunciare minimè poterit: quòd ſi Epiſcopo ſubiectus ſit, cum eiuſdem permiſſione locum ſuum licito iure poterit relinquere. Et hoc generale eſt in præbendis, & cæteris minoribus beneficijs, vt apud eum fieri debeat renunciatio, ad quem pertinere dignoſcitur cōfirmatio: ex quo apparere poteſt, quòd reſignatio facta laico[c] nullā iuris obtinet firmitatem.

b *cap. fin. ubi Gloſ. extra. eod.*

c *cap. quid in dubijs. extr. eod. tit.*

*Papa poteſt renunciare Papatui. h. d.*

De Romano[d] Pontifice quęſitum eſt, an, quia nullum habet ſuperiorem cui renunciare poſſit, Pontificatui ex cauſā cedere valeat: & ſuper hoc Caleſtinus quintus hęſitationis cuiuslibet volens occaſionem amputare, ſtatuit & decreuit, Romanum Pōtificē poſſe liberè reſignare.

d *capit. 1. de renunciatio. in 6.*

*Per procuratorem renunciari poteſt, et quatenus valeat renunciatio facta à procuratore reuocato. h. d.*

Poteſt[e] autem quis nō ſolùm per ſemetipſum reſignare, verùm etiam per procuratorem: qui, ſi ad cedendum Pontificali aut alij cuilibet dignitati, vel beneficio, ſponte ac liberè conſtitutus fuerit, ſi poſtmodum ignorans reuocatus fuerit, tenebit

e *clem. uni. eodem tit.*

bit ceſsio per eum facta, antequam ad ipſius procuratoris, vel illius in cuius manibus ceſſio fuerat facienda, notitiam reuocatio huiuſmodi fuerit deducta: niſi fortè per ipſos, aut alios dolo malo factum fuerit, quò minùs ad eos, vel eorum alterũ ante ceſsionem reuocatio perueniret.

*Qui impetrauit cedendi licentiam, compellitur renunciare. h. d.*

Aliud iuris eſt, ſiqui cedendi licentia cum inſtantia poſtulata, atque ea obtẽta, leuitate fortè cedere pretermittant: eos .n. ad cedendum compellendos eſſe generali Concilio [a] ſtatuitur.

a *cap. quidam cedẽdi. ext. eod. tit.*

## DE DEPOSITIONE, ſeu degradatione,

### TITVLVS XX.

*Spirituale coniugium diſſoluitur per degradationem. h. d.*

PEr degradationem quoque coniugium Eccleſiæ & Epiſcopi diſſoluitur. Nihil .n. eſt aliud degradare, quàm de gradu deijcere: quod inſtitutũ eſt ad ſimilitudinem [b] exauthorationis eius qui militiæ deſeruit armatæ: cui tam militaris ordo, quàm etiam inſignia ob delictum detrahuntur.

b *cap. 2. §. actualis. de pœnis. in 6.*

*Duplex eſt degradatio, uerbalis & actualis. h. d.*

Eſt autẽ degradatio duplex: verbalis ſcilicet & actualis. Verbalis [c] degradatio eſt, cùm ab eo, qui authoritatem habet, aſsiſtente certo Epiſcoporum numero depoſitionis fertur ſentẽtia. Actualis verò, ſiue ſolennis eſt, cùm non ſolùm fertur ſentẽtia, verùm etiam ab eo qui degradandus eſt, veſtes & ſingula inſignia ſui ordinis gradatim auferũtur. Cuius ordo ac ſeries latiſsimè Bonifaciana conſtitutione [d] demonſtratur.

c *d. cap. 2. §. uerbalis. de pœnis. in 6.*

d *d. cap. 2.*

*Proprius ſolùm Epiſcopus poteſt deponere conſtitutos in minoribus ordinibus, ſecùs in maioribus. h. d.*

Quod [e] autem dictum eſt, Epiſcoporum numero aſsiſtẽte, ſic intelligi oportet, ſi de Epiſcopo, aut illo degradando agatur, qui ſit in maioribus ordinibus conſtitutus. Cęterùm, ſi de ijs agatur qui minoribus tantùm inſigniti ſint, proprij Epiſcopi ſententia, abſq; vllorum Epiſcoporum [f] interuentu, ſatis erit.

e *can. ſi quis tumidus. 15. q. 7.*

f *can. ſi autẽ. in fin. d. 15. q. 7.*

*In degradatione ſacerdotum ob cauſam hæreſis poteſt procedere ſolus Epiſcopus delinquentium cum ſuis minoribus prælatis. h. d.*

Quinimmò interdum etiam ſi presbyter, vel in ſacris conſtitutus degradandus fuerit, plurium Epiſcoporum interuentus neceſſarius non erit: nam tales, ſi pro hæreſi [g] ſeculari curiæ tradendi, vel perpetuò immurandi ſint, quia Epiſcoporum numerus facilè conuenire non poteſt, ſolus Epi-

g *ca. 1. de hæret. in 6.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſcopus, conuocatis Abbatibus & alijs prælatis, virisq́; ſuæ diœceſis pietate ac bonis artibus inſtructis, degradare poterit.

*Degradatus traditur curiæ ſeculari, et pro eo debet Eccleſia intercedere, & degradatus ſe miſcens ſacris, excommunicatur. h.d.*

Clericus igitur ob graue flagitium degradatus, cùm ab Eccleſiaſtico foro fuerit proiectus, ſeculari curiæ traditur puniendus. Vnde celebranda[a] erit talis degradatio ſeculari præſente poteſtate, & cùm perfecta fuerit, pronunciandum vt ſecularis Iudex degradatum, tanquã clericali priuilegio exutũ, in forum ſuum recipiat puniẽdum: pro quo tamen Eccleſia debet intercedere, vt citra mortis periculum in eum ſententiã moderetur: & ſi impetrauerit, & degradatus pœnæ ſuperſtes fuerit, ab adminiſtratione ſui ordinis debet abſtinere. Quòd ſi cingulo militię cæleſtis exauthoratus, auſu temerario ſibi dudum commiſſum audebit in poſterum attractare miniſterium, etiam ab Eccleſia ex canone Apoſtolorum erit abſcindendus.

*a ca. nouimus. extr. de uer. ſignif.*

## DE SACERDOTIBVS in inferiori gradu conſtitutis,

### TITVLVS XXI.

*Sacerdotes inferioris gradus, ſunt presbyteri, nec ſufficit aliquid obiter tractatum eſſe. h.d.*

NVnc deſcendamus ad ſacerdotes in inferiore gradu cõſtitutos: ſubſequenter poſtea de ijs dicturi, q licet ſacerdotes non ſint, in ſacris tamen conſtituti reperiuntur: ac demum de his, qui circa humiliora in domo Dei neceſſarium miniſterium exhibent, qui in minoribus ordinibus dicuntur conſtituti: de quibus omnibus, ſi quid ſuperiùs locuti fuimus, obiter potiùs, quàm ex profeſſo loquuti fuimus. Inferiores ſacerdotes, ſunt presbyteri.

*Sacerdotum in duas claſſes diuiſio, ſumpſit originem tam à teſtamento ueteri, quàm nouo. h.d.*

Et[b] nõ inelegãter ſacerdotes in duos ordines diſtributi eſſe videntur: Hæc enim diſcretio, tam in veteri teſtamento à Deo per Moyſem ſumpſit exordium, qui ex præceptis Domini Aaron in ſummum Põtificem, filios verò eius invnxit in minores ſacerdotes: quàm etiam in nouo ab ipſo Chriſto, qui duodecim Apoſtolos, tanquam maiores ſacerdotes, ſeptuaginta duos quaſi in minores inſtituit: Petrum verò quaſi ſummum ſacerdotem elegit, dum ei præ omnibus, & pro omnibus claues regni cælorum tribuit.

*b diſtin. 21. in ſum. & per totum.*

Preſ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Preſbyteri & Epiſcopi olim erant ijdem, ſed in remedium ſchiſmatis de preſbyteris, unus electus eſt qui Epiſcopus dicitur. h. d.*

Preſbyterum [a] autem & Epiſcopum ſunt qui eundem olim extitiſſe affirment, & aliud ætatis, aliud dignitatis fuiſſe nomen. Sed cùm multi in ſingulis Eccleſijs preſbyteri conſtituti eſſent, in remedium ſchiſmatis [b] factum eſſe, vt per illos vnus eligeretur, qui cæteris eſſet præponendus: Electum autem Epiſcopi retinuiſſe nomen, eligentes preſbyterorum: quorum erga Epiſcopos vſqueadeò creuit honor, vt illis tanquam filij cœperint obedire, nec iam pro ſacerdotibus habeantur, qui ſub nullius Epiſcopi diſciplina & prouidentia gubernantur.

a *can. 1. §. unde & apud. 21. diſtin.*

b *cano. olim idē. diſt. 95 & can. legimus. diſt. 93.*

*Preſbyter appellatur potiùs à prudentia, quàm ab annis. h. d.*

Preſbyteri [c] verò nomē, quanquam à ſenectute ſit ſumptum, magis tamen ſapientiæ indicat maturitatem, quàm corporis canitiem.

c *cano. quiſquis. §. preſbyteros. diſtin. 84.*

*Quæ ſit preſbyterorum poteſtas, & authoritas. h. d.*

Epiſcopi [d] igitur ac preſbyteri non penitùs eſt abſimilis circa ſacra miniſteriorum diſpenſatio: Illorum enim, quæ gerere poteſt Epiſcopus, quędam preſbyter ſuo iure, quædam illius permiſsione exequitur, quædā verò nullo pacto poteſt attingere. Proprio iure preſbyter, Dominici corporis [e] ac ſanguinis conſecrationem, etiam Epiſcopo præſente celebrat, infantes baptizat [f], ſanctificato oleo infantes invngit, benedicit, & de occultis peccatis pœnitentes, vel in extremis agentes ad gratiam reconciliationis admitten di poteſtatem habet. Epiſcopo permittente [g], aut vltima cogente neceſsitate, & baptizatos ſacro linire chriſmate, & virgines Deo dicare, preſbyteris cōceditur. Eccleſias verò erigere, conſecrare, reconciliare, ſacrū chriſma conficere, Clericos ordinare, excommunicare, pœnitentes publicè reconciliare, ſolis Epiſcopis reſeruatur [h].

d *can. quamuis. diſt. 68.*

e *d. can. quāuis. et can. 1. §. ad preſbyt. 25. diſtin.*

f *can. conſtat baptiſma. de cōſecrat. diſt. 4.*

g *can. 1. & ſeq. 26. q. 6. & can. preſbyteris ſeu. de conſecra. diſtin. 4.*

h *d. can. quāuis diſt. 68 & cano. 1. uerſ. ad epiſcopum. 25 diſt.*

## DE IIS, QVI IN SACRIS ſunt conſtituti,

### TITVLVS XXII.

*In ſacris conſtituti ſunt Diaconi, & Subdiaconi, & Diaconi debent Epiſcopum cuſtodire, ſacerdotibus celebrantibus aſſiſtere, nouum teſtamentum prædicare, Euchariſtiam uerò præſente Epiſcopo uel preſbytero, populo erogare non poſſunt. h. d.*

SIcut autē Epiſcopis preſbyteri: ita etiam [i] vtriſque debent obedientiam Diaconi: ad quos Epiſcopum prædicantem ab inſidijs cuſtodire, pertinet, ne aut ipſe quoquo modo lędatur, aut diuina verba per detractores polluantur. Sacerdotibus quoque celebrantibus [k] in omnibus aſsiſtēt, Euangelium ad populum prædicabunt. Sed

i *can. diaconi ſeptē. §. ut igitur. diſtin. 93. et can. ſeq.*

k *can. 1. uer. ad diaconū. diſt. 25.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a can. constat baptiſma. de cõſecrat. diſt. 4.

nec baptizare [a] præſente Epiſcopo, aut presbytero, nec Dominici corporis Euchariſtiam populo erogare audere debet, niſi prædictis omnibus longiùs fortaſſe conſtitutis, neceſsitas ad id extrema eos compellat.

*Primitiua Eccleſia non habuit Subdiaconos, & apud antiquos Subdiaconatus non reponebatur inter ſacros ordines, ſed poſtea & is ordo inter ſacros cœptus eſt haberi, & Subdiaconus poteſt eligi in Epiſcopum. h. d.*

b cap. à multis. extr. de ætate & quali.

Subdiaconos [b] licet & Eccleſia primitiua legatur habuiſſe, talis tamẽ ordo apud antiquos inter ſacros non annumerabatur: paulatim tamen poſt aliquot temporum curricula cœptus eſt & ſubdiaconatus inter ſacros ordines reponi. Eisque ad ſimilitudinem tam presbyterorum, quàm diaconorum continentia [c] fuit imperata. Cúmque à multis, an in Epiſcopum ſubdiaconus eligi valeret, hæſitaretur: nouiſsimè [d] poſt Vrbanum Innocentij proceſsit cõſtitutio, quæ, vt is quoq; in Epiſcopum liberè eligi valeat, declarauit ac ſtatuit.

c can. 1. diſt. 28.

d d. capit. à multis. ext. de ætate et quali.

*Circa quæ uerſetur officium Subdiaconi. hoc dicit.*

e can. 1. uerſ. ad ſubdiaconũ. diſt. 25.

Diaconum [e] igitur ſubdiaconus ſubſequitur: ad quem calicem & patinam ad altare deferre pertinet, & Leuitis tradere, eisque miniſtrare. Vrceolum quoque, & aquam, manile, & manutergium tenere, Epiſcopo, presbyteris, & Leuitis pro lauandis ante altare manibus aquam præbere.

*Subdiaconus poteſt quis ordinari in decimo octauo anno, Diaconus in uigeſimo, Presbyter in uigeſimoquinto. h. d.*

Sicut autem ſubdiacono minus creditur, quàm diacono: & diacono minus, quàm presbytero committitur: ita ad ſubdiaconatum minor ætas, quàm ad diaconatum: & ad diaconatum minor, quàm ad presbyteratum ſuffragatur. Poterit igitur hodie [f] quis, niſi aliud Canonicum obſiſtat impedimentũ, decimo octauo natus anno ad primum ſacrum ordinem, vigeſimo ad ſecundum, ad presbyteratum vigeſimoquinto, promoueri.

f clem. fin. de ætate & quali.

*Propriè ſacerdotes appellantur qui Euchariſtiam conficiunt, impropriè etiam diaconus & ſubdiaconus.*

Diximus autem diaconum & ſubdiaconum non eſſe ſacerdotes, proprietatem ſermonis attendentes: Propriè [g] enim ſacerdos is eſt appellandus, cui ſacrificium corporis & ſanguinis Dominici in altari conficere pmittitur. Ceterùm & ipſi interdum ſacerdotes appellãtur, ſed per abvſionem. Vidimus hactenus de ijs, qui in maioribus ſunt ordinibus conſtituti: nunc videamus de ijs, qui in Eccleſia Dei minoribus ſunt ordinibus inſigniti.

g can. 1. uerſ. Sacerdos. diſtin. 21.

DE

## DE IIS, QVI SVNT in minoribus ordinibus conſtituti,

TITVLVS XXIII.

*Minores ordines ſunt acolytatus, exorciſtatus, lectoratus, et oſtiariatus. h. d.*

SVnt igitur in Eccleſia alij minores ordines, qui ſine ſacramentali vnctione, ſola Epiſcopi benedictione, cum quadã vaſorum, vel indumentorum diſtributione, præſtantur: vt ſunt, Acolytus, Exorciſta, Lector, Oſtiarius. Acolytus [a] eſt is, ad quẽ præparatio luminum, & qui cereum (à quo nomen quoq; ducit) deferre debet, quique ſuggeſta pro Euchariſtia ſubdiaconis præparat. Exorciſta [b] is eſt, qui exorciſmos memoriter retinere debet, manusque ſuper energumenos, & catechumenos in exorcizando imponere. Lector [c] autem is appellatur, qui lectiones debet pronunciare, & ea, quæ Prophetæ vaticinati ſunt, populis prædicare. Ad Oſtiarium [d] pertinẽt claues Eccleſiæ, vt claudat & aperiat templum Dei, & omnia quæ ſunt intùs extraque, cuſtodiat, fideles recipiat, excommunicatos & infideles prouido iudicio repellat.

a *can. 1. §. ad acolytum. diſtin. 25.*
b *d. can. 1. §. ad exorciſtam.*
c *d. can. 1. §. ad lectorẽ.*
d *d. can. 1. §. ad oſtiariũ.*

*Pſalmiſtatus eſt minor ordo, et poteſt conferri à ſolo presbytero. h. d.*

Eſt & Pſalmiſta, id eſt, Cantor, qui abſq; ſciẽtia Epiſcopi [e], presbytero ſolùm iubente, officium ſuſcipit cantandi: qui & ipſe, licet apud antiquos dubitatũ fuerit, inter minores ordines cœptus eſt annumerari [f].

e *can. Pſalmiſta. diſt. 23.*
f *glo. in uer. Pſalmiſta. can. 1. 21. diſtin. et can. 1. uerſ. ad Pſalmiſtã. 25. diſt.*

*Conſtituti in maioribus ordinibus nullo pacto matrimonium contrahere poſſunt, ſed conſtituti in minoribus poſſunt: ſed ſi contrahant, priuantur beneficijs et dignitatibus Eccleſiaſticis. h. d.*

Horum autem & ſacrorum valde diſpar eſt conditio: ſiquidem illis ita eſt continentia imperata [g], vt nunquàm ad matrimonium aſpirare valeãt: his autem, ſi ad ſuperiores ordines ꝓuehi noluerint, matrimonium contrahere minimè interdicitur: ſed eo caſu non ſolùm ad ſacros ordines, & Eccleſiaſticas dignitates, & adminiſtrationes admittendi nõ ſunt: ſed etiam [h] beneficijs, quæcunque fortè habuerint, priuandi erũt: nam nec ea ſine prauo exemplo poſſunt & graui ſcandalo retinere [i]: & tales bona Eccleſiaſtica dilapidare ſolent. Hucuſque ſingulariter tam de maioribus ordinibus, quàm de minoribus breuiter tractatũ fuit: exponamus nunc aliqua, quę tam maiorum ordinum, quàm minorum, ſunt communia.

g *diſt. 26. et 32. per totum.*
h *cap. 1. cap. quod ad. et cap. diuerſis. extra. de cleri. coniuga.*
i *cap. cum decorem. ext. de cleri. coniuga.*

## COMMVNIA TAM MAIORUM, quàm minorum ordinum,

TITVLVS XXIIII.

*Minores debent maioribus exhibere reuerentiam, maiores uerò minoribus amorem & charitatem. h. d.*

IN primis admonendi ſunt ij, qui minori ſub ordine conſtituti ſunt & officio, vt ijs, qui aut ordine præcellunt, aut officio, reuerentiam, & obedientiam [a] exhibeāt: nec per temeritatem alter alterius partes ſibi vindicet. Maiores quoque meminerint, ſe maiores eſſe, non dominos: & ob id inferioribus non tanquam ſubditis dominentur, ſed quaſi clericos honorent, & diligant: & tales ſint, qui non ſolùm præſint, verùm etiam proſint.

a can. à ſubdiacono. diſtinct. 93. gloſ. 2. cap. ad aures. extra. de tēp. ordina.

*Ordinatores debent inſtruere ordinandos in diuinis. h. d.*

Item ſub grauis vltionis comminatione ex ordinatione generalis conſilij debent Epiſcopi promouendos in ſacerdotes per ſe ipſos, vel alios idoneos viros ſuper diuinis officijs, Eccleſiaſticisq; ſacramentis diligenter inſtruere, & informare. *Sanctius* [b] *enim* (inquit) *eſt paucos bonos, quàm multos malos habere miniſtros: quia, ſi cæcus cæcum ducet, ambo in foueā dilabētur.*

b cano. tales. diſt. 23.

*Ordinationem præcedere debet diligens ſcrutinium. h. d.*

Præcedet autem ordinationem diligens ſcrutinium [c], nec niſi qui [d] tam verbo fidei, quàm rectæ conuerſationis exemplo, Epiſcoporum vel populari teſtimonio probantur, ad ordines admittendi erunt. Ordinatus [e] itaque accipiat ſecum diuinæ legis peritos ſacerdotes, & in Eccleſiaſticis ſanctionib. exercitatos, qui ordinandorū genus, patriam, ætatem, locum vbi ordinati ſunt, ſi literas callēt, ſi inſtructi in lege Dei, & ante omnia diligenter inueſtigent, ſi fidem Catholicam diligēter teneant.

c ext. de ſcrutinio in ordi. facien.

d can. 2. & can. epiſcopi. diſt. 24

e can. quādo epiſcopus. d. diſt. 24.

*Examen debet præcedere collationem beneficiorum. h. d.*

Quod [f] & in beneficiorū collationibus obſeruandum erit: q enim beneficijs Eccleſiaſticis præficiendi fuerint, à ſuo priùs archidiacono examinari debēt, & per ipſum poſtmodùm Epiſcopo præſentari.

f cap. ad hæc nos. uerſ. et hoc idē. ex. de offi. archid.

*Tam ſimoniacè ordinatus, quàm ordinans, ſunt puniendi. h. d.*

Ipſi [g] verò quibus talis cura committitur, cauere debent, ne aut cuiuſquā gratia, aut cuiuſcunque muneris cupiditate illecti, à vero deuiēt, vt indignum, & minùs idoneum, aut non examinatum ad ſacros gradus ſuſcipiendos Epiſcopo præſentent. Quod ſi aliter fecerint: &, qui indignè acceſſerit, ab altari remouebitur, & qui donum Sancti Spiritus vēdere conati ſunt, coram Deo iam cōdemnati, Eccleſiaſtica dignitate carebunt.

g can. quādo epiſcopus. §. ipſi aūt. diſtin. 24.

*Quæ tempora in ordinationibus ſeruari debent. h. d.*

Igitur [h] per tres cōtinuos dies diligenter examinētur, & demùm ſabbato, qui probati ſunt, Epiſcopo præſententur: Qui tamen

h d. can. quādo epiſcopus. §. igitur.

men ſecundum diuerſitatem ordinum, temporis quoque ſeruabit diuerſitatem: non enim[a] omnes ordines quibuslibet tẽporibus conferri poſſunt: nam Dominicis & alijs feſtiuis diebus vnum, aut duos ad minores licebit promouere, ſed ad ſubdiaconatum, niſi in quatuor temporibus, & vna & altera ſtatuta die, nulli Epiſcoporum, preterquàm Romano Pontifici, licet aliquos ordinare, nec alicuius loci cõtraria eſt admittenda cõſuetudo. Quòdſi[b] fortè ſecus factum fuerit, ordinans quidem poteſtate priuandus eſt ordinãdi: & ordinatus cùm characterem[c] minimè dubitetur recepiſſe, pœnitentia præuia in ſusceptis ordinibus miniſtrare ſubſtinendus erit.

a cap. 1. 2. et 3. ext. de tẽpo. ordi.

b cap. dilectus filius. ex de temp. ordi.

c cap. pen. eod. tit.

*Nec uno, nec duobus diebus continuato ieiunio duo ſacri ordines conferri poſſunt. h. d.*

Sed[d] nec vno die, nec duobus cõtinuato ieiunio ad duos quis poteſt ſacros ordines promoueri, arbitrariè ordinãti ſuſpenſionis imminente pœna.

d cap. literas. ext. de tẽp. ordi.

*Minores ordines omnes ſimul conferri poſſunt. h. d.*

Diuerſum[e] ſtatuitur de minoribus, qui omnes vel vnica die conferri poſſnnt.

e cap. de co. ext. de tem. ordi.

*Cum promoto per ſaltum, poteſt, prætermiſſo ordine repetito, diſpenſari. h. d.*

Per[f] ſaltum verò ſi promotus fuerit quis, ſolenniter ordine prætermiſſo repetito, ex miſericordia miniſtrare permittẽdus erit.

f can. 1. diſt. 52. & cap. uni. de cleri. per ſal. prom.

*Promotus ad ſacros ordines furtiuè contra probibitionem prælati, non poteſt fieri ſacerdos, niſi prius fuerit monaſterium ingreſſus: ſecus, ſi non contra probibitionem, quia tunc poteſt Epiſcopus pro arbitrio diſpenſare: & qui non ordinatus ſe miſcuit diuinis, nunquam poterit ordinari. h. d.*

Quòdſi[g] furtiuè ad ſacros ordines quis irrepſerit, diſpiciendum erit, an prælati ſub anathemate præceſſerit interminatio: tunc enim nulla ratione ad ſacerdotalem poterit ordinẽ promoueri, niſi regulari habitu ſuſcepto laudabilem aliquandiu duxerit vitam: quo caſu ſecum miſericorditer diſpenſari poterit: alioquin nulla præcedente inhibitione, condigna ſatisfactione impoſita, pro ſuo arbitrio cum illo poterit Epiſcopus diſpenſare. Quòd ſi is, qui nullum adhuc penitùs attigit ordinem[h], diuinum aliquod officiũ exercuerit, & ab Eccleſia erit abijciendus, & nunquam ordinandus.

g cap. 1. & ſeq. extr. de eo qui fur. ordi. ſuſce.

h cap. 1. & ſeq. extr. de cleri. non ordi. min. ſtrã.

*Qui nondum baptizatus ordinatus eſt, debet baptizari & rurſus ordinari. h. d.*

De[i] eo qui non baptizatus ordines ſuſceperit, valde dubitatum eſt: de quo poſt multam tãdem diſcuſſionem obtẽtum & conſtitutum fuit, vt baptizetur, atque iterum ordinetur: & meritò: cùm enim baptiſmus[k] omnium ſacramentorum ianua ſit

i cap. 1. ext. de presbyt. non bapti.

k gloſſ. 2. d. cap. 1.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& fundamentum, ſuperædifica ri non potuit, vbi fundamentũ defuit.

*Sacros ordines tantùm Epiſcopus confert, minores interdum & alij, & Epiſcopus qui loco, non dignitati renunciauit, ſacros ordines conferre poteſt. ſecus, ſi etiam dignitati, quia tunc ſolùm minores confert. h. d.*

Illud poſtremò omittendum non eſt, quòd inter minores & ſacros ordines illa eſt differentia: quia maiores ab Epiſcopis, minores verò etiã ab alijs quandoque conferuntur. Vnde de eo quæſitum eſt [a], qui Epiſcopatui renunciaſſet, an & quales ordines cõferre poſſet? in qua ſpecie obtinuit diſtinctio, vt ſi quidem loco tantùm quis renunciaſſet, eos quos ante renunciationem poterat, rogatus conferre poſſit. Quòd ſi non ſolùm loco, verùm etiam dignitati renũciauit, minores tantùm quis ab eo recipere, & in illis deſeruire, & ad maiores, ſi reperiatur idoneus, poterit promoueri. Sanè ſi ab eodem ſacros ordines ſcienter quis receperit, quia indignum ſe fecit, officij non habebit executionem: vbi autem non ſciẽter (niſi craſſa & ſupina fuerit ignorantia) diſcretus Põtifex diſpenſare poterit.

*a cap. 1. ext. de ordi. ab epiſcopo.*

## QVI PROMOVERI non poſſunt,

### TITVLVS XXV.

*Ponit quatuor cauſas ſiue reſpectus, ob quos prohibentur homines ordinari. h. d.*

QVoniam verò præcaueri debet, quod vel infirmari, vel vituperari poteſt: ſciendũ eſt, quoſdam eſſe qui non ſunt ad Eccleſiaſticos ordines admittendi, quod fieri contingit quatuor ex cauſis: aut enim quis ꝓmoueri impeditur ratione ſubiectionis, aut ratione delicti iã patrati, aut ſuſpicione futuri lapſus, aut ob corporis læſionem.

*Seruus & libertus non poſſunt ordinari, & ſeruus ordinatus ſciente domino fit ex hoc liber & ingenuus. h. d.*

Ratione ſubiectionis [b] promoueri impediuntur ſerui: eos enim, niſi à dominis libertatem cõſecuti fuerint, nullo debet ordine Epiſcopus inſignire: liber enim eſſe debet, qui diuinæ aggregandus eſt militiæ. Quaꝓpter nõ ſolùm ſerui, ſed nec, qui retẽto obſeqo, manumiſsi ſunt, cùm adhuc ſeruitutem quandã ſeruire videantur, ſunt ad clericatus ordinem promouendi. q; ſi contrà factum fuerit, tam ordinantis, quàm eius qui ſacro præcinctus eſt cingulo, Canonicis pœnis coërcenda eſt audacia. Si tamen ſeruus, ſciente Domino, fuerit ordinatus, ex hoc liber erit & ingenuus.

*b cap. 1. & ſeq. extr. de ſeruis nõ ordi.*

*Manumiſſus ab Eccleſia, ut eidem ſeruiat in diuinis, non poteſt ſe transferre ad aliam Eccleſiam: ſecus, ſi ſimpliciter fuerit manumiſſus. hoc dicit.*

Quòd ſi [c] quis Eccleſiæ ſeruili conditione obnoxius, ab eadem

*c cap. ed libertis. ext. de ſer. nõ ordi.*

dem manumittatur, vt inſignitus ordine clericali in ea perpetuò ſeruiat in diuinis, liber factus & ordinatus, ad aliam ſe transferre non poterit: ſed, ſi abſolutè manumiſſus fuerit, ad aliam tranſeundi non erit licentia deneganda.

*Monachi non ordinantur, niſi de licentia Abbatis.*

Monachi [a] quoque, niſi de ſui fuerint Abbatis voluntate præpoſiti, ad Eccleſiaſtica non ſunt officia promouendi.

a *can. 1. diſt. 58. cap. ad aures. extr. de temp. ordinan.*

*Licentia conceſſa à ſuperiore religioſo, ut poßit conſentire prouiſioni de ſe factæ, nõ ualet. h. d.*

Strictiùs [b] adhuc agitur cum religioſis, non ſolùm circa ordines, ſed etiam circa electioné, vel prouiſionem quamlibet: ſicui enim à ſuperiore ſuo licentia concedatur, vt electioni, vel prouiſioni, ſi quam de ipſo fieri contigerit, ſuum accommodare poſsit conſenſum, quia ambitionis vitio viam parat talis licentia, nullius firmitatis exiſtet.

b *clem. fin. de elect.*

*Non poteſt quis ab extraneo Epiſcopo ordinari, niſi de licentia ſui ordinarij, quam concedere poterit etiam Vicarius & capitulum, ſi ſedes uacet, uel qui adminiſtrat. h. d.*

Pari [c] ratione conſtitutum eſt, ne quis alienæ diœceſis virum præter proprij ſuperioris licentiam ordinare audeat, quam tamen Epiſcopo in remotis agente, dare poterit ipſius in ſpiritualibus Vicarius generalis, vel ſede vacante Capitulum, ſeu is ad quem tunc temporis adminiſtratio ſpiritualium noſcitur pertinere.

c *cap. 2. & ſeq. de tempo. ordi. in 6.*

*Itali Epiſcopi non debent ordinare Vltramontanum, niſi de licentia Papæ, uel ſui ordinarij. h. d.*

Et [d] hoc quidem non ſolùm obtinet Italis ordinari flagitantibus, verùm etiam exteris. Etenim illos nullus Italicus Epiſcopus ordinare debet, niſi vel à ſummo Pontifice ſpecialem habeat licétiam: vel ab Epiſcopo, de cuius diœceſi traxerit originem ordinandus: vel in cuius diœceſi beneficiatus exiſtit, per eius patentes literas cauſam rationabilem continentes, quare ipſum nolit vel nequeat ordinare. & ij qui contrauenerint, cenſuris canonicis coërcentur, ꝑ vt latiùs ex Clementis IIII. conſtitutione apparet.

d *cap. 1. de tẽpor. ordi. in 6.*

*Homicida uoluntarius non poteſt promoueri, & promotus eſt deponendus, ſecus de neceſſario. h. d.*

Patrati delicti ratione quis ordinari prohibetur, vt cùm homicidium, aut aliud capitale crimen [e] facto, aut præcepto, aut conſilio perpetrauerit: & per ſurreptionem promotus, deijciendus erit, dicente Domino, *Si quis per induſtriam [f], aut per inſidias hominem occiderit, ab altari meo euelles eum.* De eo itaque homicida intelligendum eſt, qui voluntate committit homicidium. Cæ-

e *can. ſi quis uiduã. 50. diſt. & per totum. & ext. de homic.*

f *cap. 1. ext. de homic.*

terùm ſi qui neceſsitate maxima arctati, effugere nullo pacto valentes, homicidium admiſerint, nullam ex hoc irregularitatem incurrunt.

*Fortuitum homicidium commiſſum, dum dabatur opera rei illicitæ, impedit quem promoueri. h.d.*

Quòd ſi neq; voluntariũ fuerit, neque neceſſarium, ſed fortuitum, diſtinguendum eſt, nũ is cuius occaſione perpetratum fuerit, illicitæ rei daret operam, an licitæ. Si illicitæ [a] rei dans operam, vt putà, vetito ludo incũbens, caſu homicidium perpetrauerit, vel bello etiam contra infideles ſeſe immiſcens, volẽs Chriſtiani nominis hoſtem interfecerit, nec [b] ad ſacros ordines promouendus eſt, & promotus non ſolùm ad ſuperiores aſcendere prohibendus eſt, verùm etiam in ſuo miniſtrare: planè [c] ex diſpenſatione in inferiore miniſtrare ſubſtinendus erit.

a *cap. continebatur. extra. de homi.*
b *can. clericũ qui. et can. ſeq. diſt. 50*
c *d. cap. continebatur. in fi.*

*Si dans operam rei licitæ, ex negligentia homicidium cõmiſit, irregularitatem incurrit: ſecus, ſi non ex negligentia, ſed mero caſu. h.d.*

Sed [d] & ſi licitæ rei opera dabatur, nec tamen debitam quis operi ſuo adhibuit diligentiã, ex quo homicidium ſequutum eſt, ab omni miniſterio altaris excludendus erit: quod in eo reſponſum eſt, qui puerum [e] intuitu diſciplinæ ita percuſsit, vt ex percuſsione expirauerit, vel ex ea in aliam infirmitatem incidit, ex qua compertum fuit expiraſſe. Præceptoris enim nimia ſæuitia culpæ aſsignatur. Diuerſum ſtatuitur, ſi nulla culpa ſubſit, vt in eo accidit, quo campanas [f] pulſante, vt ſigno dato conueniret populus ad diuina, tintinabulum cadẽs, ita ſubiectum puerum percuſsit, vt ex vulnere deceſſerit: nam cùm is culpę penitùs expers fuerit, nullam incurriſſe noſcitur irregularitatem, etiamſi de homicidio veniam poſtulauerit. Bonarum enim mentium eſt ibi etiam culpas agnoſcere, vbi culpa nõ eſt.

d *cap. continebatur. extra de homi.*
e *cap presbyterum. ext. de homi.*
f *cap. Ioãnes ſacerdos. d. tit. de homi.*

*Infantes, furioſi, dormientes, ex commiſſo homicidio non incurrunt irregularitatem. hoc dicit.*

Idem [g] conſtitutum eſt de infantibus, furioſis, & de dormientibus, qui ſi hominem mutilent, vel occidant, nullam ex hoc irregularitatem contrahũt.

g *clem. 1. de homi.*

*Clerici facientes querelam de ſuis malefactoribus, non fiunt irregulares, etiam ſi Iudex mortem illis inferat. h.d.*

Idem & de clericis [h], qui de iniurijs ſibi illatis apud Iudicem conqueruntur, proteſtantes q; ad vindictam, ſeu ſanguinis pœnam non intendunt. Nam ſi Iudex Iuſtitia exigente mortem delinquẽtibus inferat, accuſatoribus imputari non debet: alioqui ſi propter huiuſmodi metum, quia ſcilicet Iudex ad pœnam ſanguinis poſſet procedere, ſic conqueri non auderẽt, da-

h *cap. 2. de homi. in 6.*

retur pleriſque materia trucidã di eos, & ipſorum bona paſsim inuadendi.

*Publicè pœnitentes non poſſunt promoueri, poſſunt tamen ex neceſsitate deputari in aliquo minorum ordinum. h. d.*

a *can. canones apud. diſtin. 50.*

Pœnitentes[a] quoque tam ad ſacros ordines, quàm etiam infimos promoueri non debent: quod vtique non de omni pœnitente intelligendum eſt, ſed de eo tantùm quem publicè, ac ſolenniter pœnituit: quæ pœnitentia ſemel tantùm in Eccleſia conceditur[b]. Placuit tamen Toletano Concilio[c], ſi neceſsitas aut vſus exegerit, inter oſtiarios, vel lectores huiuſmodi pœnitentes poſſe collocari.

b *can. ſi quis poſt. §. poteſt. d. diſt. 50.*

c *can. placuit. d. diſtin. 50.*

*Qui exercuerunt officia ſecularia, ſi honeſti ſunt, poſt reddita ratiocinia poſſunt ordinari, ſecus eſt de uſurarijs. h. d.*

d *cap uni. ex. de oblig. ad ratio. ordi. uel non.*

Iis[d] illi ſimiles ſunt qui negotijs & officijs ſecularibus ſeruiunt: quorum tamẽ vita ſi poſt depoſita onera, & reddita ratiocinia deprehenſa fuerit inculpata, omnibus poſſunt munerib. honeſtari. Quòd ſi quis vſuras[e], dum negotiaretur, exercuiſſe compertus fuerit, non ſolùm ordinandus non eſt, verùm etiam ordinatus deponendus[f]. Mens enim auida, nec abſtinere nouit vetitis, nec gaudere cõceſsis[g].

e *can. 2. diſt. 33.*

f *cano. ſi quis clericorum. diſt. 47.*

g *can. uirũ. in fi. d. diſtin. 47.*

*Simoniaci, ſeditioſi, & iniuriarum ultores ordinari non poſſunt. h. d.*

Idem ſtatuendum eſt de eo, qui quaſi dona Dei empturus, pecuniam ad imitationem Simonis[h] obtulerit. Idem & de ſeditioſis[i], & his qui propriarũ iniuriarum pertinaces fuerint vltores.

h *can. 2. in fi. diſt. 33. & 1. q. 1. per totum.*

i *can. ſeditionarios. diſt. 46.*

*Fur occultus poteſt poſt reſtitutionem, & pœnitentiam ad ſacros ordines promoueri. hoc dicit.*

De[k] fure, an ad ſacros ordines promoueri poſsit, quæri poteſt. & ſi quidem ſponte furtum confeſſus, damnum paſſo ſatiſfecerit, & pœnitentiam peregerit, ſi alioqui idoneus fuerit, nec ſuper furto manifeſta reſperſus ſit infamia, ad ſacros ordines proculdubio promoueri poterit.

k *cap. ex literis. extr. de furt.*

*Baptizatus in ægritudine non debet ordinari regulariter, & rebaptizati nunquam ordinantur. h. d.*

Sed etſi nullum quis delictũ perpetraſſe deprehendatur, qđ illum à ſacris excludere valeat miniſterijs, adhuc tamen, ſi vel de fide eius, vel continentia ſuſpicio ſit, promouendus non erit. Vt ecce, ſiquis in ægritudine[l] conſtitutus, baptizatus fuerit, quia fides eius non ex voluntate, ſed ex neceſsitate videtur eſſe, presbyter ordinari non debet: niſi fortè poſtea ipſius ſtudium & fides emicuerit, aut hominum raritas hoc exegerit. Scienter autem rebaptizatis[m], vt ad clericatus gradum promoueantur, permittendum non erit.

l *cano. 1. & ſeq. diſt. 57*

m *can. confirmandũ eſt. in fi. diſtin. 50.*

*Filij presbyterorum non poſſunt ordinari, niſi fiāt regulares, uel monachi, uel niſi ſint nati ex legitimo matrimonio, uel ſint ualde mor^ti. h. d.*

Presbyterorum[a] quoque filij à ſacris miniſterijs arcendi ſunt, niſi aut monachi fiant, vel in cōgregatiōe Canonica regulariter viuentes, religioſè probati fuerint conuerſari. Sed hoc[b] de ijs intelligere nos oportet, ad quos adulterio natos paterna flagitia hæreditaria ſucceſsione deſcendunt: vnde ſi vel ex legitimo nati ſunt matrimonio[c], vel morum honeſtas eos commendabiles fecerit exemplis & authoritatibus, non ſolùm ſacerdotes fieri poſſunt, ſed etiam ſummi ſacerdotes.

a *can. 1. diſti. 56. & ca. 1. extr. de filijs presbyt.*

b *d can. 1. §. ſed hoc. diſt. 56.*

c *cap. adhæc ex. extr. de filijs preſ.*

*Bigamus, & qui uxorem duxit uiduam, eiectam, uel meretricem, ordinari nō poſſunt. h. d.*

Item[d] repellendi ſunt, bigamus, & qui viduam, vel eiectā, vel meretricē, vel ancillam vxorem duxerit. Vidua eſt, cuius cognitæ maritus mortuus eſt: Vnde[e] is, qui ab alio quidē ductam, ſed minimè cognitam duxit vxorem, propter hoc impediri non debet, quin poſsit ad ſacerdotium promoueri, cùm neuter carnem ſuam diuiſerit in plures. Eiecta eſt, quę viuēte marito eijcitur. Meretrix, quæ multorum libidini patet, & cuius turpitudo publicè venalis eſt. Quod nō de ijs intelligendum eſt, qui tales adhuc vxores retinent (nam in ijs alia ratio eſt: quia ſcilicet coniugati non poſſunt in ſacris eſſe conſtituti) ſed de ijs, quorum vxores defunctæ ſunt.

d *can. ex pœnitentibus. & ſeq. & can. ſi quis uiduā. diſt. 50. can. 2. di. 33. cap. 1. & 3. per totum titul. extra. de bigamis.*

e *cap. debitū. extra. de bigamis. in fi.*

*Bigamus eſt, qui duas duxit uxores, & qui ſecundas nuptias tantùm de facto contraxit, reputatur bigamus. Item, ſi cum uidua de facto contraxerit. h. d.*

Eſt autem bigamus[f], qui duas habuit vxores, ſiue baptizatus ambas, ſiue etiam ante baptiſmum alteram. Si[g] quis tamen laicus primam duxerit, in ſacris cōſtitutus alteram, an ſit inter bigamos reputandus, hęſitatum eſt. Ex facto autem reſponſum eſt, hunc quidem nec bigamum eſſe, nec maritum viduæ: quia tamen, quantum in ipſo fuit, ſecundas nuptias contraxit, & viduam duxit, tanquā de bigamo, fore conſtituendum.

f *Glo. pen. can. pen. diſtin. 26.*

g *cap. nuper. & cap fin. extr. de big.*

*Fornicatus cum pluribus concubinis, non incurrit irregularitatem bigamiæ. h. d.*

Aliud Iuris eſt de cōcubinis[h], quas ſi plures quis habuerit, irregularitatem bigamiæ non incurrit, ſed cum eo tanquam ſimpliciter fornicatus ſit, quoad executionem ſacerdotalis officij, diſpenſari poterit.

h *ca. pen. ext. de bigamis.*

*Corpore uitiatus, niſi modica ſit læſio, ordinari non poteſt. h. d.*

Cauenda ſunt autem ijs, qui Eccleſiaſticis mancipandi ſunt officijs, non ſolùm animi, verùm etiam corporis vitia. Vnde

a *diſtin. 55. in ſum. & per totum.* de aliqua parte corporis [a] læſi, ad ſacerdotium aſcendere non valent. Hoc tamen tunc obtinet, cùm euidens & notabilis eſt læſio: cæterùm, ſi modica ſit [b], vtputa, qui exiguam partem digiti, vel vnguem nolentes amiſerint, ita vt ſine ſcádalo poſſint celebrare, à ſacerdotio repellendi non erunt.

b *cap. 1. & fin. extra. de corp. uitia.*

*Abſciſsi ex neceſsitate promoueri poſſunt, ſecus ſi ex uoluntate. h. d.*

c *can. ſi quis à medicis. cum duob. ſeq. diſtin. 55. ca. 3 & 5. ext. de corp. uiti.* Idem iuris eſt [c] de eo, cui vel vi, vel in cunabulis, vel de medicorum conſilio metu imminentis periculi virilia fuerint amputata: quòd ſi volentes, & carnali vitio repugnare fortè cupientes, ſe ipſos abſciderint, quia ſui homicidæ ſunt, ad clerum peruenire non poſſunt [d]. Corpore.n. vitiati, nó caſu, ſed propria voluntate ſunt intelligendi [e]: & ſicut in illis veniam caſus impetrat, ita vindictam in ijs voluntas poſtulat.

d *can. ſi quis abſciderit. d. diſtin. 55.*

e *can. pænitentis. §. corpor. d. diſti. 55.*

*Oculo priuatus indiſtinctè promoueri non poteſt, licet retineat ordines, ſi poſtea talis priuatio contingat.*

Hæc autem diſtinctio non in omnibus membris ſibi locum vendicat. Cui enim oculum [f] abſtulit caſus, licet voluntas deſit, ſacerdotium tamé conſequi non poteſt. Cæterùm ſi ſacerdotali in ordine conſtituto tale quid acciderit, quod olim integer acceperit, non amittet.

f *can. fin. diſtin. 55.*

*Olim furioſus, uel aliter uexatus, non poteſt ordinari. Clerici qui aliquando fuerunt demoniaci, non poſſunt ad ulteriores ordines promoueri. h. d.*

Is [g] quoque, qui in furorem aliquando verſus inſaniuit, aut quolibet modo vexationis incurſibus effertur, aut, quod prope furorem accedit, in ſcena luſerit, vel afflictione diabolica vexatus fuerit, ordinari non poterit. Clerici etiam [h], qui in adoleſcentia à dæmonibus cognoſcuntur obſeſsi, ad ſuperiorem gradum aſcendere non poſſunt.

g *can. 2 et 3. diſtin. 33.*

h *can. clerici. d. diſtin. 33.*

## DE PRAEBENDIS, & alijs beneficijs,

### TITVLVS XXVI.

*Connexa & dependentia ſunt ſimul tractanda. h. d.*

Poſthæc videamus de præbendis, & illarum conceſſione: quæ pars Iuris extra propoſitam quidem materiam fortaſſe videri poterit: loquimur enim in præſenti de iure perſonarum. Sed cùm ſuprà de dignitatibus Eccleſiaſticis, quibus præbendæ videntur annexæ, locuti fuerimus, non ſine cauſa, ſequenti loco poteſt hęc Iuris materia tractari.

*Qui in altari laborat, de altari debet & uiuere. h. d.*

Præbenda nihil eſt aliud, quàm Ius percipiendi prouentus Eccleſiaſticos, tanquam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vni de collegio competens, & ex canonia procedens. Cùm enim, vt lex diuina pręcipit[a], qui altari ſeruit, de altari debeat & viuere: dignum eſt, vt qui diuinis aſſcribuntur obſequijs, Eccleſiæ ſubſtententur ſtipẽdijs. Et ideò inſtitutũ olim fuerat[b], vt ordinationes eorum, qui ſine certo titulo ordinati eſſent, in iniuriam ordinantium inanes eſſent. Paulatim tamen benigniùs agi cœptum. Conſtitutum eſt enim[c], vt, ſi Epiſcopus aliquem ſine certo titulo, vnde vitæ neceſſaria percipiat, ordinauerit, tamdiu ipſe aut eius ſucceſſor, ordinato neceſſaria ſubminiſtret, donec ei in aliqua Eccleſia conuenientia clericalis militiæ ſtipendia aſsignentur.

a cap. cùm ſecundum. extra. eodem tit.

b can. 1. diſti. 70.

c cap. epiſcopus. extra. eod. tit.

*Mandatũ ſuſcipiẽs de ordinibus conferendis certis perſonis, nõ tenetur eiſdẽ prouidere de beneficio, ſed mandans: ſecùs, ſi ſit mandatũ generale, uel ordinandi licentiam concedens.*

Quòd ſi Epiſcopus[d] mandato alterius in aliena diœceſi ordines celebret, diſtinguendum eſt, an de certis perſonis mandatum ſuſceperit, an generale & expreſſo nemine. Primo enim caſu mãdans, ſecundo mãdatum ſuſcipiens, inopi ordinato vitę tenebitur neceſſaria miniſtrare: eis autẽ, quibus à diœceſano datur licentia, vt à quo voluerint Epiſcopo, ad ſacros ordines promoueri poſsint, ad pręmiſſa non qui ordinant, ſed qui licentiam tradunt, obligantur, niſi[e] tamen ordinatus de paterna hæreditate vitę poſsit habere ſubſidium.

d ca. ſi epiſcopus. eod. tit. in 6.

e cap. epiſcopus. in fin. extra. eod. tit.

*Præbendæ conceduntur per collationem, & per inſtitutionẽ, & ſingulis rebus ſingula ſunt imponenda nomina. h. d.*

Conceduntur autem Prębendæ, vel beneficia duobus modis: per Collationem, & per Inſtitutionem. Collatio[f] eſt libera quędam præbendę cõceſſio. Inſtitutio eſt prębẽdalis iuris ad præſentationem patroni facta translatio: quæ licet & ipſa collatiò poſsit appellari, cõmodius tamen eſt in præſenti ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtingui.

f ca. 1. de reg. iur. in 6.

## DE COLLATIONIBUS,

### TITVLVS XXVII.

*Ex tribus capitibus conferuntur præbendæ, & ordinarium Collatorem facit lex uel conſuetudo. h. d.*

COnferuntur autem prębẽdæ, vel beneficia, aut ab ordinario, aut ex mandato legati ſedis Apoſtolicæ, aut Pontificio reſcripto. Ordinarius collator is eſt, quem aut conſuetudo approbauit, aut Iuris deſignauit authoritas: vt, Epiſcopus, capitulum.

*Si Epiſcopus & capitulum habeant poteſtatem conferendi coniunctim, non poteſt unus ſine altero, niſi in uno ſubſit impedimentum.*

con-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*conferre, & ſi Epiſcopus poßit cõferre, tamẽ de conſilio capituli, etiam quòd ſit impeditus, capitulum non poteſt ſe in collatione intromittere, niſi Epiſcopus ſit negligens in remouendo impedimentum & mortuo uel abſente eo, cuius conſilio interueniente eſt conferendum, non eſt ob id differenda collatio. h.d.*

Quam conferendi poteſtatẽ Epiſcopus & capitulum interdum habent communiter, interdum diſiunctum: ſi communiter [a], alter ſine altero illam exercere nõ poterit, niſi vel mortis, vel ſuſpẽſionis, vel maioris excommunicationis impedimentum in altero adeſſe contigerit. Cùm [b] verò ad ſolum Epiſcopum cum conſilio ſui capituli, vel aſſenſu, prębẽdarum ſpectat collatio, eo defuncto, vel ſuſpenſo, niſi Epiſcopus in petenda relaxatione ſuſpenſionis ſit in mora, capitulum ſe nõ poteſt intromittere. Vbi verò [c] collatio ad aliquem cum conſilio Epiſcopi pertinet, ſi quid illi humanitùs contigerit, non erit ob hoc vacãtis beneficij collatio differenda. Idem Iuris eſt Epiſcopo adeò in remotis agente, vt breuì non poſſit illius haberi pręſentia: quia in petendi, vel expectandi mora vacanti beneficio poſſet imminere periculum.

a *ca. 1. in pri. ne ſede uacan. in 6.*

b *d. cap. 1. §. cùm uerò.*

c *d. cap. 1. §. ubi uerò.*

*Si Eccleſia ſteterit uacans per ſex menſes, ad capitulum beneficium deuoluitur. h.d.*

Eadem ratione, vbi ad ſolum Epiſcopum ſpectat collatio, ſi per ſex menſes [d] conferre diſtulerit, ad capitulum deuoluitur. Ex contrario, ſi ad ſolum capitulum pertinuerit, & infra pręſcriptum terminum hoc non fecerit, Epiſcopus cum religioſorum virorũ cõſilio exequetur: quòd ſi omnes fortè neglexerint, Metropolitanus abſq; contradictione diſponet.

d *cap. 2. in ſi extr. de conceſ. præb.*

*Regularibus prælatis non conferentibus intra ſex menſes, ſit deuolutio ad ordinarium. h.d.*

Idẽ ſtatuitur in regularibus pręlatis: ſi enim quævis beneficia ad illorum diſpoſitionem ſpectantia intra conſtitutum tẽpus conferre negligant, locorũ diœceſani in non exemptis propria, in exemptis verò Apoſtolica authoritate eorundem negligentiam iuxta pręſcriptum in Viennenſi Concilio modum ſupplebunt.

*Tempus deuolutionis currit ſolùm non impeditis, & à die notitiæ. h.d.*

Tempus [e] autem ſex menſiũ, nec currit legitimè impeditis, & à die notitię, non à tempore vacationis erit computañdum.

e *cap. quia diuerſitate et Gloſ. in ca. 2. extra. de conceſ. præben. & ca. licet. extra. de ſuplen. negli præl.*

*Deuolutio non habet locum in Eccleſia nõ numerata, uel quando dignitas eſt ſuppreſſa. h.d.*

Hęc [f] autem ita demum obtinent, ſi in Eccleſia erat diſtinctio præbendarũ, & certus Canonicorum numerus. Cęte-

f *cap. ex parte. extra de conceſ. præben.*

rùm, ſi neque diſtinctæ præbendę, nec certus ſit Canonicorum numerus, Lateranenſi concilio de beneficijs vltra ſex menſes vacantibus locus non erit. Idem etiam obtinet, ſi per capitulum vacans dignitas legitimè fuerit ſublata.

*Sede uacante capitulum non fungitur uice Epiſcopi in conferendo, & ceſſante cauſa ceſſat et effectus. h. d.*

Licet autem ob negligētiam Epiſcopi, conferēdi poteſtas ad capitulum deuoluatur, ſede tamen vacante[a] in collationibus præbendarū Epiſcopi vice non fungitur: cùm eo caſu nullius ſuperioris poſsit argui negligentia.

a ca. 2. ext. ne ſede uacante.

*Circa collationem factā poſt deuolutionem, diſpenſari poteſt. h. d.*

Is[b] quoque, qui nimium ceſſando conferendi Ius amiſerit, ſi poſt Ius collationis deuolutum, nihilominus viris idoneis de beneficio prouidere voluerit, quanquam ob temporis lapſum collatio mero Iure nō teneat, ex diſpenſatione tamen & benignitate tolerari poterit.

b cap. literas, extr de ſupplen. negli. pralat.

*Legati miſsi uel nati uigore ſuæ legationis, non conferunt niſi ſibi ſpecialiter concedatur: ſecus eſt in legatis de latere qui conferunt, & ſine mandato ſpeciali, etiā inuito patrono Eccleſiaſtico. h. d.*

Ex[c] legationis quoque munere conferēdi competit facultas, quod tamen non indiſtinctè obtinet: nam ſiue miſsi fuerint, ſiue ſuarum prætextu Eccleſiarum aliqui legationis ſibi vendicant authoritatem, ex ipſa legatione nullam habēt cōferendi poteſtatem, niſi hoc alicui ſpecialiter indultum fuerit. His autem quos Romani Pontificis latus & comitatus illuſtrat, legatione fungētibus, ſine ſpeciali conceſsione, etiam Eccleſiaſtico patrono inuito, cōferendi facultas competit. Sicut enim honoris prærogatiua lætantur, ſic eos authoritate fungi congruit ampliori.

c cap. 1. de offi. leg. in 6.

*Legatus de latere nō confert cathedrales Eccleſias, nec regulares, nec dignitates poſt Pōtificalem maiores, nec poteſt eodem tempore in eadē Eccleſia plures reſeruationes facere. h. d.*

Sed tamen nec cathedrales[d], nec regulares, aut collegiatas Eccleſias, nec Eccleſiarum cathedralium dignitates, ad quas per electionem promoti, primum poſt Epiſcopum obtinēt locum, veluti Archidiaconatū, ſuæ diſpenſationi, aut prouiſioni reſeruare poſſunt. Nec plures beneficiorum reſeruationes[e] eodem tempore, in eadē cathedrali, vel collegiata Eccleſia, vel ad eiuſdem collationem pertinentium faciet.

d cap. deliberatione. de officio leg. in 6.

e ca. præſenti. §. cæterùm. de offici. leg. in 6.

*Reſeruationes legatorum expirant finita legatione. h d.*

Illæ quoque[f], quas iure fecerint, dum modò ad beneficiorum iam vacantium collationē nō ſit proceſſum, eo ipſo, quòd illo-

f d. cap. præſenti. de offi. leg. in 6

illorum finitur legatio, penitùs euaneſcent, nec executores dati amplius ea conferre poterunt.

*Taciturnitas habiti beneficij inualidat prouiſionem legati non ordinarij h.d.*

[a] *cap.fin. de offi. leg. in 6.*

Sed [a] nec aliter beneficium obtinenti ab Apoſtolicę ſedis legato facta collatio valebit, q̈ ſi de eo, quod tunc prouiſus obtinet, mentio facta ſit ſpecialis, licet id in aliorum ordinariorũ collationibus minimè requiratur.

*Licet ante acceptionem beneficij quis nullum habeat in eo Ius, tamen collator de eo alteri, primo non conſentiente, prouidere non poteſt, tamen primo prouiſo præfigi terminus ad acceptandum, quo lapſo poterit beneficium alteri conferri, niſi primus etiam lapſo termino acceptauerit. h.d.*

[b] *cap.ſi tibi. de præben. in 6.*

Illud autem tam in ordinario, quàm etiam in legato ſtatutum eſt, quòd ſicui beneficium contulerint, licet is [b], donec collationem ratam non habuerit, nullum ius in eo acquiſiuerit, in perſona tamen alterius, primo non conſentiente, de beneficio non libero ab ipſis facta prouiſio nõ ſubſiſtet: planè notificata collatione, & ad conſentiendum termino competẽti præſtito, ſi primus non conſenſerit, eo lapſo beneficium liberè, cui viderint expedire, conferre poterunt. Antequam tamen ipſum alij contulerint, nõ obſtante lapſu termini, ſuum primus collationi poterit accommodare conſenſum.

*Per reſcriptum Apoſtolicum præbenda cõfertur purè, in diem, & ſub conditione, & pura collatio eſt, cùm alicui ſimpliciter de beneficio prouidetur. h.d.*

Per reſcriptum Apoſtolicum mandatur fieri collatio, aut purè, aut adiecto die, aut ſub conditione. Purè, vt cùm mandatur ſimpliciter, vt alicui de beneficio, aut præbenda prouideatur.

*Collatio Apoſtolici in diem facta accedente decreto irritante ligat manus ordinarij. h.d.*

[c] *clem.uni. §. ſecùs. de cõceſſ. præb.*

Dies adijcitur collationi, vt cùm præbenda confertur, quã quis intra menſem [c], aut alio tempore à vacationis notitia duxerit acceptandam: quo caſu, cùm temporis appoſitio fauorem afferat impetranti, ſi decretum irritans fuerit appoſitum, collatio per ordinarium alteri facta, intra præfixũ tempus nullius obtinebit roboris firmitatem. Decreti enim appoſitio, reſeruatio, executoris inhibitio, & lis mota, beneficiũ affectum reddunt.

*Publicè notum, præſumitur notum etiam priuatis. h.d.*

[d] *clem.uni. in fin. de cõceſ. præbẽ.*

Interpretamur autem quem prædictę vacationis habere notitiam [d], ex quo ipſa vacatio in loco, vel Eccleſia huiuſmodi beneficij publicè nota erit. Imputet enim ſibi, ſi hoc caſu, quo de ipſius cõmodo agitur, id quod per ſe, vel per alium ſcire potuerit, ignorauerit.

*Collatio conditionalis, & concurrente decreto non impletis conditionibus, non ligat manus ordinarij. h. d.*

Sub conditione mandatur fieri collatio, vt [a] cùm alicui ſi per exequutoris inquiſitionem repertus fuerit vitæ laudabilis, vel ſi conſenſus acceſſerit Capituli, vel alia adiecta cõditione, de beneficio prouideri committitur: & eo caſu etiam appoſito irritante decreto, non impletis adhuc conditionibus, vacans beneficium per ordinarium, aut per executorem ad prouidendum de tali beneficio datum, liberè conferri poterit.

a *d. clem uni. in prin. de conceſ. præben.*

*Obſtat taciturnitas obtenti beneficij etiam modici, niſi prouiſio ſit facta motu proprio. h. d.*

Sed multũ intereſt, motúne proprio, an ad alterius petitionem de beneficio prouideri mandetur. Si enim proprio motu [b], longè pinguius erit mãdatum: nam etiã de beneficijs, quæ impetrans obtinet, nulla habita mentione, erit huiuſmodi prouiſio valida, qualiacunque fuerint beneficia, & in numero quantocunque quæ habebat impetrans, cùm ſibi prouiſio facta fuerit. Quòd ſi ad petitionem gratia huiuſmodi facta ſit, quantumcunque modicum beneficium ſcienter taceatur, veluti ſurreptitia non valebit.

b *cap ſi motu proprio. de præb. in 6.*

*Collatio facta motu proprio, pluribus beneficijs in eadem Eccleſia ſimul uacantibus, intelligitur facta de pinguiori ſi beneficia ſint æqualia, ad eum ſpectat electio cui gratia eſt conceſſa. Collatio uerò facta ad petitionem alterius, ad minus beneficium reſtringitur: ſi ſint æqualia, eligit, qui aliàs conferebat: & motu proprio tunc cenſetur gratia fieri, cùm id exprimitur. h. d.*

Item ſi pluribus [c] in aliqua Eccleſia vacantibus dignitatibus, vel prębendis, Rom. Pontifex de hac vacatione incertus, dignitaté vel præbendã, ſi qua nulli debita in ipſa vacat Eccleſia, cuiquam motu proprio conferat, fiet interpretatio pleniſsima, & ad illam dignitatem, ſeu præbendam erit habenda relatio, quæ inter illas maioris cenſeatur eſſe valoris: quòd ſi forſan æquales ſint, ad eam, quam is, cui confertur, infra decẽ dies poſt habitã de dicta vacatione notitiam, duxerit eligendam: ſi verò ad petitioné alterius gratia huiuſmodi facta fuerit, ad illam erit habenda relatio, quę minoris valoris extitit: & ſi ſit æqualitas, ad eam, quam is, ad quem ipſarum ſpectat collatio, infra dictum tempus elegerit, poſtquam ſibi huiuſmodi gratia erit nota. Motu [d] autem proprio tunc ſolùm gratia fieri cenſetur, cùm hoc expreſsè cautum fuerit.

c *cap. ſi plurib. de præben. in 6.*

d *cap. ſi motu. in fin. eodem tit. in 6.*

*Solus Papa tribuit ius in beneficijs uacaturis. h. d.*

Prouiſio autẽ [e] ꝑ Apoſtolicũ re-

e *cap. 2. ubi Glo. de præben. in 6.*

reſcriptum facienda cęteris lōgè præſtat. Nam cùm ex Lateranenſi Concilio, miniſteria & beneficia Eccleſiæ tribui, aut promitti non debeant, antequàm vacent, Romanus Pontifex etiam in ipſis ius poteſt tribuere vacaturis.

*Ponit gradus quoſdam circa poteſtatē conferendi inter ordinarium, legatum & ſummū Pontificem. h. d.*

Eſt ergo inter ordinarium Legatum, ac ſummum Pōtificem circa collationis poteſtatē, quaſi per gradus aſcenſus quidam. Nam ad Epiſcopum [a] omnium quidem baſilicarum, quæ in eius territorio poſitæ ſunt, collatio regulariter pertinet: vacaturam tamen præbendam ſuæ diſpoſitioni reſeruare nō poteſt, & longè minùs in eadem alicui ius tribuere. Legatus autē nō modò vacantes intra ſuæ legationis terminos Eccleſias conferre, verùm etiā vacaturas (iuxta ea quæ ſuprà diximus) reſeruare poterit, licet eidem in vacaturis alicui ius tribuendi nulla ſit facultas. At Apoſtolicus & vbique vacantes donare, & vacaturas ſuæ prouiſioni reſeruare [b], & in vacaturis ius tribuere poteſt, cùm in ipſo plenitudo reſideat poteſtatis.

a *can. omnes baſilicæ. 16 q. 7.*

b *cap. 2. in glo. de præben. in 6.*

*Si clericus, cùm mandatur prouideri ei de beneficio uacaturo, negligat petere præbendam, non poterit poſtea aliam petere, niſi fuerit in Canonicum receptus. h. d.*

c *cap. ſi clericus. de præben. in 6.*

Quo [c] tamen caſu ſummus Pontifex de vacatura præbenda alicui prouideri mandat, ſi is, in cuius gratiam mandatum obtentum eſt, præbendā, quando vacat, negligenter omittit, non poterit poſtmodum prætextu dicti mandati, niſi antea in Canonicum fuerit receptus, aliam in ipſa Eccleſia vacaturam petere.

*Habens expectatiuam, poteſt acceptare beneficium uacaturum primum, uel ſecundum, uel alterius, certum tamen acceptare non poteſt. h. d.*

Poterit [d] tamen is, cui certis ſuper hoc executoribus deputatis ab Apoſtolica ſede huiuſmodi gratia conceſſa fuerit, non ſolùm primum in genere vacaturum beneficium, vel prębendā: verùm etiam, ſi rationabilis cauſa ſubſit, ſecundum & vlterius acceptare: certum tamen & expreſſum, priuſquàm vacet, acceptare non poterit, ne captandę alienæ mortis occaſio ex benignitate gratiarum, ſedi Apoſtolicæ tribuatur. quòd ſi de certo acceptatio ſecuta fuerit, nullā obtinebit roboris firmitatem: vt Bonifacianæ conſtitutionis tenore latiùs continetur.

d *cap. ne captandæ. de conceſſio. præbē. in 6*

*Reſcripto Apoſtolico diſpenſatur ſuper pluralitate beneficiorum, maximè circa literatas perſonas. h. d.*

Inde [e] etiam licet beneficiatę perſonæ de alio beneficio, niſi primò illud, quod obtinet, omninò dimittat, prouideri non poſsit, niſi aut Cardinales ſint,

e *cap. de multi. extra. de præbē. extraua. Ioānis uni. eod. tit. & extrau. com. execrabilis.*

aut Regum filij: per tale tamen reſcriptum, maximè circa litera tas perſonas, ſuper hac pluralitate diſpenſari poterit.

*Vbi de prioritate beneficij pluribus collati nõ conſtat, primò poſſeſſor, deinde maior prærogatiua præfertur. h. d.*

a cap. ſi à ſede. de præben. in 6.

Item ſi à ſede [a] Apoſtolica, aut legato, & ab ordinario eodem die idem beneficium conferatur, & quæ fuerit primò facta collatio, non appareat, nemine poſsidente is erit cæteris præferendus, cuius cõferens ampliore gaudet prærogatiua. Hac [b] ratione & ij, qui in aliqua Eccleſia in Canonicos ſunt recepti, debent in præbendarum aſſecutione cęteris, ſiue legatorum, ſiue aliorum quorumcunque authoritate antea fuerint admiſsi, anteferri.

b cap. hi qui. d. tit. in 6.

*Qui dicatur receptus authoritate Apoſtolica. h. d.*

c cap. hi qui. de præben. in 6.

Authoritate [c] autem Apoſtolica receptus & is intelligitur, qui legati, vel alterius mandato, cui ſpecialiter in ea re authoritas Apoſtolica cõceſſa fuerit, recipitur. Sed & ſi mandatum [d] legati ratum habeat Rom. Pontifex, atque id authoritate ſua muniat, ex eo receptus non legati, ſed Apoſtolica intelligitur authoritate receptus: atq; ideò eſt in aſſecutione præbendæ omnibus poſt eũ receptis in Eccleſia dicta præferendus.

d cap. ſi cum ſuper. d. tit. in 6.

*Expreßio eius, quod tacitè ineſt, nihil operatur, niſi per alium modum, quàm quo tacitè ineſt, fuerit facta expreßio. h. d.*

Aliud Iuris eſt, ſi ijs, ad quos aliàs pertinebit Canonicorũ receptio, facultas concedatur ab Apoſtolico, vt aliquem recipiãt in Canonicum eiuſdem Eccleſiæ, ordinationibus fortè certũ numerũ Canonicorũ præfigentibus nõ obſtantibus: hoc enim caſu non Apoſtolica, ſed recipientium cenſetur authoritate receptus, niſi quòd eum authoritate Apoſtolica recipiant, in literis caueatur expreſſé. Quòd ſi ad eos aliàs talis receptio nõ pertinebat, Apoſtolica dicetur authoritate receptus. Aliàs verò, ſi literæ impetratæ certi numeri Canonicorum nullam fecerint mentionem, quod illarũ occaſione factum fuerit, nullã obtinebit firmitatem.

*Papa non onerat aliquem pluribus prouiſionibus, niſi id exprimat. h. d.*

Illud etiam omittendum nõ eſt, non ſolere Apoſtolicum eundem collatorem pluribus onerare prouiſionibus, niſi id velle ſe ſuis literis expreſsè fuerit complexus.

*Mandati Apoſtolici fines ſunt diligẽter cuſtodiendi, nec extenduntur, niſi ad caſus expreſſos, etiam de conſenſu, & in præiudicium prouiſi. h. d.*

Sunt [e] autem Apoſtolici mandati fines diligenter cuſtodiendi, ideoq; non debent ad caſus alios, quàm expreſſos, extendi. Vnde cùm iniungitur, vt alicui de

e cap. cui de nõ ſacerdotali. §. idẽ. de præben. in 6.

de præbenda certi valoris prouideatur, in præbenda minoris valoris, etiam impetrante volente, mandatum impleri non poterit.

*Mandatum faciens mentionem de collatione, non poteſt trahi ad præſentationem, uel inſtitutionem. h. d.*

a cap. cũ in illis. §. cũ aũt. de præben. in 6.

Idem[a] obſeruari oportet, ſicui de beneficio, quod ad alicuius collationem ſpectat, prouideri mandatur: hoc enim caſu de eo quod ad eiuſdem præſentationem, vel inſtitutioné pertinet, prouideri minimè poterit, nec etiam è conuerſo.

*Caſus reſignationis non includitur, nec uerificatur in caſu mortis. h. d.*

b cap. ſuſceptũ. de reſcript. in 6.

Eodem ſpectat[b], ſi quis ab Apoſtolica ſede mandatum ſuſcipiat, vt ab aliquo beneficij reſignatione recepta, idem beneficium alteri conferat. Si enim is, qui reſignaturus erat, rebus eximatur humanis, mandato locus non erit, cùm non per reſignationem vacauerit, ſed per mortem.

*Caſus futuræ uacationis non uerificatur in caſu nouæ creationis. h. d.*

Idem obtinet, ſi literæ Apoſtolicæ ſuper conferendo beneficio proximè vacaturo fuerint impetratæ. Nam ad illud, quod poſt illarum impetrationé fuerit creatum, non extenditur.

*Appellatione beneficij nõ uenit pẽſio. h. d.*

c cap. quàuis. de præben. in 6.

Et[c] ſi quis literas ſuper obtinẽdis beneficijs vſq; ad certam ſummam impetrauerit, eidem non in penſione, ſed in beneficijs Eccleſiaſticis erit prouidendum, niſi de penſione in literis mentio habeatur.

*Diſpoſitio regulariter reſtringitur ad tempus præſens, & mentio potentiæ intelligitur de præſenti. h. d.*

d clem. ſi de beneficio. de præben.

Eodem etiam ſpectat, quòd ſi de conferendo[d] alicui beneficio ad Epiſcopi collationem ſpectante reſcribatur, illud ei cóferri non poterit, cuius collatio ex negligentia ipſius Epiſcopi ad eiuſdem Capitulum deuoluta fuit: quanquam ex contrario de eo cuius ad Epiſcopú ex Capituli, vel alterius cuiuſcunq;, ſiue ad ſedem Apoſtolicá ex ipſius Epiſcopi, vel aliorú in hoc eidé ſuccedentium negligentia collatio fuerit deuoluta, hoc caſu prouideri poterit.

*Mandatum Apoſtolicum reſtrictionem recipit ex perſona prouiſi. h. d.*

Interdum tamen, licet mandatum generale ſit, ex perſona impetrãtis recipit reſtrictioné: vt, ſicui[e] de præbenda proximè vacatura ſimpliciter prouideri mandatur: nam ſi talis nondú in ea ætate exiſtat, vt ad ſacerdotium promoueri poſsit, ſacerdotalis ſibi præbenda conferri non poterit.

e cap. ſi cui. de præben. in 6.

*Ex loco ſumitur reſcripti interpretatio. h. d.*

f cap. quãuis. §. quãquã. d. titu. in 6. de præben.

Ex loci quoque expreſsione reſcripti ſumitur declaratio, & ideo[f], quanq̃ ſub nomine Eccleſiarum Ciuitatis etiam Eccle-

ſia Cathedralis comprehendatur, cùm tamen alicui de beneficio mandatur in aliqua Eccleſiarum ciuitatis, vel diœceſis prouideri, ad Cathedralem Eccleſiam mandatum huiuſmodi nó extenditur: ſecùs eſt, ſi in aliqua Eccleſiarum prouinciæ prouideri mandatur: tũc enim & Metropolitana, & cæteræ Cathedrales Eccleſiæ tali mandato includuntur.

*Ordo ſcripturæ declarat mandatum. h.d.*

a *cap. mandato. de præben. in 6.*

Ex ordine [a] quoque ſcripturę reſcripti interpretatio ſumitur, veluti cùm Ioanni de beneficio ad collationem ſuam, vel Pauli, pertinente, vt alicui prouideat, mãdatur. Nam ſi plura ſimul beneficia vacare contigerit ad vtriuſque collationem ſeparatim ſpectantia, tunc ordo ſcripturæ ſeruandus eſt, & de illo beneficio prouidendum erit, quod ad Ioannem noſcitur pertinere.

*Cum mandatur prouideri de beneficio ſpectante ad prouiſionem plurium, intelligitur cõiunctim. h.d.*

b *cap. cũ in illis. §. fin de præben. in 6.*

Si verò [b] de beneficio ad aliquorum collationem, vel præſentationem ſpectante, non adiecto communiter vel diuiſim, prouiſio iniungitur facienda in beneficio quod ad collationẽ vel præſentationẽ alterius tantùm pertinet, adimpleri non poterit.

*Ex inſertione cauſæ elicitur interpretatio reſcripti. h.d.*

Item inſertio cauſæ declarat reſcriptum: ſicut accidit [c], cũ clerico nullum beneficium obtinẽti ob paupertatem per Epiſcopum de beneficio prouideri mãdatur. Nam ſi antequam ei prouiſum ſit, beneficium fuerit aſſecutus, ceſſante cauſa mandati, prouidere ſibi Epiſcopus in poſterum non tenetur.

c *cap. ſi pauper. de præben. in 6.*

*Ex ſimplici mandato de prouidendo, non poteſt prouideri obtinenti aliud beneficium, niſi fuerit id expreſſum: quo caſu ſolùm unicum & non curatum beneficium obtinenti prouideri poterit: &, pluralis locutio reſtringitur ad duo. h. d.*

Nam [d] & is, cui conceditur vt idoneo poſsit in ſua vel aliena Eccleſia prouidere beneficium, aliud obtinenti prouidere non poteſt, niſi vel primò ille beneficium quod obtinet, omninò dimittat, vel in conceſsione huiuſmodi ſit expreſſum, quòd etiam beneficiatæ valeat prouidere perſonæ: quo caſu vnicum duntaxat beneficium, atque illud non curatum obtinenti, prouideri poterit. Sed ſi conceſſum fuerit, vt prouidere illi valeat, q & alia beneficia noſcitur obtinere, huiuſmodi pluralitas debet ſolùm ad duo beneficia nó curata reſtringi.

d *cap. is cui de præbẽ. in 6.*

*Mandatum ſimplex de prouidendo, non extenditur ad beneficium curatum, uel electiuum. h. d.*

Ex natura quoque & benefi-

cij

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cij qualitate Apoſtolicũ reſcriptum reſtrictionem recipit:nã[a] ſi de quibuſcunque beneficijs p rouideri mandatum fuerit,de animarum cura mentione non habita,de ijs prouidendum nõ erit,quibus huiuſmodi cura no ſcitur imminere. Illis quoque, pro quibus ſcribitur vt de perſonatibus & dignitatib. ad collationem,prouiſionem,præſentationem,vel diſpoſitionẽ pertinentibus quorumcunq; prouideatur,de ijs prouideri nõ poterit,ad quos per electionẽ præficiendi aſſumuntur.

[a] *cap. cùm in illis. in prin ci & §. 11. de præben. in 6.*

*Gratia alicui conceſſa,ut prouidere poßit perſonis idoneis in certa Eccleſia, perſonis nõ expreßis,non expirat re integra per obitum concedẽtis: ſecus, ſi perſonæ eſſent expreſſæ. hoc dicit.*

Illud quoque omittendũ nõ eſt, Quòd,ſicui [b]nulla facta perſonarum expreſsione ſit gratioſè conceſſa facultas,vt authoritate Apoſtolica aliquibus perſonis idoneis in certa Eccleſia prouidere poſsit,vel beneficia, quorum collatio eſt ad ſedem Apoſtolicam legitimè deuoluta,conferre:huiuſmodi conceſſio etiam re integra,per obitum concedentis nõ expirat: ſecùs, ſi ſuper prouiſione certæ perſonæ facienda eidem ſit data poteſtas,nõ ob ſuam, ſed eius, cui prouidetur,gratiam vel fauorẽ. Illa enim expirat omninò, ſi cõcedens re integra moriatur.

[b] *capit. ſi cui nulla. de præbẽ. in 6*

*Mandatarius,cuius nõ eſt electa induſtria, poteſt alteri mandare. h. d.*

Illud etiam intereſt, Vtrùm, cui ab Apoſtolica ſede prouiſio de beneficio in certa Eccleſia, diœceſi,vel prouincia certæ perſonæ facienda committatur,an de certa Eccleſia incertę tamen perſonæ? Primo enim caſu licitè quis vices ſuas alteri cõmittere poterit:ſecundo verò, cùm in eligenda perſona mandatarij electa videatur induſtria, prouiſionem ſibi commiſſam alteri demandare non poterit, niſi forma commiſsionis id habeat, vt per ſe, vel per alium hoc expedire valeat.

*Beneficia Eccleſiaſtica debent ſine diminutione conferri. h. d.*

Poſtremò illud ſciendum eſt, tam Turonenſi [c] Concilio cautum eſſe, ne præbẽdæ aliquam ſectionem patiantur: quàm ex Lateranenſi, nequis conferens beneficium Eccleſiaſticum, partem prouentuum ſuis vſibus retinere audeat,cùm ſine vlla debeant diminutione conferri.

[c] *cap. maioribus. ext. de præben.*

## DE INSTITVTIONIBUS, & iure patronatus,

### TITVLVS XXVIII.

*Quando dicatur prouideri per Inſtitutionem, quid ſit Ius patronatus & quibus modis conſtituatur. h. d.*

Accidit autem interdum, vt prælati liberam de vacantibus beneficijs diſponendi facultatem non habeant: quod

tunc euenit, cùm ea vacare contigerit, in quibus aliquis Ius obtinet patronatus: tunc enim ſtrictè ſumpto vocabulo, non conferre, ſed inſtituere dicẽtur eos, quibus præſentãte patrono ꝓuidendum erit. Eſt igitur [a] ius patronatus, poteſtas præſentãdi inſtituendum ad beneficium vacans. Conſtituitur autẽ tale Ius varijs modis: veluti, Eccleſiæ ædificatione, dotatione, & ſimilibus.

[a] gloſſ. 1. can. piæ mẽtis. 16. q. 7.

*Aedificans ritè, uel dotans, acquirit ius patronatus: & eum ſequi debent commoda, quẽ ſequuntur incommoda. h. d.*

Ædificatione [b] acquiritur ius patronatus, cùm quis Eccleſiã dè conſenſu diœceſani, Iuris ordine ſeruato, conſtruxit. Dotatione acquiritur, vt cùm is, qui non fundauit, Eccleſię pro dote certa bona aſsignauit. Sicut enim in carnali matrimonio ad onera ſubſtinenda dos aſsignari debet, ita etiam concedenda ſunt Eccleſiæ, quæ ad luminaria, & ad cuſtodiam, & ad ſtipendia cuſtodũ, & ad cætera ſacræ domui neceſſaria, ſufficiant. Inſtitutum eſt igitur, vt quaſi cuiuſdã loco remunerationis ad præſentationem patronorũ in fundatis, vel dotatis Eccleſijs ſacerdotes inſtituantur, nullo ꝓfeſsionis vel ſexus habito diſcrimine.

[b] d. glo. 1. can. piæ mẽtis. & can. filijs. ead cauſa. & cap. nobis fuit. extr. de iur. patro.

*Eccleſiaſticus patronus habet ad præſentandũ menſes ſex, laicus quatuor. Eccleſiaſticus non poteſt uariare, laicus poteſt. h. d.*

Sunt tamen inter Eccleſiaſticos & laicos patronos, ꝑleræq; differentiæ. Nam [c] Eccleſiaſtico ad præſentandum ſex menſium conceditur ſpatium, Laico quadrimeſtre tempus datur. Et videtur optima ratione inductum, vt longius præfigatur tempus Eccleſiaſticis, quippe [d] quibus ſemel facta præſentatione, amplius variare minimè licet: quod in laicis diuerſum ſtatuitur.

[c] cap. uni. §. fi. de iur. patro. in 6.

[d] cap paſtoralis. ext. d. titu. & d. cap. uni. in gloſſ.

*Epiſcopus qui inſtituit ſecundo loco præſentatum, in pœnam tenetur prouidere etiam primo præſentato. h. d.*

Sed [e] ſi laicus, cui plures pręſentandi tributa eſt facultas, primo Ioannem inſtituendum offerat, ſecundo loco Paulum, vtrũq; idoneum, Ordinarius autem ſecundo loco præſentatũ inſtituat: videamus, an primus appellare valeat? & ſtatutum eſt de ſecundo factam inſtitutionẽ infringi non poſſe: Epiſcopum tamen, qui primo loco præſentatum dolo recuſauit admittere, recuſato, vt in competẽti beneficio prouideat, compellendum: vt in eo puniatur, in quo eum deliquiſſe conſtat.

[e] cap. paſtoralis offici. extr. de iur. patro.

*Legatus de latere poteſt derogare iuri patronatus Eccleſiaſticorum, non laicorum. Eccleſiaſtico patrono reddenda ratio prouentuum patronatæ Eccleſiæ, ſecus laico. h. d.*

Legatus [f] etiam beneficium in præiudicium Eccleſiaſtici patroni, vt ſuprà tetigimus, cõferre poteſt; cũ in laicis diuerſum acci-

[f] cap cùm dilectus. extr. de iur. pat.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

accidat. Item Eccleſiaſtico patrono de tẽporalibus rebus ratio debet exhiberi, quod in laico minimè obtinet.

*Patronus laicus poteſt deferre ad ſuperiores clericos, qui dilapidant bona Eccleſiæ cuius eſt patronus. h. d.*

a *cano. filijs &c. 16. q. 7* Licebit[a] tamen patrono laico, ſi ſacerdotem ex collatis in Eccleſiá rebus fraudare cognouerit, aut honeſta illum conuentione compeſcere, aut Epiſcopo vel competenti Iudici corrigenda denunciare: quòdſi talia agere tentet & Epiſcopus, Metropolitano eius hæc inſinuabit: ſin autem & Metropolitanus talia gerat, Principis hęc auribus (ſi aliter Eccleſiæ conſuli non poſsit) intimare non differet.

*Ius patronatus tranſmittitur ad quoſcũque hæredes: & plures ſuccedentes uni, habẽt uocem unius, nec hæres patroni inſtitutum mutare poteſt. h. d.*

Succeſsione quoq; Ius patronatus acquiritur: quod quidem
b *glo. in uer. hærede. clem. 2. de iur. patro.* procedit, ſiue ſui, ſiue extranei[b], ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato ſint hęredes. Plures[c] tamẽ
c *d. clem. 2.* ab vno ex patronis Eccleſiæ relicti hæredes, vocem duntaxat vnius habebũt in præſentatione Rectoris, nec iam inſtitutos mutare poterunt.

*Si patroni in præſentatione non ſint concordes, attenditur maior & melior pars. h. d.*

d *cap. quoniam in. ext. de iur. pat.* Et ſi[d] fortè in plures partes patronorum ſe vota in præſentando diuiſerint, ille præficiendus eſt Eccleſiæ, qui maioribus iuuatur meritis, & plurium approbatur conſenſu.

*Si Eccleſia ob patronorum diſcordiam detrimentum patiatur, poteſt Epiſcopus interdicere diuinis. h. d.*

Quòdſi[e] ita ſimultates inter eos ortę fuerint, vt ſacerdos ſuo ibi officio canonicè fungi non poſsit, ſi aliter prouideri nõ poterit, præcipere debet Epiſcopus, vt ibi miſſarũ ſolennia non celebrentur, donec patroni ad concordiam redeant: quod ſi intra quatuor[f] menſes factum nõ fuerit, tunc ordinet Antiſtes Eccleſiam, ſicut meliùs eam ſecundum Deum iudicauerit ordinandam. e *cap. 1 extr. eod. tit.* f *cap. quoniam capit. ſi uerò. et ca. cũ propter. extr. de iur. patr.*

*Epiſcopus poteſt ex cauſa Eccleſiam patronatam ſecundum certam formam commendare. h. d.*

Quòdſi neceſſarium aut expediens eſſe duxerit, poterit etiam interim Eccleſiam alicui commendare[g], ita tamen, vt ſi parochialis ſit Eccleſia, nemini commendetur, qui non ſit in ſacerdotio conſtitutus: nec huiuſmodi commendatio vltra ſemeſtris temporis ſpacium vires ſuas porriget: nec in vnius perſona, niſi vnica fieri poterit. g *cap. nemo deinceps. de electi. in 6.*

*Epiſcopus in Eccleſia iuris patronatus laicorum ex cauſa poteſt ponere œconomos, qui colligant fructus erogandos in utilitatem laicorum. h. d.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a cap cũ uos. ext. de offi. ordi.

Erit[a] etiam Epiſcopo facultas in Eccleſijs, in quibus Eccleſiaſtica perſona præſentationẽ non habet, ſi vel minùs idonei præſententur, vel alia de cauſa aliquos in eis inſtituere non valeat, œconomos ponere, qui fructus percipere debeãt in Eccleſiarum vtilitatem erogãdos, aut his qui quandoq; inſtituentur, fideliter reſeruandos.

*Patroni poſſunt conuenire de præſentando alternis uicibus, & plures ſimul poſſunt præſentari, ut de ipſis Epiſcopus eligat inſtituendum. h. d.*

b clem. 2. uer. & ut de iur. pat.

Sed vt[b] faciliùs prouideatur Eccleſijs, non inconueniens viſum fuit, patronos ipſos inter ſe poſſe liberè conuenire de Rectore ab eis alternis vicibus pręſentando. quibus etiam ex eadem cauſa permittitur, vt plures ad vacantem Eccleſiam præſentare valeant, ita vt vnus ex eis eligi poſsit per Epiſcopum & admitti.

*Ius patronatus donari poteſt, ſed ob donationem non præiudicatur iuribus Epiſcopalibus uendi autem non poteſt, niſi cum uniuerſitate. h d.*

c capit. 1. de iur. patro. in 6.

Donatione[c] quoque Ius patronatus acquiritur. Vt cũ Ius, quod quis in Eccleſijs habet, in aliquem liberaliter cõfert: quæ ſi fiat Eccleſiæ, aut loco religioſo, quamvis abſque aſſenſu Epiſcopi facta fuerit, efficax eſt cenſenda, ſed per eam Epiſcopalibus Iuribus in aliquo non derogatur. Sed ſi quis dato precio[d], huiuſmodi ſibi Ius comparare auſus fuerit, talis contractus irritus erit & inanis, niſi tale Ius cum vniuerſitate rerum temporalium transferretur.

d capit. quia clerici. & ſeq. extr. de iur. pat.

*Epiſcopus nõ poteſt ſpernere patroni præſentationem. Patronus non poteſt quem propria authoritate inſtituere, ſub pœna excommunicationis. h. d.*

Quemadmodum autem ad præſentationẽm patroni, debet Epiſcopus clericos inſtituere, & quod ſpretis fundatoribus de vacanti Eccleſia diſpoſuerit, erit irritum: ita etiam patronus authoritatem Epiſcopi negligere non debet. Quòd ſi laici[e] auſu temerario propria authoritate ad inſtitutionem proceſſerint, tam ipſi anathemate feriendi, quàm etiam perperàm inſtituti clerici communione ſunt priuandi: qui ſi etiam adhuc perſtiterint, à miniſterio Eccleſiaſtico & ordine deponendi erunt.

e cap. præterea. extra. d. tit.

*Patroni putatiui præſentatio tenet. h. d.*

Interdum[f] accidit, vt eius qui patronus non eſt, præſentatio tamen rata ſit habenda. Vt cùm ordinarius ad eius præſentationem clericum inſtituit, qui & Iuris patronatus erat poſſeſſor, & patronus credebatur: nam ſi poſtea Ius patronatus alius in iudicio euicerit, inſtitutus non debet propter hoc ab Eccleſia remoueri.

f cap. conſultationis. extra. d. tit.

*Nemo poteſt ſeipſum præſentare. h. d.*

Licet

a cap. per noſtras. extra. d. titu.

Licet[a] autem patronus alios præſentet, ſeipſum tamen, quãquã clericus ſit, præſentare non poteſt, quantumvis idoneus ſit, & quibuſcunque ſtudijs iuuetur & meritis: cùm nullus Eccleſiaſticis ſeſe officijs vltrò immiſcere debeat.

*Nemo ſibi beneficium confert, ueluti nemo ſe præſentat, nec uacaturi beneficij tenet collatio, aut præſentationis promiſſio. h. d.*

Sunt autem inſtitutiones collationibus in quibuſdam ſimiles, in quibuſdam verò diſsimiles. Similes ſunt, quia quemadmodum is, qui ſe ipſum præſentat, inſtituendus non eſt: ita etiã is, ad quem pertinet collatio[b], ſe ipſum non poteſt inſtituere, cùm inter dantem & accipientem diſtinctio debeat eſſe perſonalis. Item quemadmodum vacaturæ præbendæ non tenet regulariter collatio: ita etiam promiſsiones de nõ vacantibus beneficijs Eccleſiarum, in quibus qs Ius obtinet patronatus, nullo iure ſubſiſtunt.

b cap. ſi. ext. de inſtitu.

*Capitulum ſede uacante poteſt inſtituere præſentatos, idem poteſt uicarius ſine ſpeciali mandato Epiſcopi. h. d.*

Diſsimiles ſunt, qa etſi Capitulum ſede vacante[c] beneficia, quæ ad collationem Epiſcopi pertinent, conferre non poſsit: præſentatos tamen à patronis poteſt, ſi idonei ſint, admittere & inſtituere. Idem obtinet in vicario: quia licet ſine ſpeciali conceſsione conferre[d] nõ poſſit, præſentatos tamen inſtituere[e] minimè prohibetur.

c cap. 2. ext. ne ſede uacante.

d cap. fin. de offic. uicar. in 6.

e cap. ex frequẽtib. ext. de inſtit.

*In Rectorem parochialis Eccleſiæ poteſt præſentari etiam non in ſacris conſtitutus, licet ſecus in libera collatione, in qua tamen poteſt diſpenſari cum eo, qui eſt conſtitutus in minoribus. h. d.*

Sunt etiam in eo diſsimiles, q in Rectorem parochialis Eccleſiæ, & non in ſacris conſtitutus præſentari poteſt, dum modò aliàs ſit idoneus, & infra tẽpus à Iure conſtitutum ad ordines, quos ipſius Eccleſiæ cura requirit, promoueri valeat. Collatio autem fieri non poteſt, niſi in perſona eius, qui ſaltem ſit in ſubdiaconatu conſtitutus: cũ his tamẽ, qui in minoribus ſunt ordinib. conſtituti, ſi tales ſint, qui infra breue tempus poſsint in presbyteros ordinari, diſpenſari poterit.

*Patronis defertur circa honorem, & uitæ neceſſaria ſubminiſtranda. h. d.*

Defertur autem patronis nõ ſolùm circa pręſentationem, verùm etiam circa honorem proceſsionis[f], & circa neceſſarium vitæ ſubſidium. Nam ſi aut ipſi, aut illorum filij ad inopiam redacti fuerint, illis erit modeſtè ab Eccleſia ſuccurrendum[g].

f cap. nobis fuit. in fin. extr. de iure patro.

g can. quicunque fideliũ. 16. q. 7.

*Ius patronatus tollitur ceſſione, Collegij cõſtitutione, Eccleſiæ deſtructione, delicti perpetratione. h. d.*

Tollitur Ius patronatus ceſſione: vt putà, cùm quis id Eccleſiæ, in qua ius habet huiuſmodi, conferendũ duxerit. Itẽ,

ſiquis Eccleſiam ſine ſui reſeruatione Iuris collegiatam fieri patiatur. Eò amplius conſtat, ſi ædes ſacræ incendio conſumptę fuerint, vel etiam terręmotu, vel vitio ſuo corruerint, extingui ius patronatus neceſſe eſt. Sed & ſi patronus auſu nefando Rectorem vel clericū ipſius Eccleſię per ſe, vel per alios occidere, vel mutilare auſus fuerit, tā alias pœnas, quàm Iuris patronatus amiſsionē ſubſtinere debet. Idem iuris eſt, ſi patronus efficiatur hæreticus: cùm enim bona hæreticorum vniuerſa ſint confiſcanda [a], meritò cum iſta vniuerſitate etiam Ius patronatus interibit.

a cap. uergentis. extra. de hæreticis.

## DE CLERICIS non reſidentibus,

### TITVLVS XXIX.

*Si conferatur beneficium non idoneo ad reſidendum, & prouiſus priuādus eſt beneficio, & collator conferendi poteſtate. h. d.*

Debent [b] autē hi, quibus Eccleſiaſtica miniſteria ſunt committēda, tales deligi, qui & reſidere in Eccleſia, & curam demandati ſibi officij per ſe ipſos valeant exercere: quòd ſi aliter actum fuerit, & qui receptus fuerit, quod contra ſacros canones acceperit, amittet: &, qui dederit, largiendi poteſtate priuabitur.

b cap. quia nō nulli. §. cùm igitur. extr. eod. tit.

*Qui ſine cauſa non reſidet, poſt monitionē priuandus erit & , quæ ſint iuſtæ cauſæ non reſidendi. h. d.*

Si tamen ab initio idonei ad reſidēdum reputati, poſtea Eccleſias, vel præbendas ſibi conceſſas, ſine iuſta & neceſſaria cauſa deſerant, ſi moniti & congruo tempore expectati non redierint, eis priuari poterūt [c]. Iuſtæ nō reſidēdi cauſæ ſunt: veluti, ſiquis aut Romano [d] Pontifici, aut proprio Epiſcopo obſequium exhibeat [e]. Item, ſi iura, & negotia Eccleſiæ [f] ſuę fideliter proſequatur, aut ſi, vt ſtudiorum cauſa abeſſe poſsit [g], eſt alicui ſpecialiter indultum, & ſi quæ ſunt aliæ ſimiles.

c cap fin ext. eod. tit. & cap. relatū. & cap. ex parte. & ſeq. d tit.

d cap. cùm dilectus. extr. eod. tit.

e cap. de cætero. eodem tit. extra.

f cap. ex parte. eodem tit.

g cap. relatū. d. tit.

*Ad memoriam iuuandam conducit repetitio. h. d.*

Hæc de præbendis, & dignitatibus, atque illarum prouiſionibus dixiſſe nos ſufficiat. Verùm, quia in hoc tractatu diffusè immorati ſumus, vt ſequentia præcedentibus meliùs contexamus, quædam in memoriā reducemus. Perſonarum ergo quidam laici ſunt, quidam clerici. Rurſus clericorum quidam ſunt in ſacerdotio conſtituti, quidam in ſacris licet non in ſacerdotio, quidam nec in ſacris nec in ſacerdotio. Eorum rurſus, qui in ſacerdotio conſtituti ſunt, quidam ſunt in celſiore gradu, vt Epiſcopi: quidam in inferiore, vt presbyteri. In ſacris verò dicuntur conſtituti

Dia-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Diaconi & ſubdiaconi. Qui verò nec in ſacerdotio nec in ſacris reperiũtur, ij ſunt qui ſunt in minorib. ordinibus cõſtituti. Cęterùm, quoniã adhuc quidam in Eccleſia ſunt, qui nõ minùs in laicatu, q̃ in clericatu cõſtituti domino deſeruiunt, vt ſunt regulares ac monachi: reſtat, vt & de his pauca ſubijciamus.

## DE REGVLARIBUS, ac monachis,

### TITVLVS XXX.

*Regulariter ualet argumentũ à regulari ad monachum, & contrà h. d.*

QVoniam verò, ſiue de regularibus agendum ſit, ſiue de monachis, eadem ferè Iura ſeruantur, ne verboſa fiat euagatio, dirigamus ſermonẽ in perſonas monachorũ: idem etiam intellecturi de regularibus cæteris. Nam ſi quid in ijs propriè ſeruetur, ſeparatim oſtendemus.

*Ex triplici capite quis fit monachus, et impubes à patre traditus monaſterio, poſt annum pubertatis poteſt redire ad ſeculum, ſi uelit. h. d.*

Monchi [a] fiunt, aut ex paterna deuotione, aut ex propria profeſsione, aut ex voti emiſſione. Ex paterna deuotione [b] monachus quis efficitur, cùm pater filios impuberes monaſterio offert. Quo caſu, ſi impuberes ſacram tonſuram vel velamina ſuſceperint, quinto decimo ætatis anno moneri debent & inquiri, vtrùm in ipſo habitu permanere cupiant: ſi permanſuros ſe profeſsi fuerint, vel profeſsionẽ à ſe priùs factã ratam habuerint, vlteriùs pœnitẽdi locũ non habebunt: ſi verò ad ſecularem habitũ reuerti maluerint, redeundi licentia concedenda erit, quia ſatis inutile eſt, vt coacta ſeruitia Domino præſtentur. Qua etiam ratione cõſtitutum eſt, ne quis inuitus ordinari debeat.

[a] can. monachum. 20. q. 1.

[b] can illud autẽ. 20. q. 1.

*Si impubes præter parentum uoluntatem monaſterium fuerit ingreſſus, poſſunt parentes intra annum reclamare, ſecus, ſi ſit pubes. h. d.*

Quòd ſi [c] impubes pręter parentum voluntatem tonſuram accepit monachalem, parentes id factum irritare valent: ſed ſi intra annum ad proprium Epiſcopum, vel alium competentẽ iudicem non reclamauerint, reuocare amplius non poterunt. Si verò in grandiori ætate adoleſcẽtes ſeruire Deo elegerint, non eſt poteſtas parentibus prohibendi.

[c] cap. 1. extr. de regular.

*Profeſſio eſt duplex, tacita & expreſſa, et poteſt fieri etiam ante annum. h. d.*

Propria profeſsione monachus efficitur quis, aut expreſsè, aut tacitè. Expreſsè, vt ſi quis poſt annum probationis habitum ſuſcipiẽs monachalem, regulis monaſterij obſtringi ſe velle ꝓfitetur. Si tamen ante

tempus probationis regulariter præfinitum [a], is qui conuerti deſiderat, habitum recipit, & profeſsionem emittit, Abbate per ſe vel per aliũ profeſsionem recipiente, regulari obſeruantia obligatur, & verè monachus eſt cenſendus.

a cap. ad Apoſtolicam. extr. eod. tit.

*Ex cauſa poſt annum poteſt profeſsio differri, ut ſi ingreſſus monaſterii ſit incognitus: Et ſeruus triennio in monaſterio commoratus, per monachationem fit liber. h. d.*

Quemadmodum autem diſcretus Abbas ex cauſa ante probationis tempus profeſsionẽ recipere poteſt, ita ex cauſa interdum proferre. Vnde [b] ſiquis incognitus monaſterium ingredi voluerit, ante trienniũ monachalis habitus conceden dus non erit: ne, ſi fortè poſt an num ſtatim præſtetur, poſtea ſeruus, aut aliàs inhabilis ad monaſterium deprehendatur. Quòdſi ſeruus per triennium in monaſterio cõmoratus, poſtea monachus effectus fuerit, ex hoc liber etiam efficietur.

b can. ſi ſeruus. di. 54.

*Ordinatus ignorante domino, ſi fiat monachus fit, liber: aliàs dominus poteſt intra annũ recipere ſeruum. h. d.*

Quinimmò [c] ſi priùs ignorãte domino ad ſacra miniſteria ordinatus, monachus fieri elegerit, iugum ſeruitutis euadet: aliàs intra vnius anni ſpacium domino & ſeruilem fortunam probare, & ſeruum ſuum recipere licebit.

c can. ſi ſeruus. ubi Glo. diſt. 54.

*Prædicatores, Minores, & Mendicantes, non poſſunt profiteri ante lapſum anni, & recipientes profeſsionem puniuntur. h. d.*

Quod [d] tamen de facultate recipiendi ante annum profeſſionis dicitur, non eſt perpetuum. Prædicatores enim & Minores, alijque mendicantium ordines ante annum probationis elapſum, quenquam ad ſui ordinis profeſsionem, vel ſeculi renunciationem faciendam, recipere non poſſunt. quòdſi fortè contrà fecerint, & is qui ſic receptus fuerit, eorundem ordini minimè alligabitur, & receptores à receptione ad profeſsionẽ quorumlibet ſuſpenſi, tam excommunicationi, q̃ alijs pœnis, quæ huiuſmodi regularibus ꝓ culpis infligi ſolent, grauioribus ſubijciendi erunt.

d cap. conſtitutionem. eodem titul. in 6.

*Delatio habitus tacitam oſtendit profeſsionem, & unuſquiſque debet ſe conformare cum habitu quem gerit. h. d.*

Tacitè profitetur quis, cùm idoneis coniecturis apparet [e], quòd perpetuò vult domino in religione ſeruire, & vitam ducere monachalem: vtputà, habitum poſt annum retinendo, vbi is nouitijs & profeſsis communis & indiſtinctus eſt [f]: vel profeſſorum habitum ſuſcipiẽdo, vbi is diſtinctus habetur. Vnde & Toletano Concilio inductum eſt, vt clerici, qui ſe fingunt habitu & nomine monachos,

e cap. ſtatuimus. extra. eod. tit.

f cap. 1. §. 1. eod. tit. in 6. cap. ex parte. extr. eod. tit.

chos, & non ſunt, corrigantur, & veri monachi fiant.

*Ponit differentiam inter expreſſam & tacitam profeſsionem.h.d.*

Vtrùm autem quis expreſsè profeſſus fuerit, an tacitè, interdum multum intereſt. Expreſſa enim profeſsio, etiam ſeculari habitu non mutato[a], illi religioni præcisè obligat quam quis profeſſus fuerit. Tacitè[b] verò facta infra probationis annum, per habitus, qui profitentibus tantùm datur, ſuſceptionem, non illi ſpecialiter, cuius eſt ſuſceptus habitus, ſed generaliter religioni recipientẽ obligat, dum tamen legitimę ſit ætatis, ac ſciens & prudẽs triduò in eius habitus delatione perſeueret.

a cap. non ſolùm. §. ſed expreſsè. de regularibus. in 6.

b d. cap. non ſolùm. §. facile.

*Beneficium non uacat per religionis ingreſſum ante profeſsionem, niſi de conſenſu ingreſſi.h.d.*

Et ſi contigerit eum, qui religionem ingreditur, beneficium retinere[c], intra probationis annum non erit alicui conferendũ: ſed interim per aliũ aſsignata ſibi congrua de prouentibus portione, beneficio inſeruiendum erit. Si tamen ingreſſi ad id accedat aſſenſus, aut quòd vitam mutare voluerit, liquidò appareat, aut legitimam profeſsionem emiſerit, beneficium alteri liberè conferri poterit.

c cap. beneficiũ. eod. tit. in 6.

*Qui uitam regularem uouit, monaſterium ingredi debet, non obſtante quòd fuerit prælaturam conſecutus.h.d.*

Is quoque, qui votum de ingreſſu religionis compos mentis emiſit, vt monachus fiat, cogendus erit. Vſque adeò enim Deo voti ligat emiſsio, vt etiã ſiquis poſt votum prælaturam fuerit conſecutus, Domino tamen promiſſa reddere ſit compellendus.

*Per uotum ſolenne derogatur ſimplici.h.d.*

Illud quæri poteſt, Si qs poſt votũ[d] de certa religione intranda emiſſum, aliam religionem etiam laxiorem ingrediatur, & in eadem profiteatur, ibidémne poſsit, voto non obſtante priore, licitè remanere? in qua ſpecie, cùm per ſecundum ſolẽne votum priori ſimplici derogari potuerit, reſpõſum eſt, poſſe monachum in ea religione, in qua profeſſus eſt, remanere: eidem tamen pro voto non cõpleto, pœnitentiam imponendam. Eſt autem in propoſito votum ſimplex, quod non eſt aliqua profeſsione munitum. Solenne verò eſt, quod quis per profeſsionem tacitam, vel expreſſam comprobauit.

d cap. pen. eodẽ tit. in 6.

*Semel factus monachus, cogitur remanere in monaſterio.h.d.*

Is igitur, qui legitima in ætate conſtitutus, habitum ſemel induit ſpontè, religioſum ꝓpoſitum vltrò ſuſceptum deſerere nõ poterit, ſed proprio Abbati

h

obediẽs, in caſtitate in proprio deget monaſterio.

*Monachus nõ poteſt aliquid proprium habere, nec contra hoc poteſt Papa diſpenſare. h.d.*

a cap. cũm ad monaſteriũ. extra. de ſtatu monach.

Sed[a] nec aliquid proprium poſsidere debet: &, ſi quid habet, totum in continenti reſignabit. Nam abdicatio proprietatis adeò eſt annexa regulæ monachali, vt contra eam nec ſummus Pontifex poſsit licentiam indulgere. Et ſi proprietas apud quenquam inuenta fuerit in morte, is eſt Chriſtiana ſepultura priuandus, & ſepultus exhumandus: provt etiã beatus Gregorius, ſe feciſſe narrat.

*Poteſt monachus tranſire ſolùm in arctiorem religionem & ſi dubitetur, an ſit arctior, in quam monachus uult migrare, ſtatur iudicio Abbatis. h.d.*

b cap. Ioãnes. ext. eod. tit.

c cap. licet quibuſdam. ext. eod. tit.

Sed nec temerè monachus de monaſterio[b] in monaſteriũ migrare permittendus eſt, niſi monaſterium, ad quod tranſitũ facere cupit, diſtrictius exiſtat. Quo[c] caſu, nullo obſtante priuilegio, prælatus monacho ſine difficultate debet tranſeundi licentiam indulgere, ne videatur propoſitũ impedire diuinitùs inſpiratũ. Quòd ſi fortè probabiliter dubitetur, vtrùm quis velit ad ordinem arctiorem trãſire, an ad laxiorem, ex charitate, an ex temeritate, ſuperioris eſt iudicium requirendum, ne fortè angelus Sathanę in lucis Angelum ſe transformet.

*Mendicantes ſolùm in ordinẽ Carthuſienſium migrare poſſunt. h.d.*

d clem. 1. eod. tit. de regular.

e extr. 1. com muni. de regular.

Mendicantibus[d] verò approbatis, qui prętextu arctioris ducendæ vitæ ad monaſteriũ confugiunt, etiamſi authoritate Apoſtolica fuerint muniti, Clemens quintus, ſacro approbante Concilio, interdixit ne vocẽ aut locũ in Capitulo talis monaſterij haberent, néve ad prioratus adminiſtrationes, aut quęcunque officia aſſumi poſſent. Sed nouiſsimè[e] Martinus quartus omnino vetuit, Mendicantes ad aliquem monaſticum ordinem, excepto ordine Carthuſienſium, ſine ſpeciali ſedis Apoſtolicę conceſsione tranſire: tam recipientibus, quàm receptis, ipſo facto excommunicationis pœnam incurſuris.

*Abbates debent perquirere fugitiuos, & monachi non poſſunt præeſſe Eccleſijs parochialibus, licet ſecùs ſit in regularibus. h.d.*

f cap. fin. ext. eod. tit.

g cap. 2. extr. de ſtatu monacho.

Fugitiuos[f] verò debent Abbates ſolicitè perquirere, & vt ad monaſterium & frugem melioris vitæ reuertantur, oportunis remedijs ꝓuidere, nec ordinarios qui eorum ſuppleant negligentiam, expectare. Singuli quoque monachi per villas[g], & oppida non debent diſcurrere, nec per quaſcunque parochiales Eccleſias diſponi: quod in regularibus, cùm regulæ inſerui-

ſeruiant laxiori, ſpecialiter cautum non inuenitur. Ideóque,[a] illis cum minori difficultate parochialibus Eccleſijs præeſſe permittitur.

a ca. quod Dei. de ſtat. monach. extra.

*Quomodo & qualis ſit eligendus in Abbatem. h.d.*

Vt auté inuiolabiliter monaſtica diſciplina cuſtodiatur, de congregatione monachorum Abbas eligendus eſt[b], quem ordo vitæ & meritum magis popoſcerit ordinari, vt vni tãtùm præſit monaſterio, qui cautus ſit in regimine, humilis, & diſcretus, & cui monachi cum omni obedientia & deuotione ſubiaceant.

b can. Abbatem. cum duobus ſeq. 18. q. 2.

*Non profeſſus non poteſt eligi in Abbatẽ, ſed bene in Epiſcopum. h.d.*

Et propterea cùm in magiſtrum[c] aſſumi non debeat, qui formam diſcipuli non aſſumpſit, nec ſit præficiendus, qui ſubeſſe non nouit: Religioſus, qui regularem ordinem antè non fuerit expreſsè profeſſus[d], in Abbatem, vel ad aliam regularium prælaturam eligi non poterit: quãquam ad Epiſcopalem dignitatem, talis in ſecularibus vel regularibus Eccleſijs eligi minimè prohibeatur.

c cap. cùm in magiſtrum. extr. de elect.

d cap. nullus religioſus. de elect. in 6.

*Viſitatores creandi, & quid agere debeãt. h.d.*

Viſitatores quoque in capitulo creandi ſunt ſecundum formam generalis Concilij[e], qui viſitationis officium exequantur, & omnia, quæ Viennenſi concilio[f] conſtituta ſunt, fideliter obſeruari faciãt, & de ſtatu monaſteriorum, & obſeruãtijs regularibus diligenter inquirãt: & tã in ſpiritualibus, quàm in temporalibus corrigãt & reforment, quę viderint corrigenda, & omnia ſecundum Honorianæ conſtitutionis tenorem proſequantur.

e cap. in ſingulis. & c. 1. ſeq. extr. de ſtat. monac.

f clem. 1. eod. tit. de ſtat. monach.

*Non debet quis inuenire, uel fundare nouã religionem. h.d.*

Nouiſsimè[g] ſciendum eſt, generali concilio ſemel atque iterum cautum eſſe, nequis in poſterũ nouam religionem inueniat: ſed quòd, quicunque ad religionem conuerti voluerit, vnam de probatis aſſumat. Similiter etiam de ijs, qui religioſam domum de nouo fundare voluerint, cautum eſt, vt regulã & inſtitutionem de probatis aſſumant.

g cap. fin. ext. de religioſ. dom.

FINIS LIBRI
*primi.*

# INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI LIBER SECVNDVS.

## DE RERVM DIVISIOne, atq; illarum adminiſtratione,

TITVLVS I.

*Res Eccleſiaſticæ, ſunt aut ſpirituales, aut temporales. h. d.*

SVperiore libro de Iure perſonarum expoſuimus, modò videamus de rebus Eccleſiaſticis, illarumq; tractatione, & adminiſtratione. Summa rerum Eccleſiaſticarum diuiſio in duos articulos deducitur: nam aut ſpirituales ſunt, aut temporales. Spirituales ſunt, quæ ſpiritui deſeruiũt, atque animæ cauſa ſunt inſtitutæ: vt, Sacramenta Eccleſiæ, altaria, & his ſimilia. Temporales ſunt, quę non tam ſpiritus, quàm corporis gratia ꝑ Eccleſiaſticis miniſterijs, ſacrorumque miniſtrorum vſu ſunt comparatæ: vt ſunt, prædia, domus, & fructus decimales.

*Res ſpirituales, ſunt aut incorporales, aut corporales &, corporales diuiduntur in Sacramenta, in res ſacras, ſanctas & religioſas. h. d.*

Rurſus ſpiritualium quędam ſunt incorporales, quædam verò corporales. Incorporales ſunt, quæ neq; tangi, neq; ſenſu corporeo percipi poſſunt: quales ſunt, virtutes, & dona Dei, aut quę in iure cõſiſtunt. Corporales ſunt, quæ tangi & humanis ſenſib. percipi poſſunt. Harum autem quædam ſunt Sacramenta, quædam ſacræ ſunt, & ſanctæ, quædam religioſæ. Videamus igitur nunc de ſpiritualibus: & quidem incorporales, cùm de his tã ſuprà opportunis locis loquuti fuerimus, q̃ etiam infrà ſuo tempore dicturi ſimus, ſpecialem tractatũ minimè exigunt: itaq; tractemus iã de corporalibus, ac primùm de Sacramentis, de ſacris, ſanctis, & religioſis, conſequenter etiam loquuturi: ac demùm de rebus temporalibus, atq; illarũ adminiſtratione.

## DE SACRAMENTIS,

TITVLVS II.

*Quid ſit Sacramentum. h. d.*

SAcramentum[a], eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma, ita q, eius ſimilitudinem gerẽs & cauſa exiſtat.

*a can. ſacrificium de cõſecra. diſt. 2*

*Sacramentorum quædam neceſſaria ſunt, quædam uoluntaria. h. d.*

Sacramentorum ſumma diuiſio

a can. immiſſionẽ. §. ſed notandũ. 1. q. 1. gloſſ. 1. cap. ueniẽs. ext. de trãſact.

ſio hæc eſt [a], quòd aut ſunt neceſſaria, aut voluntaria. Neceſſaria ſunt, quæ ſine interitu ſalutis æternæ prætermitti, & contemni non poſſunt: vt ſunt, Baptiſmus, Confirmatio, Pœnitentia, Euchariſtia, extrema Vnctio: quæ omnia ad particularẽ cuiuſque profectum ſunt principaliter inſtituta. Voluntaria ſunt, quæ ſine ſalutis diſpẽdio, pro cuiuſq; arbitrio recipi poſſunt, & refutari: qualia ſunt, ordo Sacer, & Matrimonium: & hæc ad totius Eccleſiæ profectum, & ſubſidium principaliter pertinent.

*Neceſſariorum Sacramentorum quædã deſeruiunt ad ingreſſum Eccleſiæ, quædam ad progreſſum in Eccleſia, quædam ad egreſſum ab Eccleſia. h. d.*

Et rurſus neceſſariorum quædam ad ingreſſum Eccleſię ſunt comparata, vt Baptiſmus: quædam ad progreſſum in Eccleſia, vt Confirmatio, Pœnitentia, Euchariſtia: quædam ad egreſſum ab Eccleſia, vt poſtrema Vnctio.

*Secunda diſtinctio Sacramentorum, quòd quædam characterem imprimunt quæ iterari non poſſunt, quædam non imprimunt quæ iterationem admittunt. h. d.*

Rurſus Sacramentorum quędam characterem imprimunt, quædam verò non. Quæ characterem imprimunt, iterari nõ poſſunt: vt, Baptiſmus, Confirmatio, Ordo ſacer. Cætera verò, quæ characterem nullum imprimunt, iterari minimè prohibentur: vt, Euchariſtia, Vnctio, Pœnitentia, Matrimonium.

*Sacramenta conſtant elemento & uerbo. hoc dicit.*

Conſtant autem Sacramenta elemento & verbo. Elementũ hîc accipimus, quicquid ſub viſibili natura, inuiſibilem gratiã deſignat & continet. Verba ſunt, quæ formæ viſibilis efficaciam exprimunt: ergo accedente verbo ad elementum, ſacramentum fiet.

*Non Eccleſia, ſed Chriſtus inſtituit Sacramenta, quæ tamen dicuntur Eccleſiæ, quia illa per ea ſanctificatur, & illa miniſtrat. h. d.*

Illud quoque ſcire nos oportet, quòd non Eccleſia, ſed ipſo Domino inſtituente Sacramentis vtimur: ſed tamẽ ideò Eccleſiæ Sacramenta nuncupamus, tum quòd per ea ſanctificata, & cæleſti ſponſo matrimonij fœdere coniuncta ſit: tum, quòd illorum diſpenſatio eius credita ſit miniſterio.

*Etiam malus miniſter, & hæreticus poteſt miniſtrare ſacramenta. h. d.*

Ergo [b] qui baptizat, qui abſoluit, & in ſingulis Sacramẽtis diuinitùs operatur, Dominus eſt: miniſtri verò Eccleſiæ in conficiendis ſacris myſterijs, vel diſpenſandis, præter nudum miniſterium nihil ſibi vendicare valent, cùm non propriam, ſed eius qui ſacramenta inſtituit, pſonam referant, nec vlla ex ipſis ſanctificandi virtus emanet. Vn

b cano. aliud eſt. & can. ſeq de conſecrat. diſt. 4.

de, quanq̃ eos inculpatos eſſe deceat, ſi tamen mali ſint, vel à Catholica cõmunione ſeiuncti, nihilo minùs & cõficere ſacramẽta, & diſpenſare poterũt: veluti enim per lapideos canales ad areolas aqua trãsfunditur, & ſolis radij per loca fœtidiſsima tranſeuntes, nulla cõtactus maculatione cõtaminãtur, ſic multò magis Sacramenta nulla miniſtri fœditate cõmaculantur.

*Spiritualis poteſtas exerceri ſine fide poteſt, ſed non ſine intentione Eccleſiæ. h. d.*

Hoc tamen ſic intelligi oportet, ſi tales miniſtri intẽtionem Eccleſiæ concordẽ habeant. Cęterùm ſi aliud agere intendant, putà ſacris illudere myſterijs, vel aliud, quod Eccleſiæ nõ cõſentiat, nihil agitur: ſine fide enim ſpiritualis poteſtas exerceri quidẽ poteſt, ſine Eccleſię intẽtione nõ poteſt. His circa Sacramenta generaliter cognitis, exordiamur nũc de ſingulis etiam ſpecialiter dicere: & quia Baptiſmus fundamentũ [a] eſt & ianua cæterorum, meritò ab eo principium ſumamus.

a cap. ueniẽs. ext. de preſbyt. non baptiz.

## DE BAPTISMO, ET eius effectu,

### TITVLVS III.

*Baptiſmus operatur animæ ablutionem, et in locum circunciſionis eſt inſtitutus. h. d.*

BAptiſmus [b] eſt ablutio corporis exterior: quæ, adhibita certa verborum forma, interiorẽ animę ablutionẽ deſignat & operatur. Veluti enim circunciſio in populo [c] Dei, in fidei iuſtitięq́; ſignaculum inſtituta, ad ſignificationẽ purgationis originalis veteriſq́; peccati paruulis valebat: ſic & baptiſmus ad hominis innouationem valere cœpit.

b gloſſ. 1. in ſum. de conſecr. diſt. 4.

c can. ex quo d. diſtin. 4. de conſecr.

*Licet in baptiſmo plena cõtingat peccatorũ remiſsio, nõ tamẽ contingit plena nouitas. h. d.*

Non tamen ex quo quiſq; baptizatur, ſtatim etiam in eo omnis vetus infirmitas abſumitur, ſed renouatio ad remiſsionem peccatorum incipit, & ad intelligentiam & operationem ſpiritualiũ: cætera verò ſunt in ſpe, donec recompleantur, quod erit in reſurrectionis tempore. Quãvis ergo in baptiſmate plena fiat peccatorũ remiſsio, non propterea plena nouitas & mutatio contingit.

*Cura baptizandi ad ſolos ſacerdotes ſpectat, ſed ex cauſa neceſsitatis quilibet poteſt baptizare. h. d.*

Baptizandi [d] autem cura ad ſolos ſacerdotes pertinet, eiúſque miniſterium nec ipſis diaconis explere permittitur, abſque Epiſcopo vel presbytero: niſi his procul abſentibus, vltima languoris cogat neceſsitas: quo caſu & laicis fidelibus, atq; ipſis mulieribus [e] baptizare permittitur. Presbyter verò, cuius negligentia cõmiſſum eſt, vt qs ſine baptiſmate ex humanis exceſſerit, deponendus erit [f].

d can. cõſtat. de conſecr. diſtin. 4.

e can. mulier. d. diſtin. 4. de conſecr.

f can. qui ũque. d. diſt. 4.

Ba-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Baptizatus ab hæreticis, ſchiſmaticis, paganis uel alijs facinoroſis, non ſunt denuò rebaptizandi. h. d.*

Sed & ſi quis ab hæreticis [a], ſiue ſchiſmaticis, vel etiam paganis, aut aliàs facinoroſis baptizati fuerint, quaſi baptizati nõ fuerint, iterum baptizari nõ debent. Antiqua [b] tamen patrum induxit inſtitutio, vt qui ab his in Trinitatis nomine baptizati fuerint, cùm ad ſanctam Eccleſiã redierint, aut vnctione chriſmatis, aut impoſitione manus, aut ſola profeſsione fidei, ad ſinũ matris Eccleſiæ reuocentur.

a *can. ſiue ab hæreticis. & can. ſeq. de conſecr. diſt. 4.*

b *can. ab antiqua. d. diſtin. 4.*

*Nemo ſeipſum baptizare poteſt. h. d.*

Sed [c] quanquã baptiſmus ab hæreticis, ſchiſmaticis, vel paganis ſuſceptus valeat, ipſum tamẽ ſe baptizare nemo poterit: ſicut enim in carnali generatione, qua proles ex viro & fœmina naſcitur, alius eſt qui carnaliter gignit, alius qui gignitur: ſic in ſacramentali generatione, qua ſoboles ex aqua & Spiritu ſancto renaſcitur, alius debet eſſe qui ſpiritualiter generet, alius qui generetur. Vnde de Iudæo, qui in mortis articulo conſtitutus, in aquam ſe ipſum immergendo dixerat, *Ego me baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*, reſponſum eſt, denuo ab alio illum baptizandum eſſe, vt oſtendatur, quòd alius eſt qui baptizatur, alius qui baptizat: quamvis ſi talis continuò deceſsiſſet, protinus ad patriam euolaſſet, non propter fidei ſacramentũ, ſed propter ſacramenti fidem.

c *cap. debitũ. extra. eod.*

*Baptiſmus alius fluminis, alius flaminis, alius ſanguinis. h. d.*

Quod quidem & de illo rectè creditur, qui viſibiliter non baptizatus martyrij ſubijt ſacramentum. Baptiſmus enim inuiſibiliter miniſtratur, quem nõ contemptus religionis, ſed terminus neceſsitatis excludit. Vnde ſcitè [d] ſcriptum à quibuſdam reperitur, baptiſmum aliũ eſſe fluminis, alium flaminis, alium verò ſanguinis: cùm baptiſmi virtus & efficacia, non tam ablutione [e] corporis, quàm fide cordis contineatur: & aliud ſit per miniſterium baptizare [f], quod ſacerdos exequitur: aliud per poteſtatem, quam Dominus non vſqueadeò ſacramentis adiunxit, vt ſine illis eorundem gratiam tribuere non poſsit.

d *glo. 1. in ſũ. de conſecr. diſt. 4.*

e *cano. uerus baptiſmus. d. diſt. 4.*

f *cano. aliud eſt. d. diſt. 4*

*Paruuli baptizantur in fide parentum, & Eccleſiæ: & non debet minor eſſe uirtus baptiſmi, quàm circunciſionis. h. d.*

Non tamen, quia fide cordis baptiſmatis virtus continetur, ideò minùs paruulos [g], qui credere ob ætatẽ nõ poſſunt, vnda ſalutaris abluit, cùm & ij nõ per vſum, ſed per habitũ fidei, quẽ ſuſcipiũt in baptiſmate, credere nõ malè credantur, & in fide parentũ [h] & Eccleſiæ, alio profitẽte, baptizati, ob fidei ſacramẽtũ rectè fideles dici poſſunt: &

g *cap. maiores. in fine prin. extra. eod.*

h *can. illud. et can. ſeq. uer. paruuli. de conſecr. diſtin. 4.*

a cap. maiores. §. cum ergo. extra. eod.

cùm circuncisio [a] tam adultis, q̃ paruulis ex præcepto Domini conferretur, ne baptiſmus, qui ſuccedit in locum ipſius, & generalior tamen exiſtit, cùm tam viri, quàm fœminæ baptizētur, minoris videatur effectus, tam adultis, quàm paruulis eſt conferendus.

*Tā mater, quàm filius, in ipſo articulo parturiendi, poſſunt ſeparatim baptizari, nec ob id creditur baptiſmus iteratus. h. d.*

b cano. ſi ad matris. & can. ſeq. de conſecra. diſtin. 4.

Is [b] quoque, cuius mater vel prægnans, vel in ipſa hora qua parturit, mortis vrgente periculo, baptiſmatis gratiam perceperit, baptizari poterit, nec propterea bis baptizatus reputabitur: cùm vtique ad maternum corpus, cùm eſſet in vtero, pertineret: nec ibi regeneratio reperiri poſsit, vbi generatio nō præceſſerit, nec in hoc infanti, qui naſcitur, aliquid mater participat, cùm vniuſcuiuſq; propria voluntas in confeſsione ſit attendenda.

*Muti, ſurdi, & ægrotantes baptizari poſſunt. h. d.*

c can. paruuli alio. et cano. ſeq. d. diſtinct. 4. de conſecra.

Muti quoque [c], & ſurdi, item ægrotantes, qui pro ſe reſpondere non poſſunt, alijs pro ſe ꝓfitentibus, rectè baptizari poterunt.

*Dormiens & amens, ſi ante ſomnum & amentiam habuerunt propoſitum baptizandi, baptizari poſſunt. h. d.*

d cap. maiores. in fi. extra. eod.

De dormientibus [d] & amentibus quæſitum eſt, & planè ſi prius quàm dormirent, aut amētiam incurrerent, non baptizandi propoſitum haberent, quia in eis eadem perdurare voluntas intelligitur, ſi ſic immerſi fuerint, characterē ſacramēti non ſuſcipiunt: ſecus autem, ſi priùs catechumeni extitiſſent, & baptizandi propoſitū habuiſſent: tales enim in neceſsitatis articulo baptizare conſueuit Eccleſia. Tunc ergo characterē ſacramentalis imprimit operatio, cū obicem voluntatis cōtrariæ nō inuenit obſiſtentem.

*Inuitus baptizatus characterem ſuſcipit, et cogendus eſt ad obſeruantiam fidei, ſecus ſi penitus ſit coactus. h. d.*

Sed & ſi quis nō ſpontè, dum tamen non omnino coactus baptiſmatis ſuſceperit ſacramentum, Chriſtianitatis characterē ſuſcipit: vtputà, cùm quis terroribus, atque ſupplicijs ad vndā ſalutarem trahitur, & ob id tanquam conditionaliter volens, licet abſolutè non velit, eſt ad fidei Chriſtianæ cogendus obſeruantiam. Ille verò, qui nunquā conſentit, ſed penitùs contradicit, nec rem, nec characterem ſacramenti ſuſcipit. Plus eſt enim expreſsè cōtradicere, quàm minimè conſentire.

*Is de quo non eſt præſumptio quòd ſit baptizatus, debet ſine metu iterationis baptizari. h. d.*

e can. ſi nulla extāt. de conſecra. diſtin. 4.

Illud [e] in dubium venire non debet, quoties nulla extāt indicia

cia inter propinquos & familiares, quibus aliquos baptizatos eſſe doceri poſsit, eoſdẽ baptizari minimè prohibendos eſſe. Quod enim factum eſſe neſcitur, nulla ratio ſinit, vt iteratum videatur: nec temeritas interuenit præſumptionis, vbi eſt diligentia pietatis. De eo tamen, qui Chriſtianis parentibus natus, inter Chriſtianos eſt fideliter cõuerſatus, tã violenter preſumitur quòd baptizatus fuerit, vt hæc præſumptio pro veritate ſit habenda, donec euidentiſsimis argumentis contrariũ probatum fuerit.

*Iterum ſcienter baptizatus debet ſeueriſsimè puniri, ignoranter uerò bis baptizatus non poteſt ordinari, niſi ex neceſsitate. h. d.*

a can. qui bis. de conſecr. diſt. 4.

Quòd ſi [a] quis ſciẽs & prudẽs iterum baptizari ſuſtinuerit, arctiſsimæ pœnitentiæ ſubijciendus erit: quòd ſi ignoranter, nulla quidem imponenda erit pœnitẽtia, ſed niſi magna cogat neceſsitas, ordinari non poterit.

*Iterantes Baptiſmũ ſunt deponendi ab officio, & beneficijs. h. d.*

Illi quoq;, qui auſu temerario in homine iam baptizato cæleleſte lauacrum iterare auſi fuerint, excõmunicationis mucrone percuſsi, ab omni officio & beneficio Eccleſiaſtico deponentur.

*Multa ſunt in baptiſmo, quæ non ſunt de eius ſubſtantia. h. d.*

Poſtremò ſciendum eſt, quòd licet verbo tantùm [b] & elemento, baptiſmatis ſubſtantia contineatur & forma, multa tamen à ſanctis patribus ad eius decorẽ fuerunt ſolenniter conſtituta, vt immerſionis numerus, exorciſmi, clericorũ exufflationes, ſalis benedicti exhibitio, ſaliuæ contactus, inunctio: quæ ſi ex neglectu pretermiſſa fuerint, omiſsio culpæ reos arguet.

b cap. nõ ut. extr. eod.

*Baptiſmus non debet conferri in priuatis domibus, niſi ex neceſsitate, uel ob magnã nobilitatem. h. d.*

Illud etiam nouiſsimè [c] Vienneñſi concilio conſtitutum eſt, nequis in priuatis domibus, ſed duntaxat in Eccleſijs, in quibus ſunt ad hoc fontes ſpecialiter deputati, aliquos audeat baptizare: niſi Regũ vel Principum liberi baptizandi fuerint, vel talis neceſsitas emerſerit, ꝓpter quam ad Eccleſiam abſq; periculo acceſſus haberi nequeat.

c clem. uni. eod. tit.

## DE SACRAMENTO Chriſmatis,

### TITVLVS IIII.

*Fideles poſt receptum baptiſmum debent chriſmari. h. d.*

QVamvis aũt continuò trãſituris regenerationis ſuffíciat beneficium, victuris tamen etiam confirmationis auxilium eſt neceſſariũ. Ita enim cõiuncta ſunt hæc duo ſacramẽta, vt vnum ab altero, niſi morte preueniẽte, ſeparari nõ debeat.

*Chriſmatis ſacramentum operatur augmentum gratiæ, & ſoli Epiſcopi chriſmant. h.d.*

Igitur omnes fideles poſt baptiſmum paracletum [a] per manus impoſitionem accipere debent, vt perfectè Chriſtiani inueniãtur. Spiritus [b] Sanctus enim, qui ſuper aquas baptiſmi ſalutifero deſcendit lapſu, in fonte plenitudinẽ tribuit ad innocentiam, in confirmatione robur et augmentũ præſtat ad gratiam. Vnde [c] cùm cæteras vnctiones ſimplex ſacerdos vel presbyter valeat exhibere, hanc non niſi ſummus ſacerdos, hoc eſt, Epiſcopus conferre debet: alioqui nulla excuſante conſuetudine chriſmatio irrita habebitur & vacua, nec inter Eccleſiaſtica ſacramenta reputabitur, cùm manum impoſuiſſe præter Apoſtolos, quorũ hodie vicem ſubſtinẽt Epiſcopi, nulli alij legãtur.

a can. nouiſſimè. de conſecr. diſt. 5.

b can. 1. de cõſecr. diſt. 5.

c cap. uni. §. per frontis. ext de ſacr. unct. et can. manus quoque. de conſecr. diſt. 5.

*Ieiunis & à ieiuno debet dari chriſma, niſi neceßitas aliud cogat. h.d.*

Accedent igitur, qui legitimę ſunt ætatis, ad confirmationem ieiuni [d], vt à ieiunis Epiſcopis ſacro chriſmate in fronte deliniti per manus impoſitionem paracletum recipiant. Planè infirmis, & morte periclitantibus, vel qualibet cauſa impeditis, nulla de ieiunio habita ratione, manus imponi poterit.

d can. ut ieiuni. & can. ſeq. de conſecr. diſt. 5.

*In Baptiſmo, Confirmatione, & Catechiſmo debent patrini interuenire. h.d.*

Illud [e] commune eſt tam his qui baptizandi ſunt, quàm etiã illis qui confirmationis munus recipere debent, vt aliquẽ in patrinum habeant, qui eoſdem in religione Chriſtiana & fide Dominica inſtituat, & qui pro eis apud Deum, quaſi fideiuſſor exiſtat: quod & in catechiſmo obſeruandum erit.

e can. nos ante omnia. de conſe. diſtin. 4.

*Patrini non debent eſſe plures, uel non baptizati, uel confirmandi. h.d.*

Admonendi tamen ſumus, ꝙ nec plures quenquam in baptiſmo, aut in confirmatione ſuſcipere debent, ſed vnus [f] tantùm, ſiue vir, ſiue mulier: nec quenꝗ quiſpiam tenere, vel leuare poterit, qui ipſe baptizatus non ſit, vel confirmatus.

f can. nõ plures. de conſecr. diſtin. 4. & can. ſeq.

*Parentes non poſſunt eſſe patrini propriorum filiorum, nec Abbates, uel monachi alienorum. h.d.*

Parentes quoq; proprios filios, vel Abbates [g], vel monachi alienos de ſacro fonte ſuſcipere, aut in confirmatione tenere non debent.

g can. non licet. de conſecr. diſt. 4.

*Nec baptiſmus, nec chriſma poſſunt iterari, & utrunque conferri poteſt tempore interdicti. h.d.*

Commune etiam illud eſt vtriſq;, ꝙ & neutrũ (vt paulo antè diximus) iterari poteſt, quippe ꝙ ambo characterẽ imprimũt, & quòd interdicti tẽpore ob imminens ex dilatione periculum vtrunq; conferri, & pro vtroq; chriſma confici poterit, vt infrà ſuo loco latiùs exponemus.

DE

# DE POENITENTIIS, & remiſsionibus,

## TITVLVS V.

*Quid ſit pœnitentia, & effectus pœnitentiæ. h.d.*

POenitentia, eſt Sacramentum, quod contritione, confeſsione, & ſatisfactione cõcurrentibus, peccatorum operatur remiſsionem. Multiplex enim Dei miſericordia ita lapſibus humanis ſubuenit, vt nõ ſolùm per baptiſmi & confirmationis gratiam, ſed etiã per pœnitentiæ medicinam ſpes æternæ vitę reparari velit. Vnde qui dona regenerationis violauerint, proprio ſe iudicio condemnantes, per ſacramentũ pœnitentiæ ad criminũ remiſsionẽ, quaſi ex naufragio arrepta tabula ad portum peruenient.

*Tres ſunt ſpecies pœnitentiæ, & pœnitentia ſolennis iterari non poteſt, & pœnitentes ad ſacros ordines reddit inhabiles. h. d.*

Sunt autem pœnitentiæ tres ſpecies: quædam enim eſt ſolennis, quædam publica, quædam priuata. Solennis eſt, quã propter maiora ſcelera Epiſcopus in capite ieiunij, ſeruata certa rerum ſerie, delinquentibus ſolet imponere: quæ quidem ne Eccleſię vileſcat authoritas, iterari non debet: & tales pœnitentes ad ſacros ordines (vt ſuprà expoſuimus[a]) inhabiles reddit, quippe quæ nec aliter poteſt ſacerdotib. imponi, quàm ſi priùs cæleſtis militiæ cingulo exuti fuerint.

a tit. qui pro mo nõ poſſ. §. pœnitentes.

*Publica delicta & publica pœnitentia lui debent. h.d.*

Publica pœnitentia eſt, quæ publicè, nulla ſeruata iuris ſolẽnitate, peragenda iniungitur: qualis eſt, peregrinatio, certi habitus delatio, & his ſimilia. Cũ enim manifeſta peccata nõ ſint occulta correctione purganda, rectè conſtitutum eſt, vt qui publicè peccando proximo ſuo ſcandalum præbuerint, publicã etiam pœnitentiam à proprijs ſibi ſacerdotibus impoſitã, peragere debeant. Apparet itaq; ex his, quòd licet omnis ſolennis pœnitentia publica ſit, non tamẽ omnis publica eſt ſolẽnis.

*Vnuſquiſque ſemel in anno debet confiteri, & Euchariſtiam ſumere, niſi de conſilio ſacerdotis abſtineat. h.d.*

Priuata, aut ſecreta pœnitentia eſt, quæ in occulto Deo fit et ſacerdoti. Statutum eſt enim generali Concilio[b], vt omnis fidelis, quàm primùm ſapere cœperit, omnia ſua peccata proprio ſacerdoti confiteatur, & iniunctam ſibi pœnitentiam proprijs viribus adimplere ſtudeat, ſuſcipiens reuerẽter ad minus ſingulis annis in Paſchate Euchariſtiæ ſacramentum, niſi fortè de ſacerdotis conſilio, ex cauſa duxerit abſtinendũ: alioqui & viuens ab ingreſſu Eccleſiæ arcebitur, & moriens Chriſtiana carebit ſepultura.

b cap om nis utriuſque. extra. eod.

*Pœnitentia conſtat contritione, confeßione, & ſatisfactione.h.d.*

Conſtat igitur pœnitentiæ ſacramentum tribus partibus: cōtritione cordis, confeſsione oris, & operis ſatisfactione. Cōtritio nihil aliud eſt, quàm dolor pro peccatis voluntariè aſſumptus cū propoſito confitendi, & ſatisfaciendi. Confeſsio (vt Auguſtino placet) eſt, ꝑ quā morbus latens ſpe venię aperitur: vel, Confeſsio, eſt Canonica peccatorum coram proprio ſacerdote facta declaratio.

*Tribus caſibus poteſt quis confiteri nō proprio ſacerdoti, ſi obtineat licentiam ab eodem, uel ab Epiſcopo, uel ſi confiteatur fratribus habentibus generalem poteſtatem audiendi confeßiones. h.d.*

Quod autem dicitur *coram proprio ſacerdote,* ita demum obtinet, ſi nulla legitima cauſa ſubſit eius declinandi iudicium. Cæterùm ſiquis vel proprij ſacerdotis imperitiam [a] vereatur, vel aliàs eius vitam & mores ſuſpectos habeat, & propterea alieno ſacerdoti [b] confiteri voluerit, licentiam priùs poſtulet, & obtineat à proprio: cùm aliter illum alienus, quacunq; ſuffragante conſuetudine, nō poſsit abſoluere, vel ligare. Si quis tamen regularibus generalem audiendi confeſsiones poteſtatē habentibus, & locorum ordinarijs præſentatis, & ab iiſdem approbatis, confeſſus fuerit, Pariſienſis Doctoris reiecta ſententia, nō magis eadē peccata tenebitur iterū cōfiteri, q̄ ſi ea ꝑprio ſacerdoti iuxta generalis cōcilij diſpoſitionē cōfeſſus fuiſſet.

a *can. fin. de pœniten. diſtin. 6.*

b *cap omnis utriuſque. §. ſi quis autem. extra. eod.*

*Epiſcopus poteſt ſuo ſubdito concedere licentiam eligendi confeſſorem. h.d.*

Epiſcopus quoq; ſubdito ſuo, vt quemvis idoneum ſibi deligat confeſſorem, facultatem cōcedere poterit: cùm non minoris eſſe debeat efficaciæ ab Epiſcopo obtenta licentia, quàm à Parochiali ſacerdote.

*Neceßitas facit affectum reputari pro effectu. h.d.*

Sed & ſi pœnitendi vrgeat neceſsitas, nec deſideranti locus, aut tēpus propriū ſacerdotē offerat, & ſi is, cui quis confitetur, ſoluendi nullā poteſtatē habeat, tanta tamen eſt vis confeſsionis, vt dignus fiat venia ex deſiderio ſacerdotis, qui proximo ſuo criminis turpitudinem confiteri non refugit. Votū enim ꝓ opere reputatur, cùm operis ꝑficiendi facultas deeſt.

*In perpetuum eſt in monaſterium detrudendus, qui reuelat confeßionem. h.d.*

Sed [c] ſiue proprius ſacerdos, ſiue alius pœnitentiam audiat, cauebit omninò, ne aut verbo, aut alio quovis modo confitentem prodat: quoniam qui peccatū in pœnitentiali iudicio ſibi detectū reuelare auſus fuerit, nō ſolū à ſacerdotali officio deponēdus erit, verùm etiā ad agēdā ꝑpetuò pœnitentiā in arctū monaſterium detrudendus.

c *cap. omnis utriuſq;. §. caueat. extra eod.*

Sacer-

*Sacerdos non debet quem abſoluere de caſibus reſeruatis Papæ, uel Epiſcopo. h. d.*

Illud etiam animaduertere ſacerdotem oportet, nequem ſcilicet ab his criminibus abſol uendo liberare tentet, quorum abſolutio, aut Apoſtolico [a], aut proprio ordinario eſt reſeruata: vtputà, ſi pœnitẽs clericum enormiter lęſerit, Eccleſiam cõbuſſerit, vel fregerit, falſum cõmiſerit, Cardinalem vel Epiſco pum inſecutus fuerit, cum moniali rem habuerit, & in alijs ca ſibus.

a clem. 1. §. quibus. uer. nec etiam. de priuileg.

*In generali cõceßione non ueniunt ea, quæ quis non eſſet ueriſimiliter in ſpecie conceſſurus. h. d.*

De [b] eo tamen quæſitum eſt, ſi Epiſcopus ſubdito ſuo conceſſerit, vt ſibi poſsit idoneum eligere confeſſorem, an tunc ille, quem is elegerit, in caſibus, qui eidẽ Epiſcopo ſpecialiter reſeruantur, abſoluendi habeat facultatem: & cùm in generali conceſsione illa minimè veniant, quæ non eſſet quis veriſimiliter in ſpecie cõceſſurus, reſponſum eſt, electum hunc huiuſmodi non habere poteſta tem.

b ca. 2. de pœniten. in 6.

*Contritio, & confeſsio ſine ſatisfactione parum proficiunt. h. d.*

Sed nec contritio multũ proficiet, nec confeſsio, niſi ambabus adiuncta fuerit ſatisfactio: Quę nihil aliud eſt, quàm quædam iniuriæ illatæ compenſatio: nullus enim delictorum accipit veniam, niſi (ſi nulla neceſsitate fuerit impeditus) qualẽcunque, etſi longè mi norẽ, quàm debeat, pœnam ſol uerit. Nec ſufficit mores in melius commutare, & à pręteritis malis recedere, niſi etiam de his, quę facta ſunt, Deo ſatisfiat per contriti cordis ſacrificium, cooperantibus eleëmoſynis, orationibus, & ieiunijs.

*Medici, qui ægrotos ad pœnitentiam non inducunt, ſunt ab Eccleſiæ ingreſſu arcendi. h. d.*

Medicos [c] etiam admonere oportet, vt cùm eos ad infirmos vocari contigerit, ipſos ante omnia moneant, & inducant, vt medicos vocent animarum: vt, poſtquã fuerit ægrotãti de ſpirituali ſalute ꝓuiſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubriùs procedatur. Si quis autem medicorum ſecùs fecerit, ab Eccleſiæ ingreſſu arcebitur, donec pro tranſgreſsione huiuſmodi ſatisfecerit.

c cap. cùm infirmitas. extra. eod.

*Qui habuit propoſitum confitendi, poteſt abſolui, ſi ſæuitia morbi non poſſet confiteri. h. d.*

Si quis autem in infirmitate conſtitutus, pœnitentiam petierit, & dum ad eum inuitatus ſacerdos properat, morbo oppreſſus obmutuerit, vel in phreneſin conuerſus fuerit, & pœnitentiam moriturus, & per ma-

rus impoſitionem reconciliationem accipere poterit.

*Deputatis ultimo ſupplicio ſacramentum pœnitentiæ & Euchariſtiæ non negatur. h.d.*

Nec infirmis ſolùm, ſed etiã vltore gladio morituris in hac parte iura ſubueniunt, cùm vltimo damnatis ſupplicio[a] pœnitentiæ ſacramentũ, ſi petant, non ſolùm negari non debeat, verùm etiam ſint cenſura Eccleſiaſtica ab ordinarijs locorum coërcendi, quicunque aduerſarentur, quo minùs id conſequãtur. Quod ipſum & de Euchariſtia quoque intelligẽdum erit: cùm quibuſcunque pœnitentia non negetur, viaticum quoque, quod verè pœnitentibus exhibetur, intelligatur eſſe conceſſum.

a clem. 1. de pœnitent.

## DE EVCHARISTIA, TITVLVS VI.

*Maximum eſt Euchariſtiæ ſacramentum, & ſaltem ſemel in anno debet aſſumi. h.d.*

EST autem inter cætera, Euchariſtiæ ſacramentum maximum[b], & oblationes omnes lõgè antecellit. Vnde, ſicut præſtantius eſt cęteris, ita etiã diligentiùs excoli debet. Et quidem circa prima fidei cunabula frequentiſsima erat apud fideles ſanctiſsimi viatici ſuſceptio, ſed cùm poſtea paulatim tepeſcente charitate rariùs homines communicarent, conſtitutum fuit[c], vt niſi quis maioribus fortaſſe criminibus impediretur, tribus ſaltem vicibus in anno communicare deberet: donec refrigeſcente penitùs religionis ardore, eò tandẽ ventum eſt, vt ſemel ſaltem ſingulis annis[d], vnuſquiſque cæleſtis menſę debeat eſſe particeps.

b can. nihil in ſacrificijs. de conſecra. diſtin. 2.

c can. etſi nõ. de conſec. diſtinct. 2.

d cap. omnis, de pœniten.

*Quotidie ſacerdotes hodie pro populo ſacrificare debent, ſed ſemel tantùm, non pluries, niſi ex magna cauſa, uel in natiuitate Domini. h.d.*

Inualuit tamẽ, vt Deo quotidie ſacerdotes pro populo hãc oblationem facerent. Quoniam enim quotidie labimur, ideo etiam Chriſtus quotidie myſticè pro nobis immolatur: in quo tamen illud cauendum eſt, ne ſacerdos, quacunq; pręfulgeat dignitate[e], amplius quàm ſemel in die celebret, niſi aut aliter faciendum Domini natiuitas[f] ſuadeat, aut vrgens cogat neceſsitas. Satis enim felix eſt, qui ſemel dignè celebrat.

e cap. te referente. extr. de celebrat. miſſa.

f cap. conſuluiſti extra. de celeb. miſſa.

*Presbyter tantùm debet exhibere Euchariſtiam, non inferior, niſi ſubſit neceſsitas. h.d.*

Sed nec ab omnibus, nec paſſim omnibus, tantum ſacramẽtum exhiberi debet: nam veluti ſolus ſacerdos illud conficit, ita etiam nemo præter eum exhibere poterit. Quòd ſi presbyter aliter, quàm p ſemetipſum infirmum, vel alium cõmunicet

cet, ex Rhemenſis[a] concilij diſpoſitione, ſui gradus periculo ſubiacebit. Permiſit tamen Laodicenſe concilium[b], ſi neceſsitas vrgeret, vt diaconus præſente presbytero Euchariſtiam iuſſus erogare poſſet.

a can. peruenit. de conſecra. diſt. 2.
b can. præſente. diſti. 93.

*Sacerdos cõſtitutus in peccato mortali, quo ad ſeipſum, eſt ſuſpenſus, non quo ad alios. h.d.*

Imo & ſacerdotes, ſi qua criminali macula[c] ſeſe infectos eſſe ſentiant, ab huiuſmodi exhibitione abſtinere debent. Quã quam ſi peccato mortali[d], vel minori excommunicatione illigatus celebret, & ſacramenta conferat, licet grauiter peccet, nullam tamen irregularitatis notam incurrit, & ſacramenta ab eo collata, virtutis effectu non carent: cùm non à collatione, ſed à participatione, quæ in ſola perceptione conſiſtit, videatur eſſe remotus.

c can. ſacerdotes qui. 1. q. 1. in fin.
d cap. fin. ext. de cler. excom.

*Scenicis & hiſtrionibus non eſt danda Euchariſtia: pro cæteris autem, maximè infirmis, ſemper debet eſſe parata. h.d.*

Item quamvis regulariter nullus, etiamſi quem ſacerdoti peccatorẽ & impœnitentem eſſe liqueat, ab altari ſit arcẽdus: Scenicis[e] tamen, atque hiſtrionibus, cæteriſq; perſonis huiuſmodi, quandiu tam deteſtandas artes exercuerint, ſacra communio deneganda erit. Nec .n. Euangelicæ diſciplinę congruit, vt pudor, & honor Eccleſiæ tam turpi & infami contagione fœdetur. In cæteris proſpiciet presbyter, vt ſiquis infirmatus fuerit, ita Euchariſtiam paratam habeat[f], vt nemo ſine communione moriatur.

e can. pen. de conſecra. diſtin. 2.
f can. presbyter Euchariſtiam. de cõſecr. diſt. 2.

*Sacramentum Euchariſtiæ conſtat uiſibili forma, ueritate corporis, & ſpirituali uirtute. Et in calice poni debet uinum aqua mixtum. h.d.*

Conſtat[g] aũt Euchariſtiæ ſacramentum viſibili forma, veritate corporis & virtute ſpirituali. Forma viſibilis eſt panis, & vini[h]: vinum verò hoc loco intelligimus aqua permixtum: nec enim in calice Domini, aut vinum ſolum, aut aqua ſola offerri debet, cùm vtrunque ex latere illius profluxiſſe legatur. Illud etiam rationabilis conſuetudo generalis habet Eccleſiæ, vt plus in eo vini, quàm aquæ ſit ponendum[i].

g gloſ. in ſum. de conſec. diſtinct. 2.
h ſum. d. diſt. 2.
i cap. pernicioſus. extr. de celebrat. miſſa.

*In ſacramento altaris panis & uinum fiũt uera caro & ſanguis Domini. h.d.*

Veritas[k] eſt carnis, & ſanguinis: ſicut enim ante cõſecrationẽ panis eſt & vinum, quod natura formauit: ita etiam poſt cõſecrationem vera Chriſti eſt caro & ſanguis, quem benedictio conſecrauit[l].

k cap. cum Marthæ. §. diſtinguendum. extra. de celebra. miſſa. extr. d. gloſ.
l can nos autem. de conſecr. diſt. 2.

*Virtus ſacramenti eſt charitas, & unitas. h.d.*

Virtus eſt charitatis, & vnitatis[m]: nam veluti ex multis granis vnus fit panis, & ex mul-

m uide in præced. §§.

tis racemis vnum vinum, ita & nos per hoc charitatis ſacramẽtum Chriſto incorporati, vnũ euadimus.

*Ponit, quomodo & quando tria, quibus cõſtat ſacramentum Altaris, ſint ſacramenta. h.d.*

His igitur repetitis apparet[a], primum quidem ſacramentum eſſe non rem, ſecundum & rem eſſe ſimul & ſacramentum, tertium verò rem eſſe ſed non ſacramentum. Sed primũ quidem ſacramentum eſt geminæ rei, ſecundum eſt ſacramentum vnius & alterius res, tertium verò res eſt gemini ſacramenti.

a *cap. cùm Marthæ. §. diſtinguẽdum. extra. de celebra. miſſa.*

## DE EXTREMA vnctione,

### TITVLVS VII.

*Extrema unctio ſolet exhiberi ijs, de quorũ morte dubitatur, & duplex unctio, exterior & interior & interiorem exterior deſignat. h.d.*

HActenus loquuti fuimus de his ſacramentis, quæ ad ingreſſum, & ad progreſſum in Eccleſia comparata ſunt: conſequẽs nunc eſt, vt de ijs videamus, quæ ꝓpter egreſſum ab Eccleſia ſunt conſtituta. Sciendum eſt igitur grauiter ægrotantibus, & de quorũ morte probabiliter timeri poteſt, certas corporis partes ſanctificato oleo à presbyteris ex inſtitutione diuina invngi debere: quæ quidem inunctio, nõ minùs interiùs animæ, quàm exteriùs corporis ſanitatem operatur. Sunt [b] enim vnctionis duæ ſpecies, Exterior quæ materialis & viſibilis, & interior quæ ſpiritualis eſt & inuiſibilis. Exteriore viſibiliter inungitur corpus, Interiore inuiſibiliter cor inungitur. Hæc, quòd in extremitate vitæ conſtitutis exhiberi conſueuit, meritò extremæ vnctionis nomen eſt ſortita.

b *cap. 1. §. ſcire te. extra. de ſacra unctione.*

*Magis dignum trahit ad ſe minùs dignum. h.d.*

Sanctificatum autem oleum hoc loco accipimus, non modò, quod ipſum totum conſecratum eſt, ſed etiam quod eſt conſecrato admixtum[c]. Poſtquam hucuſque de ijs ſacramẽtis, q̃ quoquo modo neceſsitatis ſunt, tractatum habuimus: reliquum nunc eſt, vt de ijs loquamur, quæ dignitatis ſunt & voluntatis.

c *gloſ. ſi. cap. quod in dubijs. extr. de conſecrat. Eccleſi.*

## DE SACRAMENTO ordinis,

### TITVLVS VIII.

*Quid ſit ordo. h.d.*

VOluntatis ſacramẽta ſunt (vt paulò antè expoſuimus) Ordo ſacer, & Matrimonium. Eſt autem ordo, nihil aliud, q̃ ſignaculũ quoddam Eccleſiæ, per quod ſpiritualis pote-

poteſtas traditur ordinato: de cuius ſpeciebus, differentijs, & gradibus, ſatis videtur ſuperiore libro dictum eſſe. Vnde ſolùm nunc reſtat, vt ad matrimonij materiam orationem vertamus.

## DE SACRAMENTO matrimonij,

### TITVLVS IX.

*Quid ſit matrimonium. h.d*

MAtrimonium [a] eſt viri & mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem continens, cum diuini & humani iuris communicatione.

a in ſum. 27. q. 2. §. ſanè. cap. illud. extra. de præſump.

*Matrimonium præcedit alia ſacramenta, ratione loci in quo inſtitutũ eſt, tẽporis, amplitudinis, & myſterij. h. d.*

Et meritò inter alia ſacramẽta Matrimonium quoque annumerari meruit, cùm cæteris loci, temporis, amplitudinis, & myſterij ratione etiam præcellat. Siquidem ab orbis primordio in Paradiſo à Deo ipſo inſtitutum eſt, vt eſſet omnibus etiam infidelibus commune, quod in alijs minimè cõtingit. His illud quoq; accedit [b], quòd animorũ conſenſus & corporũ commixtio, quæ in matrimonio intercedunt, primum quidem charitatem ſignificat, quæ conſiſtit in ſpiritu inter Deum & iuſtam animam, vel Eccleſiã: alterum verò ſacroſanctum cõiugium deſignat, quod inter Chriſtum & Eccleſiam per incarnationis myſterium eſt contractum.

b cap. debitum. extra. de bigamis.

*Bona matrimonij ſunt ſacramentum, fides, proles, & fornicationis remedium. h.d.*

Conſequũtur & inde prẹter ſacramentum, & alia bona: vtpurà [c], fides, & proles, & quòd humana infirmitas in ruinam turpitudinis prona, honeſtate excepta coniugij, minimè lẹditur. Initiatur autem matrimonium ſponſione, conſenſu ratificatur, & copula conſumatur: de quibus ſingulis diſtinctiùs diſpiciamus.

c can. omne. 27. q. 2.

## DE SPONSALIBVS,

### TITVLVS X.

*Quid ſint ſponſalia, & unde dicãtur. h. d.*

SPonſalia [d] ſunt futurarũ nuptiarum mentio, & repromiſsio: & dicta ſunt à ſpondendo, quòd per ea ſibi inuicẽ ſe futuros coniuges viri & mulieres ſpondent.

d can. noſtrates. 30. q. 5. gloſ. 1. cap. licet. extra. de tranſ. epiſcop.

*Sponſalia contrahuntur re, uerbis, literis, et conſenſu. h. d.*

Contrahuntur autem ſponſalia varijs modis: vtputà, re, verbis, literis, & conſenſu. Re cõtrahuntur per nudã ſubarrhationem, vel anuli immiſsionem. Verbis, vt ſi inter virum & mulierem ꝑmiſsio ſuper futuro matrimonio interceſſerit, veluti altero alteri vice mutua dicẽte: *Ego* [e] *te accipiam in meum maritũ: &, ego te in meam uxorem*, ſiue in hunc ſenſum verba ſimilia protule-

e cap. pen. extra. eod.

rint. Literis, vt cũ abſentes inter ſe de futuris nuptijs per epiſtolã paciſcuntur: quod ipſum & per nuncium, vel procuratorem fieri poterit.

*Procurator ad contrahendum matrimoniũ, non poteſt ſubſtituere, niſi hoc habeat in mandatis. h. d.*

a cap. fin. de procur. in 6.

Procurator [a] tamẽ ad hoc ſpecialiter conſtitutus, ob magnũ, quod ex facto tam arduo poſſet periculũ imminere, aliũ ſubſtituere nõ poterit, niſi hoc ei ſpecialiter commiſſum fuerit.

*Si duo impuberes, quorum prudẽtia nõ ſupplet ætatem, & qui pubertati non ſint proximi, uel etiam alter tantùm ſit impubes, per uerba de præſenti matrimonium contraxerint: talis contractus reſoluatur in ſponſalia de futuro: & ex eo inducitur iuſtitia publicæ honeſtatis. h. d.*

b cap. 1. §. idem. de deſponſat. impub. in 6.

Conſenſu [b] contrahũtur ſponſalia: vt cùm pubes & impubes, vel duo impuberes, nõ proximi pubertati, & in quibus ætatem prudentia nõ ſupplet, matrimonium per verba cõtraxerint de præſenti. Licet enim verba in præſens matrimonium ſonent, iuris tamen interpretatione in ſponſalia de futuro reſoluũtur. Quo caſu dicta ſponſalia, licet contrahentes matrimonium celebrare intenderent, coniugiũ, quod ab initio ætate impediente, vt matrimonium nõ tenuit, per aduentum pubertatis minimè conualeſcit, niſi per carnis copulam ſubſequutam, vel aliũ modum cõtrahentes cum eiuſdem perſeuerantia voluntatis, ad pubertatis tempora perueniſſe euidenter conſtiterit: per dictum tamen contractum, qui valuit vt potuit, non ſicvti agebatur, publicæ honeſtatis iuſtitia cenſetur inducta.

*In re denominanda potiùs effectum attendimus, quàm modum. h. d.*

Et ideo hoc caſu conſenſu cõtracta ſpõſalitia dicimus: quia, ſi verba ſpectes, non ſponſalia, ſed ipſum matrimonium cõtractum videri poterit. Cenſuerũt autem iura eos, qui, cùm nõ poſſent, coniugiũ de facto contraxerunt, voluiſſe etiã in caſu quo poſſent, contrahere: ideoq; ſaltem, vt ſponſalia, valere conuẽtionem.

*Sponſalia contrahuntur tripliciter, purè, in diem, & ſub conditione: & qui contraxerunt ſponſalia purè, compellendi ſunt etiam matrimonium contrahere: & conſanguinei contrahentium non debent cum ipſis contrahentibus contrahere. h. d.*

Rurſus contrahuntur ſponſalia, aut purè, aut adiecta die, aut ſub conditione. Purè [c], vt cùm vir & mulier ſe inuicem futuros coniuges pollicentur. Et hoc caſu nullus conſanguineorum aliquo pacto alterum ex cõtrahentibus matrimonio ſibi copulare poterit: imò qui cõtraxerũt, vt ſe inuicẽ recipiant, & mutua cõiugali affectione pertractent, moneri, & niſi rationabilis cauſa obſiſtet, Eccleſiaſtica cenſura compelli poterunt.

c cap. 2. & cap. ex litteris. el 2. ext. eod. tit.

Si

*Si per contrahentem ſponſalia in diem, non ſtetit quò minùs matrimonium contraheret intra terminum, cum alia poſtmodum matrimonium contrahere poterit. h.d.*

Dies adijcitur ſponſalibus, cùm quis intra certũ temporis ſpatium aliquam ſe ducturum in vxorem conuenit: in qua ſpecie, ſi per eum non ſteterit, quò minùs intra præfixum terminũ cum eadem matrimonium contraheret, liberè ad nuptias alterius tranſire poterit.

*Sponſalia contracta ſub conditione, euaneſcunt conditione deficiente, niſi ab ea receſſum fuerit. h. d.*

Sub conditione celebrantur ſponſalia, cùm quis, ſi quid fiet vel contigerit, nuptias ſe cõtracturum pollicetur: veluti ſi dictum fuerit, *Ego*[a] *te in uxorem accipiam, ſi centum mihi dederis: aut, ſi pater meus conſenſerit:* quibus cõditionibus deficientibus, ad matrimonium quis compelli non poterit, niſi conſenſus de præſenti, aut carnalis ſit inter eos commixtio ſubſequuta, cùm his caſib. à cõditionibus receſſum videatur.

a *cap. de illis. & cap per tuas. extra. de conditio. appo.*

*Turpes conditiones adiectæ ſponſalibus uel matrimonio non uitiant, ſed uitiantur: niſi ſint contra ſubſtantiam & naturam coniugij. h.d.*

Hoc tamen de his conditionibus intelligere nos oportet, quæ honeſtę ſunt, & Canonicis inſtitutis non contrariæ: nam ſi turpes ſint, aut impoſsibiles, ob fauorẽ matrimonij debent pro non adiectis cenſeri: ſi tamẽ nõ ſolùm turpes ſint, ſed etiam cõtra ſubſtantiam, vel naturã coniugij: putà, ſi alter dicat alteri:[b] *Tecum contraho ſi generationem prolis euitaueris, uel donec aliam honore uel facultatib. digniorem inueniam, aut ſi pro quæſtu adulterandam te tradideris:* matrimonialis cõtractus, quantumcunque ſit fauorabilis, omni carebit effectu.

b *c. ſi. extr. de conditio. ap po.*

*Minores ſeptennio non poſſunt ſponſalia contrahere, & contracta lapſu temporis non conualeſcunt, niſi noua uoluntas acceſſerit, aut nixus copulæ interuenerit. h. d.*

Non tamen omnibus, cuiuſcunq; ſint ætatis, licet ſponſalia contrahere: nam inter minores ſeptennio [c] celebrata, nullius roboris efficaciam ſortiuntur: ideoq; ſi infantes, vel vnus maior ſeptennio [d], alter minor, ſpõſalia contraxerint ipſi, vel parẽtes pro eis, niſi per cohabitationem eorum mutuam, ſiue aliàs verbo, vel facto eoſdem in eadẽ voluntate factos maiores perdurare liquidò appareat, ſponſalia huiuſmodi, quæ ab initio nulla erant, per lapſum dicti tẽporis minimè conualeſcunt: & ideò cùm ſint nulla, ratione defectus conſenſus, publicæ honeſtatis iuſtitiam non inducunt. Si tamen cum ea, quam nondũ ſeptennem domum quis traduxerit, copulæ nixus interceſſerit, aliud ſtatuendum erit.

c *cap. acceſſit. extra. de deſpo. imp.*

d *ca. 1. in pri. de deſponſat. impub. in 6.*

*Qui contraxerunt ſponſalia, debent compelli ad matrimonium, niſi aliquid triſte timeatur. h.d.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Initiatum igitur ſponſalibus matrimonium fide conſenſus ratificari debet. Quòdſi qui de contrahendo matrimonio fidẽ ſibi dederunt[a], ſe inuicẽ admittere omnino noluerint: inſtar eorum, qui ſocietatem interpoſitione fidei contrahunt, & poſtea eandem ſibi remittunt, diſſolutio tolerari poterit: cùm coactiones difficiles ſoleant exitus frequenter habere.

a cap.2. ext. eod.

*Non ſunt audiendi impuberes uolentes diſſoluere ſponſalia, ſed expectandum tempus pubertatis. h.d.*

De[b] illis, qui infra annos aptos matrimonio ſponſalia cõtrahunt, quæri poterit: & ſanè, ſiue vterq;, ſiue alter reclamet, & antequã ad annos matrimonijs aptos peruenerint, ſeparari poſtulent, non ſunt audiendi: ſi verò alteruter iſtorũ ad pubertatis annos peruenerit, infra eoſdem annos altero exiſtente, cùm ſponſalia contraherentur, ſi is, q minoris eſt ætatis, ad pubertatis annos perueniens reclamauerit, nec in alterum conſentire voluerit, iudicio Eccleſiæ ſeparari poterunt.

b cap. de illis. extr. de deſpõſa. im pub.

*Mulier uiripotens contrahens cum impubere, non poteſt reſilire, ſed impubes factus pubes poteſt h d.*

Mulier[c] quoque, quę nubiles annos attingẽs, ei qui nondum matrimonio erat aptus, nupſit, cùm in eum ſemel conſenſerit, amplius diſſentire non poterit, niſi ipſe, cui nupſit, poſtquã ad legitimam ætatem peruenerit, in eam ſuum negauerit præſtare conſenſum.

c cap. de illis. §. mulier. extr. de deſponſa. impub.

*Contrahens ſponſalia cum impubere coactè, non tenetur expectare impuberem. h.d.*

Hæc tamen de his dicta intelliguntur, quę ſpontè cum minoribus ſponſalia contraxerint. Si qua enim non tam ſponte ſua, quàm à parentibus coacta, cum impubere contraxerit, & domũ traducta fuerit, licet aliquando ibi inuita permanſerit, ſi puerũ vſq; ad annum decimumquartum minimè expectandum duxerit, ei alium ſibi virum accipiendi libera concedenda facultas erit.

*Sponſalia contracta à parentibus, non tenent, niſi filij aſſentiant & ratificent. h.d.*

Non abſimile eſt[d], quod de ſponſalibus, quæ parentes pro filijs puberibus frequenter contrahunt, ſtatuitur: nam ſi quidẽ ipſi filij expreſsè conſenſerint, vel tacitè, vt ſi præſentes fuerint, nec contradixerint, obligãtur: & ex eis oritur publicæ honeſtatis iuſtitia. Idem etiã obtinet, ſi filij tempore ſponſaliorum abſentes, & etiam ignorantes eadem ſponſalia pòſt ſcientes, & prudentes ratificauerunt tacitè, vel expreſsè: aliàs ex ſpõſalibus contractis à parentibus pro filijs, nec ipſi obligãtur, nec publicæ honeſtatis iuſtitia inde exoritur.

d cap. 1. §. ſi. de deſponſa. impub. in 6.

*Sponſalia diſſoluuntur ipſo iure, quando nõ habetur ratio uoluntatis contrahentium. h.d.*

Diſ-

Diſſoluuntur ſponſalia, aut ipſo iure, aut facto hominis. Ipſo iure tunc dicuntur ſponſalia diſſolui, vt cùm nulla habita ratione voluntatis & conſenſus partium, ex certa ſuperueniente cauſa diſtrahuntur: vt ex contractu matrimonij, ſacrorũ ordinum ſuſceptione, religionis ingreſſu, cognationis interuentu.

*Matrimonium per uerba de præſenti contractum, tollit ſponſalia præcedentia, & iuramento firmata: ſed matrimonium contractum per uerba de præſenti, non irritatur etiam ſequuta copula. h. d.*

Si quis igitur eã, quæ tibi deſponſata fuerat, per verba ſibi iunxerit de præſenti, etiamſi inter te & ipſam ſpõſalia iuramẽto firmata extitiſſent, dum tamen copula non interuenerit, nihilo minùs per ſecundũ matrimonium, etiam te inuito, tolluntur: licet fidem frangentib. ſalutaris ſit iniungenda pœnitentia: quanquam, ſi priùs per verba contraxiſſes de præſenti, ita firmum maneret matrimonium, vt per ſecundum, etiam ſecuta copula, tolli non poſsit. Nec enim vt pactionis fidem interdum frangi iura ſuſtinent, ita etiam fidem conſenſus aboleri permittunt.

*Per ſuſceptionem ſacrorum ordinum, & ingreſſum monaſterij diſſoluuntur ſponſalia. hoc dicit.*

Item ex contrario, Si quis ſacris ordinibus fuerit inſignitus, aut religionẽ fuerit ingreſſus, pari ratione ſoluuntur ſponſalia. Conſultiùs tamen egerit, q[a] certam mulierem ſe ducturum in vxorem fortè iureiurando firmauerit, ſi anteà contrahendo iuſiurandum ſeruauerit, poſteàque nulla ſubſequente carnali copula religionẽ ingrediatur.

a *cap. 2. ext. de cõuer. cõiuga.*

*Affinitas ſuperueniens dirimit ſponſalia de futuro. h. d.*

Item ſi inter ſponſum & ſpõſam affinitas ſuperueniat: vtputà, ſi ſponſum[b] propinquã ſponſæ cognouiſſe, aut manifeſtum ſit, aut de hoc ſit publicè diffamatus, aut ſpiritualis inter eos cognatio interceſſerit: diſſoluentur inter eos ſponſalia, nec ad matrimonium perueniri poterit.

b *cap. 2. ext. de conſang. & affini.*

*Ponit, quomodo facto hominis ſponſalia diſſoluantur. h. d.*

Facto hominis diſſoluuntur ſponſalia, vel contrario vtriuſq; contrahentis cõſenſu, vel cùm legitima emergente cauſa, diſſolutio alterius tantùm voluntati permittitur: veluti, ex fornicatione[c], abſentia, membrorum amiſsione, incurabilis morbi interuentu.

c *can. 2. 32. q. 1. can. apoſtolus. et can. omnes. 32. q. 7. capit. diſcretionem. ext. de eo qui cogno. cõſang.*

*Sponſalia diſſoluuntur contrario conſenſu, nec pœnæ appoſitio ſponſalibus appoſita, aliquid operatur. h. d.*

Si contrahẽtes igitur, vel ſeſe inuicem liberent, vel impubes contrahens adueniente puber-

tate, ratum nolit habere matrimonium, diſſoluentur ſponſalia: nec aliquid proderit, quod ſub certa pœna contracta fuerint: cùm enim libera matrimonia [a] eſſe deceat, pœnarum inanis omnis eſt adiectio.

a ca. gemina. §. cùm itaque. extra. eod. tit.

*Ob fornicationem poſt ſponſalia etiam iuramento firmata commiſſa, poteſt quis licitè reſilire & id quod coniunctos diſiungit, multò magis impedit coniungendos. h. d.*

Vnius quoq; tantùm diſſenſu etiam iurati ſoluuntur interdũ ſponſalia, veluti [b] ſiquis aliquã ſe in vxorem ducturum iurauerit, & ea poſtmodum fornicata fuerit: nam licet eidem fornicationem non poſſit opponere præcedentem, ob ſubſequentẽ tamen poterit eãdem in coniugem non ducere: quia illi iuramento talis ineſt conditio, ſi illa contra regulam deſponſationis non venerit: alioqui ſi poſt huiuſmodi iuramentum publica meretrix fieret, teneretur eã in vxorẽ ducere: quod eſt prorſus abſurdum. Nam ſi poſt contractum coniugium, vir propter fornicationem licitè poteſt à ſua cohabitatione recedere: longè fortiùs ante coniugium celebratum ſponſus ſponſam poterit non admittere.

b cap. quemadmodum. extra. de iureiuran.

*Carnalis, & ſpiritualis fornicatio æquipantur. h. d.*

Idem erit, ſi ſponſus, vel ſponſa idololatrando, vel hæreſim ſequendo in ſpiritualem fornicationem inciderit.

*Si ſponſi conferant ſe ad remotas regiones, ſponſæ poſſũt ſe ad aliorum nuptias conferre, recepta, ſi peierauerint, pœnitentia. h. d.*

Sed [c] & ſi qui præſtito iuramẽto promittant aliquas ſe mulieres ducturos, poſteaq; illis non cognitis, procul recedentes, ad alias partes ſe transferant, liberum erit mulieribus ad alia migrare vota: recepta tamen de periurio, ſi fortè iuramentum præſtiterint, pœnitentia, ſi per eas ſteterit, quò minùs fuerit matrimonium conſumatum.

c cap. de illis. extra. eod.

*Lepra, uel ſimilis morbus ſpõſalia dirimit, licet non dirimat matrimonium. h. d.*

Item ſi ſponſus, aut ſponſa, leproſus fiat [d], vel leproſa: paralyticus, vel paralytica: aut naſum, vel oculos amittat: aut quid ſibi turpius eueniat: ad conſumãdam maritalem copulam compelli non debent: licet iam contractum matrimonium ſuperueniens lepra, vel alius morbus non dirimat.

d ca. 1. & ſ. extra. de coniugio leproſo.

## DE NVPTIIS, TITVLVS XI.

*Ponit ſubordinationem præſentis Tituli ad præcedentia, & ſequentia. h. d.*

EXpoſuimus hactenus, quid eſſet matrimonium, quáve ratione inter ſacramenta reponatur, admonentes illud initiari ſponſalibus, conſenſu ratificari, & copula conſumari. Sed cùm proximè de ſponſalibus, tan-

UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK PADERBORN

tanquàm de principio tractatũ habuerimus: reliquũ nunc eſt, vt de conſenſu & copula, quib. ſubſtantia & perfectio matrimonij continetur, differamus: quid impediat nuptias contrahi, vel contractas dirimat, cum cæteris quæ tractatui adiacent, recenſentes.

*Nuptiæ conſenſu partium contrahuntur, nec ſufficit conſenſus parentum. h.d.*

Nuptias igitur, ſiue matrimoniũ inter ſe contrahunt, viri puberes, & mulieres viripotentes, ſimulatq; in ſe inuicẽ conſenſerũt. Vbi .n. non eſt vtriuſq; conſenſus, non poteſt eſſe matrimonium: ideoque, ſi ex altera parte pater puellæ tantùm conſenſerit, ex altera, qui ſe cupit maritum fieri, nihil agitur: quanquam honeſtè faciant filij, ſi paternæ voluntati minimè reluctentur.

*Pubertas extimatur non tam annis, quàm corporis habitu: & minores quatuordecim annis non poſſunt contrahere matrimonium, niſi pro bono pacis, & ex neceſsitate. h.d.*

Sed qui ſint puberes, videamus: & quidam [a] ex annis tantùm pubertatem iudicandam aſſerunt, eũ eſſe puberẽ rati, qui quatuordecim annos impleuerit: & viripotentem, quæ duodecim, quamvis tardiſsimè pubeſcant. Præualuit tamen opinio exiſtimantium ex habitu corporis pubertatem debere cẽſeri, atq; eos qui generare poſſint, etiamſi minores annis ſint, in propoſito puberes reputari. Itaq;, ſi malitia ætatem ſuppleat, etiam minores ea ætate coniungi poſſunt. Idem, ſi fortè vrgentiſsima neceſsitas [b] interueniat: vtpote quòd pro bono pacis talium coniunctio ſit tolerãda.

a cap. puberes. extr. de deſpon. impub.

b cap. 2. in fi. extra. de deſpon. impuber.

*Quantum ad Eccleſiam, etiam uerba ſunt neceſſaria ad contrahendum matrimonium, ac muti & ſurdi ſignis nuptias poſſunt contrahere. h.d.*

Licet [c] autem per ſolum legitimum viri & mulieris conſenſum matrimonium contrahatur, attamen quantum ad Eccleſiam, verba præſentem conſenſum exprimentia ſunt neceſſaria, ſi contrahentes loqui potuerunt. Muti verò & ſurdi [d], qui loqui non poſſunt & exaudire, ſi cõtrahere velint, & quod verbis oſtẽdere nequiuerint, ſignis declarauerint, procul dubio legitimas nuptias contrahent.

c cap. tuæ fraternitatis. extr. de ſpon.

d cap. cùm apud. extr. de ſpon.

*Ponit quaſdã uerborum conceptiones aptas ad matrimonium contrahendum. h.d.*

Verba autẽ ad hoc apta ſunt: verbi gratia [e], *Ego te in meam uxorem accipio*: &, *ego te accipio in meum maritum*: vel, *promitto quòd te ab hoc tempore pro coniuge tenebo, & tibi ſicuti uxori meæ fidem ſeruabo*: & contrà, *Promitto me te pro marito habituram, & tibi tãquam uiro proprio fidem ſeruaturam*: vel ſimilia conſenſum de præſenti exprimentia.

e cap. ex parte. extra. de ſpon.

*Verba prolata in contrahendo matrimonio ſunt accipienda ſecundum communem intelligentiam. h.d.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Inde quæritur, ſi alter coniugũ ita loquutus fuerit[a], vt, quod propoſitum eſt, altera pars nõn intellexiſſe ſe affirmet, quid agendum ſit, ſi tali prætextu cauſæ diſsidij quærãtur? in qua ſpecie, ſi matrimonium contracturi iudicio & ætate ſint idonei, ſi alter, quod alter propoſuit, non intellexerit, ſtatutum eſt, ad cõmunem verbi intelligentiã eſſe recurrendum, cogendiq; erunt ambo verba prolata in eum ſenſum accipere, quem ſolent rectè intelligentibus generare.

a cap. ex literis. el 1. extra. de ſponſ.

*Serui poſſunt etiam inuitis dominis cõtrahere matrimonium, dum tamen dominos non fraudent debitis obſequijs. h. d.*

Illud quoque explorati iuris eſt, quòd matrimonia inter ſe contrahunt, nõ ſolùm liberi homines, verùm etiam ſerui[b]. Sicut enim neque liber, neque ſeruus eſt ab alijs ſacramentis Eccleſiæ remouendus, ita nec inter ſeruos matrimonia prohiberi debent: ideoq;, quanquã contradicentibus dominis & inuitis contracta fuerint, nulla ratione propterea ſunt diſſoluenda. Serui tamen, qui contraxerint, proprios dominos debitis & conſuetis obſequijs minimè fraudare debent.

b cap. 1. ext. de coniug. ſeruo.

*Si unus coniugum comperiatur poſt cõtractum matrimonium ſeruilis conditionis, poteſt diſſolui matrimonium, niſi poſt talem cognitionem fuerit renouatus conſenſus, uel ſequuta copula. Et, liberi ſunt ex libero uentre nati, niſi aliud inducat lex, & mos regionis. h. d.*

Si quis tamen[c], vel ſi qua inſciens eum, vel eam ſũpſerit in coniugem, quẽ vel quam poſteà ſeruilis compertum ſit eſſe conditionis, nec poſt diem veræ cognitionis habitę ſe inuicẽ cognouerint, aut aliter facto inuicem in ſe conſenſerint, ita ſeparari poterunt, vt vtrique libera cum alijs contrahendi facultas non denegetur. Liberi autem ſunt, qui ſunt ex libero ventre nati, niſi quis patris cõditionem ſecundum leges & conſuetudinem prouinciæ, ſequatur.

c cap. 2. & fin. extr. de cõiug. ſeru.

*Error in perſona impedit matrimonium. hoc dicit.*

Multò magis matrimonium inualidatur, cùm quis in perſona errauerit: vtputa, ſi exiſtimãs ſe cum Gemma cõtrahere, cum Berta contrahat.

*Si alter contrahentium utitur uerbis dubijs animo decipiendi mulierem, & eam poſtmodũ carnaliter cognoſcit, iudicatur pro matrimonio in foro iudiciali, ſecus in pœnitentiali. h. d.*

De eo quæſitum eſt, qui cùm non aliter mulierem, vt ſibi carnaliter commiſceretur, perducere poſſet, quàm ſi eandem deſponſaſſet, proprium mentitus nomen, illam per hęc verba deſponſauit[d]: *Te Ioannes deſponſat*, an quia vir illo nomine non vocaretur, nec vllum nubendi haberet propoſitum, ſed copulã tantùm carnalem exequendi, inter prædictos matrimonium ſit celebratum, cùm tamen mulier in virum

d capit. tuanos. ext de ſponſ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

virum conſenſerit? Et reſponſum eſt, nó debere ex iſto facto coniugium iudicari, cùm in eo nec ſubſtantia coniugalis contractus, nec forma contrahendi cóiugium inueniri valeat: quoniam ex altera parte ſolummodò dolus adfuit, conſenſus omninò defuit: ſine quo cætera fœdus coniugale perficere nequeunt. Sed donec expreſsè non appareat, quòd is, qui mulieré deſponſauit in propria perſona, ſub nomine tamen alieno, quo vocari tunc ſe finxit, diſſenſit, interim erit pro matrimonio præſumendum.

## QVÆ MATRIMONIVM impedire poſſunt,

### TITVLVS XII.

*Error perſonæ, & conditionis impedit matrimonium, non autem qualitatis & fortunæ. hoc dicit.*

ERgo nó omnis error matrimonium impedit: nam ſi qs corruptam in vxorem accipit, quam virginem arbitratur: vel, qui accipit meretricé, quá putat eſſe caſtam: vterque quidem errat, neutro tamen caſu ob errorem matrimonium infringitur.

*Ei qui ſcienter ducit in uxorem publicã meretricem, peccata remittuntur. h. d.*

Quin potiùs qui ſcientes & prudétes, mulieres publicas de lupanari extraxerint[a], & in vxores duxerint, quod agent, in remiſsioné proficiet peccatorũ: cùm inter opera charitatis non minimum ſit, errantem ab erroris ſemita reuocare.

a *capit. inter opera. ext. de ſponſal.*

*Qualis ſit error perſonæ, conditionis, fortunæ, & qualitatis. h. d.*

Solùm igitur perſonæ, & códitionis error obſtat matrimonio: qualitatis verò, & fortunæ non obſtat. Eſt autem error perſonæ, cùm hic, qui eſt Ioannes, Paulus putatur. Conditionis, cùm is, qui ſeruus eſt, liber creditur. Fortunæ, vt cùm is, qui pauper eſt, diues exiſtimatur, vel contrá. Qualitatis, cùm is reputatur bonus, qui tamen eſt malus. Sunt & alij plures modi, quibus matrimonia impediuntur: vtputà, códitio appoſita & nõ impleta, ſecundũ ea, quæ ſuprà diximus de ſponſalibus.

*Sacer ordo, & uotũ ſolenne impediũt matrimonium contrahendum, & contractũ dirimunt: uotum autem ſimplex ſolùm impedit cõtrahendum, & pro uoto ſimplici fracto imponenda eſt pœnitentia. h. d.*

Item voti[b] ſolennis emiſsio, & ſacri ordinis ſuſceptio, tá matrimonium impedit contrahendum, quàm poſtea contractũ dirimit. Secus verò ſtatuitur in voto ſimplici: quanquam enim contrahendum impediat, non tamen cõtractum diſſoluit. Sic & religionis habitus ſine profeſsione ſuſceptus, ne contrahãtur, impedit, ſed iam contractas nuptias nequaquã tollit. Huic

b *cap. 1. et 2. & per totũ tit. extra. qui cleri. uel uoue. matri. cõtra. poſſ.*

tamen, qui nubẽdo votum ſimplex fecit irritum, quanto illud manifeſtiùs emiſerit, tanto propter plurium ſcãdalum erit durior imponenda pœnitentia.

*Chriſtiani non debent nubere infidelibus & ſi nubant, ſunt excommunicandi. h. d.*

Cultus quoq; diſparitas matrimonium, & contrahendum impedit, & contractum interdũ dirimit: ſiquis[a] enim Iudęæ coniugali ſocietate iũgi voluerit, ſiue Chriſtiana Iudæo, vel aliàs infideli, ſiue Iudęa, vel aliàs infidelis Chriſtiano carnali conſortio miſceatur, quicunq; eorũ id commiſiſſe deprehenditur, à Chriſtiano cœtu & Eccleſiæ cõmunione protinus ſegregandus erit.

a *can. ſi quis Iudaicæ. 28. q. 1.*

*Si unus infidelium coniugum conuertatur ad fidem, & alter nolit ſibi cohabitare, uel non ſine peccato mortali: ſoluitur coniugium, & conuerſus cum alia contrahere poterit, & proles communis conuerſo aſſignabitur. h. d.*

Item[b] ſi alter infidelium coniugum ad fidem Catholicã conuertatur, & alter, q in infidelitate remanſit, vel nullo pacto, vel non ſine blaſphemia diuini nominis, vel vt Catholicum ad mortale peccatum protrahat, ei cohabitare voluerit, conuerſus, quaſi priore matrimonio diſſoluto, licitè ad ſecunda vota conuolare poterit, & cõmunis proles ipſi conuerſo aſſignabitur.

b *ca. quanto. §. ſi enim alter. extr. de diuort.*

*Si alter infidelium coniugum conuertatur & antequã alij legitimè cõiunctus fuerit, alius quoq; cõuertatur, debẽt ſe inuicẽ recipere. h. d.*

Quòd ſi conuerſum[c] ad fidẽ & vxor cõuerſa ſequatũr, antequam propter cauſas prædictas legitimam maritus ducat vxorem, eam recipere compelletur: nec quicquam conuerſo ꝓderit, quòd iam ſecundum[d] ritũ ſuũ eandem repudiauerit, cùm repudium ipſum veritas Euangelica repudiauerit: ſed nec fornicationẽ dimiſſor dimiſſæ poterit obijcere, propterea quòd alij poſt repudium nupſerit, niſi aliàs fornicata fuerit.

c *cap. gaudemus. §. quòd ſi conuerſum. ext. de diuort.*

d *d. cap. gaudemus. §. qui autem. de diuor.*

*Si paganus priùs plures uxores habeat, poſt fidem ſuſceptam adhærebit primæ. h. d.*

Quia verò[e] pagani in plures ſimul fœminas affectum coniugalem diuidunt, vtrùm poſt cõuerſionem omnes, vel quam ex omnibus conuerſus retinere valeat, non immeritò dubitari poterit. Et cùm nulli vnquam licuerit plures habere ſimul vxores, niſi cui diuina fuit reuelatione cõceſſum, nec cuiquam vxore etiam ob fornicationem dimiſſa, aliã liceat ſuperinducere, euidẽter apparet, pluralitatem in vtroq; ſexu (cùm inter coniuges ſeruanda ſit æqualitas) circa matrimonium reprobãdam, & de pluribus primam tantùm retinendam.

e *d. cap. gaudemus. §. quia uerò. extra. de diuort.*

*Matrimonium non ſoluitur altero coniugũ fidelium in hæreſim lapſo. h. d.*

Alia ſanè cauſa eſt eorum cõiugum[f], quorum alter, vel in hęreſim labitur, vel ad infidelium tran-

f *cap. quanto. §. ſi uerò. de diuorti.*

tranſit errorem: neq; enim hoc caſu, qui relinquitur, ad ſecundas nuptias deſcēdere poterit. Nam etſi matrimonium verum inter infideles ſit, non tamē eſt ratum: inter fideles autem, & verum & ratum exiſtit, quia ſacramentum fidei, quod ſemel eſt admiſſum, nunquam amittitur, ſed ratum efficit coniugij ſacramentum, vt ipſum in coniugibus, ipſo durante, perduret.

*Per dationem inſtantiæ ſoluitur argumentum. h. d.*

a d. cap. quanto. §. nec obſtat. ext. de diuort.

Nec [a] refert, quod à quibuſdā forſan obijci poſſet, quòd fidelis relictus non debeat iure ſuo ſine culpa priuari, cùm idē multis caſibus contingat, vt ſi alter coniugum incidatur. Ex hoc quoque quorundam malitię occurritur, qui odio coniugum ſimularent hęreſim, vt poſtmodū nubentibus coniugibus ab ipſa reſilirent. Quinimmò, qui in fide permāſerit, ad eum, qui ab hæreſi vel infidelitate ad Eccleſiam reuertitur, vel inuitus redire cogendus erit, niſi ad religionem tranſire maluerit.

*Coniugiorum aliud eſt legitimum & non ratum, aliud legitimum & ratum, aliud ratum & non legitimum. h. h.*

b can fin. §. item illud. 28. q. 1.

Ex his apparet coniugium [b] aliud eſſe legitimum, & non ratum: aliud legitimum, & ratū: quoddam verò, quod ratū quidem eſt, ſed non legitimū. Legitimum, & non ratum coniugium eſt, quod legali inſtitutione, vel prouinciæ moribus contrahitur: hoc inter infideles ratum non eſt, quia diſſolui poteſt dato libello repudij, lege fori, & non lege poli, quam non ſequuntur. Inter fideles verò ſemper ratum eſt coniugium, cùm coniugia ſemel inter eos contracta nunquam ſolui poſſint. Horum verò quędam ſunt etiam legitima, veluti cùm ſeruatis nuptialibus ritibus, vxor ſponſo traditur. Illorum verò coniugia, qui contemptis legitimis ſolennitatibus, ſolo affectu aliquam ſibi deligunt in coniugem, non legitima, ſed rata tantummodò eſſe creduntur: quanquam enim ſpretis ritibus Eccleſiæ, matrimonium contrahi non debeat, non tamē ob id ſolum ſacramentū coniugij diſſolui debet. Quin potiùs ſi tale matrimoniū fuerit ab Eccleſia poſtmodum comprobatum, filij generati, & legitimi iudicādi erunt, & hæredes: aliqua tamen illis erit imponenda pœnitentia, qui contemptis Eccleſiæ præceptionibus matrimonium contraxerunt.

*Iuſtus metus, niſi purgatus fuerit, impedit matrimonium. h. d.*

Coactio quoq; & iuſtus violētiæ metus matrimonium impediunt. Cùm [c] enim ſolo cōſenſu coniugium contrahatur, plena debet ille ſecuritate gau-

c cap. cùm locum. ext. de ſponſal.

dere, cuius eſt animus indagandus, ne metu impulſus dicat ſibi placere quod odit. Plane[a] quæ inuita probat ſe ſponſalia cõtraxiſſe, ſi comperiatur poſtmodũ ſpontè cognita, ad matrimonij diſſolutioné proclamare & metũ cauſari non poterit.

a ca. inſuper. ext. qui matrim. accuſ. poſſ.

*Furor impedit matrimonium contrahendũ, ſed non dirimit contractum. h. d.*

Furor[b] quoq;, quia conſenſum impedit, nuptias contrahi prohibet: contractas autem nõ dirimit[c].

b capit. dilectus filius. ext. de ſpõſ.

c cano. neque furioſus. 32 q. 7.

*Frigiditas & coeundi impotentia matrimonium impediunt. h. d.*

Item frigiditas[d], & coëundi impotentia legitimũ matrimonijs impedimentum afferunt. Sicut enim puer[e], qui debitum reddere nõ poteſt, nõ eſt aptus coniugio: ſic, qui ita ſunt naturâ impotétes, vt[f] nec ope medicorum ſine mortis periculo iuuari poſsint, apti ad contrahenda matrimonia minimè putantur. Ea igitur, quæ adeò eſt arcta[g], vt mulier fieri & alteri carnaliter commiſceri non poſsit, niſi per inciſioné, ad matrimonium contrahendum non debet idonea iudicari.

d ext. per totũ tit. de frigi. & malef.

e cap. 2. ext. de frigi. & malef.

f cap. ex literis. extr. de frigi. et malefic.

g cap. fraternitatis. ext. d. tit.

*Leproſi poſſunt matrimonium contrahere. h. d.*

Alia eſt cauſa leproſorũ[h]: nam ſi mulierem inuenerint, quæ ſibi velit nubere, vel mulier leproſa virum, liberũ erit illis cõiugali vinculo colligari.

h cap. 2. ext. de cõiug. lepros.

*Publicæ honeſtatis iuſtitia impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit. h. d.*

Publicæ[i] quoque honeſtatis Iuſtitia, tam matrimonium contrahendum impedit, quàm contractum irritat. Eſt autem publicæ honeſtatis Iuſtitia, quæ ex legitimis ſponſalibus oritur mulieris, quæ illi coniuncta eſt, cum qua nunc vir matrimoniũ contrahere deſiderat: vt, ecce cum Berta ſponſalia contraxi, volo nunc cum Gemma, quæ Bertæ cognationis vinculo eſt coniuncta, matrimonium contrahere: publica honeſtate impedior. Inhoneſtũ enim ac turpiſsimi viſum eſt exempli, vt ei quis nubere valeat, cuius coniũctam ſponſalia frangendo deceperit, ne in eandem eius nubendo coniunctæ, quaſi iniuriam cumulet.

i cap. referẽte. ext. qui filij ſint legiti. cap. iuuenis. & ſeq. ext. de ſponſali.

*Sponſalia pura, & certa ex conſenſu ualida, licet aliàs nulla, inducunt publicæ honeſtatis iuſtitiam, quæ ſequentia ſponſalia dirimit, non præterita. h. d.*

Vſqueadeò autem ex puris et certis ſponſalibus[k] impedimẽtum iuſtitiæ publicę honeſtatis exoritur, vt etiãſi illa conſanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, religionis, aut alia quavis ratione nulla ſint, dum tamẽ nõ ſint nulla ex defectu cõſenſus, nihilominus & impedire, & dirimere ſequẽtia ſponſalia, vel matrimonia dignoſcãtur, licet ꝑcedẽtia

k cap. 1. de ſpõſa. in 6

tia diſſoluere non valeant. Quare, qui ſponſalia purè, ac determinatè cum aliqua muliere cõtraxit, & poſtmodum cum ſecunda prioris conſanguinea idem fecit, ex priorũ ſponſaliorum vigore ad matrimonium contrahendum, cum prima remanet obligatus.

*Filij nati ex matrimonio, cui obſiſtit publicæ honeſtatis iuſtitia, non ſuccedunt patri ſciẽter contrahenti. h. d.*

Filij quoq; nati ex matrimonio, quod publicæ honeſtatis Iuſticia [a] impediente contractũ fuit, cùm nec Eccleſiæ permiſſionem, nec patris allegare poſſint ignorantiam, ad ſucceſsionem bonorum paternorum minimè admittentur.

a *cap. referente. extra. qui filij ſint legitimi.*

## DE TRIPLICI cognatione,

### TITVLVS XIII.

*Cognatio eſt triplex, ſpiritualis, legalis, & naturalis: & ſpiritualis cognatio impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit. h. d.*

MVltò magis cognatio matrimonio interdum eſt impedimento. Eſt autẽ cognatio triplex, ſpiritualis, legalis, & naturalis. Spiritualis [b] cognatio eſt, attinentia quædã proueniens ex ſacramenti collatione, vel ad ſacramentum detentione. Non ſolùm igitur [c] inter baptizantem, & illum qui eum de baptiſmo ſuſcepit, itẽ inter baptizatum & ſuſcipientis filios, & vxorem ante ſuſceptionem à ſuſcipiente carnaliter cognitam: verùm etiam inter ſuſcipientem, parenteſq; baptizati, cognatio ſpiritualis cõtrahitur, quę & contrahendum matrimonium impedit, & dirimit poſtea contractum. Et quæ de ſuſcipiente dicta ſunt, eadem etiã de baptizante ſunt intelligenda.

b *gloſ. in uer. ſpiritualis. cap. 1. de cogna. ſpiri. in 6.*

c *d. cap. 1. de cognat. ſpir. in 6.*

*Excepto baptiſmate, & confirmatione, nõ oritur ex ſacramentis cognatio impeditiua matrimonij. h. d.*

Eiſdem modis ex confirmatione [d] ſpiritualis cognatio cõtrahitur, matrimonia ſimiliter impediens contrahenda, & poſtea contracta dirimens. Ex datione verò aliorum ſacramẽtorum cognatio ſpiritualis nequaquam oritur, quæ matrimonium impediat, vel diſſoluat.

d *cap. 1. §. fin. de cognat. ſpirit. in 6.*

*Cognatio ſpiritualis per Catechiſmum cõtracta, impedit matrimonium contrahendum, ſed non dirimit contractum. h. d.*

Per Catechiſmum [e] an ſpiritualis cognatio contrahatur, dubitatum eſt: & conſtitutum eſt, contrahi quidem illam, ſed non tantam: licet enim ex ea cõtrahendum matrimonium impediatur, poſt eam tamen contractum minimè diſſoluetur.

e *cap. 2. de cognat. ſpirit in 6.*

*Spiritualis cognatio non dirimit matrimonium antea contractum. h. d.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a cap.2. ext. de cognati. ſpirit.

Diximus autem huiuſmodi cognationem matrimonia contracta dirimere, non ſimpliciter, ſed poſtea contracta. nam[a] ſi vir, vel mulier ex ignorantia, vel dolo proprium filium de ſacro fonte ſuſceperit, propter hoc ſeparari non debent, nec alter alteri debitum ſubtrahere, niſi ad continentiam ſeruandã poſsint induci: quia, ſi ex ignorantia id factum eſt, eos ignorãtia excuſare videtur: ſi ex malitia, eis proprius dolus patrocinari nõ debet. Quinimmò pro tali auſu, matrimonio ſua firmitate durante, pœnitentia imponenda erit.

*Filij, per quorum neutrum uentum eſt ad cõpaternitatem, copulari poſſunt, niſi mos regionis aliud inducat. h.d.*

b cap. ſuper eo. extr. de cognat. ſpiritua.

De[b] filijs quoque, per quorũ neutrum ad cõpaternitatem vẽtũ eſt, an copulari poſsint, quæſitum eſt: & ſanè, niſi cõſuetudo Eccleſiæ, vbi de contrahendis nuptijs agitur, vel aliarum vicinarum aliter ſe habeat, tali coniugio minimè obſiſtendum erit.

*Licet plures nõ debeant eſſe patrini, ſi plures tamen fuerint, cum omnibus ſpiritualis cognatio contrahitur.*

c cap. final. de cognat. ſpirit. in 6.

De eo quoq; admonendi ſumus, quòd, licet[c] non plures, q̃ vnus vir, vel vna mulier ad ſuſcipiendum de ſacro fonte infantem accedere debeant: ſi tamen plures acceſſerint, ſpiritualis cognatio æquè, quo ad omnes, inde cõtrahitur, tam matrimonia contrahenda impediens, q̃ etiã poſtea cõtracta diſſoluens. Circa quod idẽ ſtatuitur, & de confirmatione.

*Legalis cognatio modò affert temporale impedimentum matrimonijs, modò perpetuum. h.d.*

d gloſſ rat. extra. de cognat. leg.

Legalis cognatio, eſt[d] proximitas per adoptionem proueniens. Eius autem duæ ſunt ſpecies: vna, quæ temporalem impediẽdi matrimonij cauſam continet: alia, quæ perpetuam. Temporalem cauſam impedimenti continet ea[e], quæ inter te & eam, quæ tibi per adoptionem ſoror eſſe cœperit, intercedit. Nam ꝑ adoptionem[f] quęſita fraternitas, eovſque nuptias impedit, donec manet. Perpetuam prohibitionis cauſam cõtinet, vtputà, quæ inter adoptãtem & adoptatum, item inter adoptantem vxoremq; adoptati, & inter adoptatũ vxoremq; adoptantis, intercedit. Nam & per emancipationẽ, diſſoluta adoptione, matrimonium impeditur.

e ca. uni. ext. de cognat. lega.

f can. per adoptionem, 30. q. 3.

*Quid ſit naturalis cognatio, quid cõſanguinitas, quid affinitas. h.d.*

Naturalis cognatio eſt, quæ medio conſanguinitatis, vel affinitatis contracta reperitur. Eſt autem conſanguinitas[g], attinentia perſonarum ex eo proueniens, quòd vna deſcendit

g Addi. ad Arbo. cõſang. in 6. in declar.

ab

ab altera, vel ambo ab eadem: vel, Conſanguinitas, eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, carnali propagatione contractum. Et dicitur Conſanguinitas, quaſi ſanguinis vnitas, quia ſcilicet conſanguinei de communi ſanguine deſcendunt. Affinitas[a] eſt, quædam perſonarum proximitas ex coitu proueniens: ex eo dicta, quaſi duorum ſit ad vnum finem vnitas. Cùm enim duæ cognationes diuerſæ per aliquorum copulam coniungũtur, alter ad alterius cognationis, quaſi quoſdam fines accedere videtur.

a in declarat. arbo. affin.

*Affinitas & conſanguinitas contrahitur etiam ex damnato coitu. h. d.*

Nec[b] intererit, quòd ad conſanguinitatem, vel affinitatem contrahẽdam, ex iuſtis nuptijs aliqui, an ex damnato coitu inuicem copulati fuerint.

b in d. declaratione arbor. affi. in 6.

*Hodie matrimonia uſque ad quartum gradum incluſiuè ſunt prohibita, & de facto contracta temporis curſu non ualidantur. h. d.*

Conſtitutum igitur erat olim, vt quicunque vel ſeptimo conſanguinitatis, ſiue affinitatis gradu ſeſe inuicem contingerent, legitimas nuptias contrahere non poſſent: quod ipſum non ſolùm in primo, verùm etiam in ſecundo & tertio affinitatis genere ſibi locum vẽdicabat: nec ſoboles ex ſecundo matrimonio ſuſcepta, cognationi præmortui viri copulari poterat. Sed cùm huiuſmodi prohibitiones difficultatem frequenter inducerent, & aliquando periculum pārerent animarum, euidenti vtilitate ſuadente, huiuſmodi conſtitutiones abrogatæ fuerunt[c], ſancitumque, vt prohibitio copulę coniugalis quartum conſanguinitatis gradum primi duntaxat generis non excedat. Vir[d] igitur, qui à ſtipite quarto gradu, & mulier, quę ex alio latere diſtat quinto, licitè cõiungi poterunt. Aliàs ſi propiore gradu ſeſe inuicem contingant, temerè contractum matrimonium adeò erit irritum, quòd nullo poterit annorum numero defendi.

c cap. non debet. ext. de conſan. & affin.

d cap. fi. ext. de conſan. & affin.

*Infideles intra quartum gradum coniuncti ſi conuertantur, non ſunt ſeparandi, & eorũ proles eſt legitima. h. d.*

Si tamen infideles[e], qui ſecũdum veteris, vel propriæ legis inſtituta, circa gradus conſanguinitatis, vel affinitatis à Canonibus notatos, cõiuncti ſunt, Domino inſpirante cõuerſi fuerint, matrimonium antea contractum non erit poſt baptiſmi lauacrum irritandum: cùm per ſacramentum baptiſmi non ſoluantur coniugia, ſed crimina dimittantur. Vnde & proles inde nata legitima cenſebitur.

e cap. de infi delib. extr. de conſan. & affin.

*Propinquitas uiri reputatur uxoris, & propinquitas uxoris reputatur uiri. h. d.*

Admonendi etiã ſumus, per-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

inde virum à cōſanguineis & propinquis vxoris abſtinere debere, & vxorem à propinquis viri, atq; à proprijs. Huius autē rei manifeſta ratio illa eſt, quia, ſi ſecundū diuinam ſententiam ego & vxor mea vna caro ſumus [a], profectò mihi & illi mea ſuaque cognatio vna propinquitas efficitur. Quo circa ego & ſoror meæ vxoris in vno & primo gradu erimus, filius verò eius in ſecundo gradu erit à me, nepos tertio, & ſic deinceps. Vxorem verò propinqui, cuiuſcunque gradus ſit, ita me oportet attendere, quēadmodū ſi eiuſdem gradus fœmina propriæ propinquitatis exiſtat: quod nimirum & vxori meæ de propinquitate mea, in cunctis cognationis gradibus, conuenit obſeruare.

a *cap. fin. in medio, extr. de bigamis.*

*Coniuncti uxoris non impediuntur matrimonium contrahere cum coniunctis uiri. h. d.*

Quanquam autem omnes conſanguinei viri [b], vxoris ſint affines, inter conſanguineos tamen vxoris & viri nulla intelligitur eſſe affinitas contracta, propter quam inter eos matrimonium debeat impediri. Pater igitur & filius cum matre & filia, itē duo cognati cum duobus cognatis, licitè contrahere poterunt.

b *cap. quod ſuper. extr de conſang. & affin.*

*Qui cognouit conſanguineam uxoris ſuæ, non poteſt debitum petere, licet reddere teneatur & uxori ſuperſtes, carebit ſpe coniugij. h. d.*

Si [c] quis autem contracto matrimonio, conſanguineam vxoris ſuæ cognouerit: vtpută, ſi vitricus priuignam, vel maritus ſororem propriæ vxoris adulterauerit, matrimonium quidē antea contractum non dirimitur: ſed qui ſe ita contra leges alteri commiſcuit, à coniuge nunquam debitum petere poterit, nec cum aliqua legitimas vnquam nuptias contrahere, licet propriæ vxori ſuperuixerit.

c *cap. tranſmiſſæ. extr. de eo qui cogno. conſa.*

*Vxor, cuius conſanguinea à proprio uiro cognita eſt, monenda eſt, non cogenda, ad continentiam. h. d.*

Vxor quoque, cuius conſanguinea à proprio marito fuit cognita, diligenter eſt commonenda, vt à commixtione viri abſtineat [d], & in continentia maneat, donec vir viam vniuerſę carnis ingreſſus fuerit. Quòd ſi fortè monitionibus parêre recuſans, talis fuerit, vt de lapſu ipſius probabiliter timeri poſſit, vir eius & poterit & debebit debitum ſibi ſoluere coniugale: cùm [e] affinitas poſt matrimonium iniquè contracta, illi nocere non debeat, quę iniquitatis particeps non exiſtit.

d *cap. pen. & fin. extr. de eo qui cogn. conſang.*

e *cap. diſcretionem. in fin. & cap. pen. extra. d. tit.*

*Subſequens affinitas non dirimit matrimonium, ſed præcedens legitimè probata. h. d.*

Ergo præcedens affinitas nō ſubſequens dirimit matrimonium.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nium. Sed nec id quidem indiſtinctè obtinet. nam etſi vtriuſque coniugum conſtet aſſertione, acclamante etiam vicinia, q coniugatus ante contractũ matrimonium vxoris ſuæ conſanguineam cognouerit, propterea coniuges ſeparari nó debét: nec enim talis confeſsio momẽtum habere debet, cùm alioqui facilè fieri poſsit, vt quicunque inter ſe contra matrimonium velint colludere, ad confeſsionem inceſtus facilè proſiliant, ſi ſuæ aſſertioni Eccleſiæ iudicium acceſſurum credant. Rumor autem viciniæ nó eſt adeò iudicandus validus, vt, niſi fide dignæ probationes accedant, poſsit ritè cõtractum matrimonium irritare.

*a cap. ſuper eo. extra. de eo qui cogno. cõſan.*

## DE CLANDESTINA deſponſatione,

### TITVLVS XIIII.

*Prohibentur matrimonia contrahi clandeſtinè, ne poſteà oporteat illa diſſoluere. h. d.*

Ne[b] tamen poſt ſecutã copulam & ſuſceptam prolem, detectis quibuſdã impedimentis, nõ ſine graui ſcandalo contracta matrimonia retractari oporteat, néve, ſi alter coniugum qui clàm contraxerint, coniugium negauerit legitimis probationibus deficientibus, Iudicis ſententia ritè fuerit abſolutus, vterque alijs nubendo reatũ incurrat adulterij, conſultiſsimè conſtitutum eſt[c], vt nullus fidelium occultè nuptias cõtrahat. Sed cùm matrimonia contrahenda fuerint[d], per presbyterum proponantur publicè, cõpetenti termino præfinito, intra quem qui voluerit, & valuerit, legitimum impedimentũ opponat, & vt ipſe quoque presbyter per ſe inueſtiget, vtrũ aliquod futuro matrimonio obſiſtat impedimentum.

*b glo. in ſum. 30. q. 5. & cano ſi quis diuinis. §. his itaque. d. 30. q. 5.*

*c can. 2. 30. q. 5.*

*d cap cùm inhibitio. in prin. extra. eod. tit.*

*Suſpenditur contractus matrimonij, donec extat præſumptio, quòd non poſsit contrahi. h. d.*

Cuius[e] ſi apparuerit probabilis coniectura, contractus expreſsè interdicetur, donec quid fieri debeat, manifeſtis conſtiterit documentis.

*e d cap. cùm inhibitio. §. cùm autem. ext. eod. tit.*

*Nati ex clandeſtinis & interdictis matrimonijs nõ ſunt legitimi, licet nati ex matrimonio contracto in faciem Eccleſiæ ante ſententiam diuortij ſint legitimi, niſi uterq; coniugũ nouerit impedimentum. h. d.*

Quicunque[f] verò huiuſmodi clandeſtina & interdicta cõiugia inire auſus fuerit, etiam ignoranter, proles ex huiuſmodi coniunctione ſuſcepta, prorſus illegitima cẽſebitur, nec de parentum ignorantia vllum eſt habitura ſubſidium: cùm ſic cõtrahentes, vel non expertes ſcientiæ, vel ſaltem aſſectatores ignorantiæ videãtur, licet alioqui, ſi ignorantes in faciem Eccleſiæ contraxerint, ante latam ſententiam diuortij nati, & le-

*f d. cap. cùm inhibitio. § ſi quis. ext. eod. tit.*

gitimi habeantur, & in bona paterna hæreditario Iure ſuccedant. Idem iuris erit, ſi in conſpectu quidem Eccleſiæ cõtraxerint, ſed impedimentum ambo nouerint.

*Sacerdos contemnens conſtitutiones Eccleſiæ punitur pro qualitate culpæ, & clandeſtina matrimonia, ſi publicentur, recipit Eccleſia. h.d.*

a d. cap. cùm inhibitio. §. fin. extr. eo. tit.

Sanè [a] ſi parochialis ſacerdos tales coniunctiones prohibere contempſerit, per triennium ab officio ſuſpendẽdus erit: grauiùs etiam puniendus, ſi culpæ qualitas poſtulauerit. Verùm (vt ſuprà indicauimus) ſi cõtrahẽtes clandeſtina matrimonia publicare voluerint, niſi alia cauſa impediat, ab Eccleſia recipienda ſunt, tanquam à principio in Eccleſiæ conſpectu cõtracta.

## QVI MATRIMONIVM accuſare poſſunt, vel contra illud teſtificari,

### TITVLVS XV.

*Non admittitur ad accuſandum matrimonium, qui tempore denunciationis ſiluit, niſi iuret de calumnia, & quòd poſt denunciationẽ cognouit, quæ obiecturus eſt, & negligentia authoris mei non intelligitur eſſe mea. h.d.*

b cap. cùm in tua. §. alioquin. ex tra. eod. tit.

NOn tamen quandocunq;, aut indiſtinctè omnes ad matrimonium impugnandum admittendi erunt. Nam ſi quis tempore factæ à ſacerdote denunciationis [b] in ipſa diœceſi conſtitutus, nihil contra matrimonium dixerit, eiſdem mox coniunctos impetere minimè cõcedendum erit, niſi proprio firmauerit iuramento, quòd ea, quæ obiecturus eſt, poſteà didicerit, quodque ad accuſandum dolo non proſiliat: quo caſu etiam ſi, quod obiecturus eſt, ab illis didiciſſet, qui denunciationis tẽpore ſiluerunt, claudi nõ debet ei accuſandi aditus: quoniam, etſi ab impetitione huiuſmodi, culpa ex tali ſilentio contracta, authores excludat, iſte tamen, qui culpa caret, amoueri non debet.

*Ex cauſa etiam poſt denũciationem poteſt quis matrimonium accuſare. h.d.*

c cap. cùm in tua. §. ſuper quo. extra. eod. tit.

Idem iuris erit [c], ſi tẽpore denunciationis, vel extra diœceſim commorabatur, vel aliàs denunciatio ad eius notitiam peruenire non potuit: vtputà, ſi nimiæ infirmitatis feruore laborans, mentis non erat compos, vel in annis tam teneris conſtitutus erat, vt ad talium rerum perceptionem eius ætas ſufficere nõ valeret, ſiue alia legitima cauſa fuerit impeditus.

*Ad accuſandum matrimonium, non ex cauſa delicti, ſoli coniuges admittuntur. h.d.*

Sed nec omnes ad accuſationem, teſtimoniúmve dicendũ admitti debẽt: nam ſi de tali impedimento agendũ ſit, quod neque coniugũ in ſe delictum cõtineat, nec ob id matrimonium diſſol-

diſſolui cuiuſquam interſit, pręterquam ipſorum coniugũ (vtputà, ſi erratum in conditione ſtatus fuerit, vel ſi mulier ita ſit arcta, vt cognoſci non poſsit, vel vir ita frigidus, vt coire nequeat) ſoli ipſi coniuges admittentur.

*Ad accuſandum matrimonium ex cauſa delicti, omnes admittuntur, ſed potiſsimùm cõiunctiores, antiquiores, & honeſtiores. h. d.*

Quòd ſi delictum contineat, vt, quia aliqui in gradu vetito, vel contraxiſſe, vel contrahere velle dicantur, tunc quilibet q̃dem ad accuſandum recipitur: ſed omnium maximè parẽtes[a], &, ſi ij deſint, proximiores, id eſt, ſoror, frater, patruus, auunculus, amita, matertera, eorúmque deſcendentes. Quòd ſi ꝓgenies tota defecerit[b], ab antiquioribus, & honeſtioribus, q̃bus eadem propinquitas nota veriſimiliter eſſe debeat, accuſatio, teſtimoniúmve recipi poterit. Ideò autem omnium maximè parentes, & coniunctiores admittuntur, quoniã vnuſquiſque ſuam genealogiam cũ teſtibus & chartis, tum verò ex recitatione maiorum ſcire laborat. Nulli igitur decentiùs admitti debent, quàm qui meliùs ſciũt.

a capit. uidetur. ext. eo. tit.

b can. 1. cum palea ſequ. 35. q. 6.

*Speciale eſt in cauſa matrimonij, quòd pater admittitur in cauſa filij, & è contrà. Et teſtimonium parentum interdum non debet admitti, ubi eſt diſparitas inter coniuges. h. d.*

c capit. uidetur. §. quod uerò. extra. eo. tit.

Quod[c] autem legitur, pater non recipiatur in cauſa filij, nec filius in cauſa patris, in criminalibus cauſis & contractibus ſibi locum vẽdicat. In matrimonio verò coniungendo & impediendo, ex ipſius coniugij prærogatiua, &, quia fauorabilis res eſt, congruè admittũtur. Vbi tamen[d] alter coniugum diuitijs, honore, nobilitate, & potentia ſuperior eſſet, teſtimonium illius, qui parens eſſet inferioris, adeò ſuſpectum redditur, vt illud nullo modo ſit admittẽdũ: cùm parentes filiorũ incrementum, & honorem affectare proculdubio comperiantur.

d capit. ſuper eo. extr. de teſtib.

*Quales eſſe, & qualiter iurare debent teſtes ſuper conſanguinitate. h. d.*

Quoties[e] ergo aliqui propter cognationẽ propinquitatis ſeparari petuntur, duobus vel tribus eiuſdem conſanguinitatis teſtibus adhibitis, vel totidem ſenioribus & melioribus eiuſdem loci, id debet legitimè cõprobari. Teſtium autem examinatio in hac cauſa duplicis interuentu iuramenti fieri debet: vt iurent ſcilicet, & ſe non priuato odio, neque amicitia, nec alicuius proprij commodi intuitu, ad hoc iurandum inductos: &, ſicut ipſi dicunt, rei veritatem à maioribus accepiſſe, & ſe credere ita eſſe.

e cap. quoties. extra. de teſtib.

*Probatio matrimonialis impedimenti non poteſt reprobari. h. d.*

Præſtitis[f] autem iuramentis, & impedimento matrimo-

f capit iurauit. extr. de probat.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nij legitimè probato, ſi quis contra præcedentem probationem partibus publicatam, q̃a ſi matrimonium impediri iure non valeat, probare velit, audiendus non erit, ſed priori ſtandum erit probationi.

## DE DIVORTIIS, TITVLVS XVI.

*Diuortium eſt diſſolutio matrimonij. Et ſeparatio thori poteſt appellari diuortium. hoc dicit.*

a *cano. 1. in gloſſ. 32. q. 7. & gloſ. 2. in can. omne. 27. q. 2* Diuortiũ[a] eſt diſſolutio matrimonij, quæ vtroque viuente coniuge contingit. Sed & ſimplicem thori ſeparationem diuortium nó malè appellamus.

*Matrimonium regulariter diſſolui non poteſt, & niſi ſequuta ſit copula, ſoluitur per ingreſſum monaſterij, ita ut remanens in ſeculo poßit alteri liberè nubere. h. d.*

Sciendum eſt igitur legitimè contractum matrimonium diſſolui non poſſe, quippe à Deo coniuncti ab homine ſeparari nec debent, nec valent: ſi tamẽ alter coniugum[b], qui per verba contraxit de præſenti, copula non ſecuta, ſeſe ad obſeruantiã regularem voluerit aſtringere, poterit id altero etiam incõſulto efficere: & ei, qui in ſeculo remanere voluerit, alteri ſe iungere permittẽdum erit. nec cauſari poterit religionem ingreſſus, ſe falſa ad id cauſa inductũ, putà quòd coniugem lepra perculſam crediderit, & ob id eius abominatus complexus fuerit, cùm & ſine cauſa id ipſum facere potuerit.

b *cap. ex parte. §. nos autẽ. extra de conuerſ. cõiuga.*

*Dicenti ſe uelle ingredi religionem, eſt certum tempus præfigendum, intra quod uel ingrediatur, uel ad uxorem redeat. h. d.*

Ei[c] autem qui ſe ad religionem tranſire velle dictitat, certum eſt præfigendum tempus, intra quod legitimè caueat, q̃ aut ad religionem ſe trãsferet, vel redibit ad coniugem.

c *cap. ex publico. extr. de conuerſ. coniuga.*

*Redditrationem cur non ſecuta copula per religionis ingreſſum matrimonium diſſoluitur. h. d.*

Neque mirum videri debet, quòd poſt legitimũ de præſenti præſtitum conſenſum, carnis non ſecuta commiſtione[d], alter coniugum etiam altero inuito ad vitam regularem tranſitum facere valeat: quia cùm nondũ vna caro effecti ſint, ſatis probabiliter, vno ad Deum transeunte, alter in ſeculo remanere poterit.

d *cap. 2. ext. de conuerſ. coniuga.*

*Per ſacri ordinis ſuſceptionem non diſſoluitur matrimonium, etiam non conſumatum. hoc dicit.*

Diuerſum ſtatuitur, ſi quis poſthabito Canonico religionis ingreſſu, poſt aliquam per verba de præſenti deſponſatã, ſacros ordines ſuſceperit: quanquam enim votum per ſacri ſuſceptionem ordinis firmatum, ad impediendum matrimoniũ futurum, ac dirimendum poſteà

ſteà contractum habeatur efficax, ad diſſoluendum tamē priùs contractum etiam non conſumatum, inualidum cenſetur. Ideoque talium ordinum non obſtante ſuſceptione, ſi ad profitendam probatam religionem induci non valeat, & ſponſa eius inſtiterit cōtractum matrimonium conſumare, per cenſuram Eccleſiaſticam compellendus erit.

*Cultus diſparitas, & creatoris contumelia ſunt iuſta cauſa dirimendi: &, quod facit Papa, Deus cenſetur facere. h. d.*

Sed & ſi inter infideles matrimonio contracto ſequuta copula fuerit, ſi alter qui in infidelitate permanſerit [a], velit à fideli diſiungi, aut non niſi cum contumelia creatoris, cū altero cōmorari, licebit Christiano non modò matrimonium diſſoluere, ſed etiā (vt ſuprà diximus [b]) alteri ſe matrimonio iungere. Quibus caſibus cùm authoritate ſedis Apoſtolicæ, & Romani Pontificis matrimonium diſtrahatur, non iam humana, ſed potiùs diuina poteſtate coniugiū diſſolutum intelligitur.

*a cap. quanto. extra. de diuort.*

*b ſuprà titul. quæ matri. impe. poſſ. §. item. & §. ſeq.*

*Ob ueram coeundi impotentiam, nō ob putatiuam diſſoluitur matrimonium. h. d.*

Item [c] ſi quis ignarus virginē in vxorem duxerit, quę adeò arcta ſit, vt mulier fieri nō poſsit, vel ſimile vitium à natura contraxerit, vt ope medicorum nō poſsit adiuuari: Aut mulier virum acceperit, qui adeò frigidę ſit naturæ, vt eidem carnaliter cōmiſceri non poſsit, poterunt inuicem ſeparari: & qui matrimonio aptus erit, ad ſecundas nuptias liberè tranſitum facere. Si quis tamē coëundi impotentiam cauſatus, poſt ſeparationem aliam acceperit: aut ea [d] quæ arcta putabatur, aliquē inuenerit, qui ſibi ſeras reſeraret, vtroq; caſu poſt peractam pœnitentiam, ad priora coniugia redire compellendi erunt.

*c ſuprà titu. quæ matri. impe. poſſ. § itē frigiditas. et 33. q. 1. & 2. per totū. et extra. de frigi. & mal.*

*d cap. fraternitatis. in fi. extr. de frigi. & mal.*

*Quam quis duxit uel retinuit ſciens copulæ non idoneam, habebit ut ſororem, ſi nō poteſt habere uelut uxorem. h. d.*

Planè ſi ſcienter [e] quis cū ea, quæ maribus impotens eſt cōmiſceri, matrimonium contraxerit, vel alterius cōperta poſtmodum impotentia, ſimul morari conſenſerint, his caſibus Eccleſia iudicare cōſueuit, vt quas viri tanquam vxores habere nō poſſunt, habeant vt ſorores.

*e cap. conſultationi. ext. de frigi. & maleſi.*

*Ob fornicationem carnalem, uel ſpiritualē non ſoluitur matrimoniū, ſed fit ſeparatio thori. h. d.*

Sæpiùs tamen áccidit, vt matrimonij remanente ſacramento, thori tantùm fiat ſeparatio: vtputà, ſi alter coniugum carnaliter, vel ſpiritualiter fornicatus fuerit: quibus caſibus matrimonium minimè aboletur, ſed ſibi ſunt inuicem coniuges, etiam ſeparati.

*Pendente iudicio ſuper adulterio, nō habet*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*locum ſeparatio thori.h.d.*

Sed & ſeparatio non, inſtituta ſtatim de crimine accuſatione, facienda erit: ſed probata[a] et peracta. Interim enim pendente iudicio, coniugum altervter, Iure, quod habet in altero, priuari non poterit.

a *cap.2.ext ut lite penden.*

*Facta ſeparatione thori ob fornicationem carnalem, poſt emendationem non compellun tur coniuges ſe reſumere: ſecus, ſi ob ſpiritualem, niſi alter uelit monaſterium ingredi. h.d.*

Multum auté intereſt, vtrùm ob carnalem, an verò ob ſpiritualem fornicationem thori ſit facta ſeparatio. Primo enim caſu maritus adulteram vxorem etiam emendatam, niſi & ipſe ſimili fornicatione [b] pollutus fuerit, recipere non compellitur, ſed fornicatrix in clauſtris cũ religioſis mulieribus ad perpetuam agendam pœnitẽtiam erit collocanda [c]. Secundo verò, ſi fornicatus ſpiritualiter, ab infidelitate reuertatur, cogetur quæ in fide remanſit, illum reſumere, niſi & ipſa ad religionẽ tranſitum facere voluerit: quod etiam nolente viro ad fidem reuerſo, exequi liberè poterit.

b *cap pen.et fin. extr.de adult.*

c *cap.gaudemus. extra. de conuer. coniuga.*

*Regulariter uxor & uir nõ poßunt diſiũgi, ut alter ſumat ſacros ordines, aut monaſterium ingrediatur: fallit hoc in caſibus præcedentibus & ſequentibus.h.d.*

His exceptis caſibus alter cõiugum, altero in ſeculo remanẽte, nec ad ſacros ordines, nec ad regularem ſuſcipiendus eſt obſeruantiam, niſi fortè remanens eius ſit ætatis [d], vt ſine ſuſpicione incontinentiæ valeat in ſeculo remanere, aut ipſam continentiam vouere voluerit. Alioqui quãquam de vxoris licentia [e] monaſterium quis ingreſſus fuerit, & profeſsionem fecerit, non vxor ad continentiam cogi, ſed vir ad vxoris thorum euocari poterit, niſi poſt coniugis ingreſſum fornicata fuerit, aut ſe inuicem continentiam promittẽdo abſoluerint.

d *cap. cũ ſis. in fin. cap. ad Apoſtolicã. cap. ſignificaſti. et capit. dudũ. in fin. extr. de conuerſ. coniug.*

e *cap.1. de cõuerſ. coniu.*

*Qui inuita uxore ingreſſus eſt monaſteriũ & ab eadem uxore redire coactus, ea mortua, non cogitur rurſus in monaſterium reuerti, ſed non poterit amplius uxorem ducere. Quòd ſi uxore non contradicente fuerit ingreſſus, illa mortua non poterit exire, præſertim ſi fuerit profeſſus conſentiente uxore.h.d.*

Quæſitum tamen eſt, ſi quis vxore inuita [f] monaſterium intrauerit, & repetitus ad eam redire coactus fuerit, an eadẽ mortua, cogendus ſit ad monaſterium reuerti, an verò aliam poſſit in vxorem ducere? Et in hac ſpecie reſponſum eſt, votũ quidem non tenuiſſe, & propterea ad monaſterium redire minimè illum teneri: ſed cùm ingrediendo monaſterium, debitum ſe non exacturum, promiſiſſe videatur, vlteriùs vxorem ducere non poterit: cùm id vouere in ſua poſitum voluntate fuerit. Quòd ſi quis ſciente [g] vxore, nec contradicente, vitam profeſſus fuerit monachalẽ, vxore poſt-

f *cap. quidã. extra. de cõuerſ. coniu.*

g *cap. conſuluit nos. extra. d. tit.*

poſtmodum defuncta, nec habitum quem ſemel aſſumpſit, abijcere, nec aliquam ſibi matrimonio copulare poterit. Matrimonium quoque temere[a] contractum dirimendum erit: quod in eo, qui conſentiente vxore profeſſus fuerit, multò magis obtinebit, quanquam monaſterium nunquam ingreſſus fuerit.

a cap. ex parte. ext. d. titu.

*Quæ credens uirum eſſe mortuum, religionem eſt ingreſſa, à uiro educta, ſi uir moriatur, non cogitur reuerti ad monaſterium, licet id ſibi expediat. h. d.*

Quid ſtatuemus de ea quæ credẽs maritum mortuum[b], habitum religionis aſſumpſit, an ſi eo reuerſo, de monaſterio educta fuerit, poſt obitum viri ſit ad regularem obſeruantiam compellenda? Et quidẽ huic conſultius ad ſalutem fuerit, ſi ad monaſterium redeat, ſed ſi ad hoc perduci non poterit, cogenda non erit.

b cap. placet nobis extr. de conuerſ. coniuga.

*Etiam altero coniugum inuito poteſt quis uouere peregrinationem. h. d.*

Licet autem alter coniugum altero inuito religionis votum non poſsit aſſumere, viri tamen etiam præter vxorum aſſenſum peregrinationis ad terram ſanctam propoſitum vouere, & implere liberè valent.

*Vxor non plenè certificata de morte uiri, contrahere non poteſt quamuis continere nequeat. h. d.*

c cap. in prouincia noſtra. extra. de ſponſal.

Et[c] quamvis illi diutiſsimè in peregrinatione cõmorentur, vel etiam ab hoſtibus capti nuncientur, donec certum nũcium de virorum morte vxores non receperint, ad aliorũ coniugiũ conuolare nõ poterunt, quamvis vt certiorarentur, magnam adhibuerint diligẽtiam, & eius ætatis ſint & fragilitatis, vt continere nequeant.

*Agenti petitorio ad coniugem, obſtat cõſanguinitatis exceptio, ſecus ſi poſſeſſorio: quia antequam de exceptione cognoſcatur, plenaria reſtitutio eſt facienda, niſi conuentus excipiens iuret de malitia, et probationes habeat in promptu, quo caſu fiet reſtitutio quo ad alia, non quo ad copulam. h. d.*

Ergo niſi legitima ſubſit exceptio, coniugibus temerè diſiunctis, alterum alterius repetendi ſemper integrũ Ius manet. Erit autem legitima exceptio, cùm aliquis cõſanguinitatis gradus obijcitur[d]: quo quidẽ caſu, licet ſi petitorio iudicio actum ſit, anteà de ipſa exceptione cognoſci debeat: ſi tamẽ poſſeſſorio quis experiatur, antequàm de cõſanguinitate diſcutiatur, plenaria erit faciẽda reſtitutio, niſi is qui conuenitur, & de malitia iuret, & ſuper exceptione promptas probationes offerat. Quo caſu excepta carnali commixtione, tantùm quo ad reliqua, reſtitutio facienda erit.

d cap. literas. extra. de reſtit. ſpoli.

*Si mulier reſtituenda timeat ſæuitiam uiri, debet ab eo præſtari cautio, & ſi ea non pu*

*tetur ſufficiens, dum cauſa plenè cognoſcitur, uxor eſt deponenda in loco honeſto & tuto. h. d.*

a cap. literas. in fi. ext. de reſti. ſpo.

Pręſtanda tamen erit idonea cautio[a], quòd nullam reſtitutæ violentiam vir inferet: quòd ſi tanta ſit viri ſæuitia, aut odio tã capitali vxorem proſequatur, vt trepidanti mulieri ſufficiens ſecuritas ꝓuideri nequeat, vſq; ad cauſæ deciſionem alicui ꝓbæ & honeſtæ mulieri ſtudioſiùs cuſtodienda committetur, in loco vbi vir, vel eius coniuncti, mulieri nullam poſsint iniuriam inferre[b].

b cap. ex trãſmiſſa. extr. d. tit.

*Ob ſolam traductionem mulieris ad domũ, nullum ius oritur impeditiuum ſequentis matrimonij. h. d.*

Et hæc quidem obtinent, ſecuto inter viros & mulieres matrimonio. Cæterùm[c] ſi nullis pręcedentibus ſponſalibus, vel legitimo conſenſu mulier ad viri domum iam traducta, poſteà abſcedens alij fortè nubere voluerit, nulla facienda erit reſtitutio.

c cap. ex parte. ext. de reſtit. ſpol.

*Qui uiuente uxore etiam ab eo ſeparata quo ad thorum ſecundam conſciam duxit uxorem, etiam prima mortua ſeparabitur à ſecunda, ſed cum alia contrahere poterit h. d.*

Fornicationis[d] quoque repetenti obſtat exceptio, thorique ob eam cauſam ſequuta ſeparatione, ſeparata viuente, aliã vſqueadeò ſuperinducere quis ꝓhibetur, vt ſi de facto duxerit, exque ea filios ſuſceperit, etiã mortua adultera eandem retinere non poſsit: quod ipſum & priore vxore minimè cognita ſibi locum vendicat, licet aliam ducere minimè prohibeatur.

d cap. ex literarũ ext. de eo qui dux. in matri.

*Si mulier matrimonium contraxerit cum eo quem ignorabat coniugatum, uxore prima mortua erit in eius poteſtate uirum retinere. hoc dicit.*

Hoc[e] tamẽ de ea intelligi oportet, quam quis nõ ignaram aliam viuere, & fortè aliquid in mortem alterius machinatam, in vxorem duxit. nam ſi qua p̃cedentis matrimonij penitùs inſcia alicui nupſerit, priore mortua, niſi mulier diuortium petat, ad petitionem viri non ſunt ſeparandi. Nec enim ſubſtinendum eſt, vt vir qui ſcienter in legem commiſit, de proprio dolo commodum reportet.

e cap. 1. extr. de eo qui duxit in matri.

*Cum ea, quam quis uxore uiuente cognouit non ſub ſpecie matrimonij, defuncta uxore poteſt quis contrahere, ſi neuter ipſorum machinatus eſt in mortem prædefunctæ uxoris. hoc dicit.*

Cum ea autem, quam quis vxore viuente non prætextu matrimonij cognouit, ſi nihil in perniciem olim viuentis vxoris vir, aut mulier cognita, machinati fuerint, nec fidem de cõtrahendo ſibi inuicẽ dederint, contractæ poſteà nuptiæ legitimæ reputandæ erunt. Sed etſi fidem quidem ſibi inuicem dederint, vel etiam de facto contraxe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a cap. fi. ext. de eo qui duxit in matri.

traxerint[a], ſi nec antè, nec pòſt, legitima cõiuge ſuperſtite, carnalis interceſsit copula, quamuis vterque grauiter deliquerit, & propterea etiam ſit imponẽda pœnitentia, matrimonium tamen contractum poſt vxoris obitum, minimè diſſoluetur.

*Bonum aliquod ſubſecutum præcedens delictum, & eius pœnam non abolet. h. d.*

b cap. 1. ext. de conuerſi. infideli.

Vſqueadeò[b] autem machinatio in alterius coniugum obitũ adhibita, inter ſuperſtites machinatores matrimonij ſpẽ excludit, vt ſi infidelis cum Chriſtiana communicato conſilio eiuſdem maritum de medio ſuſtulerit, licet poſtea per ſtudiũ ſuperſtitis vxoris ad fidẽ Chriſtianam translatus fuerit, non tamen propterea magis cum ea nuptias legitimas contrahere, aut contractas retinere poterit. Nec enim huiuſmodi lucro, tã deteſtandum damnum Eccleſia reſarciri patitur.

*Animus & propoſitum diſtinguunt maleficia. h. d.*

c cap. 1. extr. de conuerſ. infid.

Diuerſa[c] ratio eſt eorum, qui ad fidem conuerſi, illorum ſibi matrimonio iunxerũt vxores, quos in belli certamine occiderunt: eorumque qui conuerſas duxerunr, quarum infideles maritos ſimili modo interfecerũt. nam cùm tales virorum defunctorũ interitum ſpecialiter nõ quæſiuerint, & matrimonium inter huiuſmodi perſonas licitè poteſt contrahi, & ſic coniuncti diuortium poſtulare nequeunt.

*Punitur affectus, licet non ſequatur effectus. h. d.*

Sed etſi machinationem adhibitam in necem coniugis effectus conſequutus non fuerit, ſi inſidiator alteri ſuperuixerit, ſpe coniugij[d] perpetuò deſtitutus, ad ſecundas nuptias nunquam aſpirare poterit: ſicut & in ijs accidit, qui inceſtum admiſerunt, ſacerdotem interfecerunt, & alijs pluribus caſibus.

d cap. I. ext. de diuortijs.

*Secundæ nuptiæ abſq; timore infamiæ intra annum luctus poſſunt celebrari, ſed non debent benedici, quocunq; tempore contrahantur. h. d.*

Illud quoque admonendi ſumus, quibus caſibus ſecundarũ nuptiarum permiſſa eſt celebratio, minimè verendum eſſe nupturis, ne ſi intra annum luctus ad ſecunda vota tranſeant, aliqua notentur infamia[e]. Cùm enim ſecundum Apoſtolũ mulier viro mortuo ſit ab eius lege ſoluta, eiuſdem ſententia, & authoritate, omnis legalis infamia cẽſetur abolita: cùm in his præſertim ſeculares leges non dedignẽtur ſacros Canones imitari. Vir[f] tñ & mulier ad bigamiã tranſiẽs, nõ debet à presbytero benedici: qa cùm ſemel benedicti fuerint, huiuſmodi benedictio iterari non debet.

e cap. pen. et fin. extr. de ſecun. nup.

f cap. uir autem. ext. de ſecun. nup.

## DE REBVS SACRIS, ſanctis, & religioſis,

TITVLVS XVII.

*Titulus ſequens ſolùm ſubordinat ſequẽtia ad præcedentia.h.d.*

SAcramẽtorum breuiter explicato tractatu, illorumque ſectione, ac natura cognitis, tranſeamus iam ad res ſacras & ſanctas, quales ſunt Eccleſię, Altaria, Sanctorum in his conditæ reliquiæ, vaſa, veſtes, & ſimilia ad diuinum cultum principaliter comparata. Paulò mox & de religioſis dicturi, vt ſunt, religioſæ domus, xenodochia, cœmeteria, & ſepulturæ.

## DE CONSTRVENDIS, conſecrandis, & reparandis Eccleſijs, & Altaribus,

TITVLVS XVIII.

*Non licet celebrare, niſi in templis conſecratis, niſi ex priuilegio, uel ex cauſa neceſſitatis.h.d.*

a *can. eccleſia. de cõſe. diſtin. 1.*

ECcleſiam [a] hoc loco accipimus non tam Chriſtianorũ multitudinem, fideliumq; congregationem, quàm manufactum ipſum templum Dei, & orationis domum, ab eo quod continetur eius quod continet ſumpta denominatione. Sicut ergo nõ alij [b], quàm ſacrati Deo ſacerdotes, ſacramẽta miniſtrare debent: ſic non in alijs, quàm in Domino cõſecratis locis, cũ ſuis altaribus, vaſis, veſtibus, & reliquis ad diuinũ cultum explendum vtenſilibus, itidẽ cõſecratis, ſacrificia offerre licet: niſi quis ſuper hoc ſpeciali ſit priuilegio munitus, vel ſumma coëgerit neceſsitas: vtpote [c], qã combuſta ſit Eccleſia: quo caſu, donec illa reſtauretur, in cappellis cũ ſacrata tabula celebrari poterit.

b *can ſicut nõ alij. et can. 2. ibi, ea quæ de conſecr, diſt, 1.*

c *can. concedimus. de conſec. diſtin. 1.*

*Cõſtitutis in itinere, licet celebrare ſub Dio, & celebrans in priuatis domibus eſt deponendus.h.d.*

In itinere [d] quoq; cõſtitutis, Eccleſia non reperta, ſub Dio, ſiue in tentorijs, ſi tabula altaris, cæteraque ſacra miniſteria adfuerint, miſſarũ ſolennia celebrari permittendum erit: alioqui ſi quis in oratorijs [e] intra priuatas domos cõſtitutis, ſine cõſenſu Epiſcopi hoc facere auſus fuerit, deponendus erit.

d *can. concedimus. uerſ. in itinere. de conſecr. diſtinct. 1.*

e *cã. clericos. de conſecr. diſtin. 1.*

*Epiſcopus excreſcentibus fidelibus, nouam eccleſiam conſtruere poteſt, & unam in plures diuidere.h.d.*

Conſtruuntur autem Eccleſiæ, vel ob incremẽtum populi, vel ob commoditatem plebiũ, vel certæ vniuerſitatis intuitu, aut in paſtoralis dignitatis priuilegium. Ob incrementũ populi tunc noua cõſtituenda eſt Eccleſia, cùm certis in regionibus adeò multitudo fideliũ excreuit, vt illorum curæ vnica ſit impar Eccleſia. Sicut [f] enim ea ratione vnus Epiſcopatus in duos

f *can. præcipimus. §. ſicut, 16. q. 1.*

duos, Antiſtitis accedēte volūtate, diuidi poteſt: ſic etiā Epiſcopus de baptiſmalibus, & parochialibus Eccleſijs, Rectorū accedente cōſenſu, facere poteſt: quod cùm factū fuerit, illa pars populi, quæ nouis eccleſijs ſupponitur, à iure prioris Eccleſiæ abſoluetur.

*Plures baptiſmales Eccleſiæ non debent fieri ſub una terminatione, & terminationis controuerſia dirimenda eſt iudicio plebium, uel ſorte. h. d.*

a can. plures baptiſmales. 16. q. 1.

Plures [a] tamen baptiſmales Eccleſias in vna terminatione facere non poterit. Quòd ſi de terminatione duarū matricum Eccleſiarum contentio fuerit, plebes vtrarumque diſcernent: quòd ſi non cōuenerint, Dei iudicio controuerſia diſcernetur.

*Non eſt periurus Epiſcopus fabricans Eccleſiam, licet iurauerit non alienare Eccleſiaſtica. h. d.*

b cap. fi. ext. de eccleſ. ædific.

Nec [b] quicquā Epiſcopo obſtiterit, quòd de rebus Eccleſiæ non alienandis iurauerit: nam & tali non obſtante iuramēto, populo indigēti ſuper baſilicarum inſtitutione ſalubriter prouidere poterit, & debebit.

*Ob commoditatem plebium noua Eccleſia ædificari poteſt, quæ tamen matrici honorem exhibere debet. h. d.*

c cap. ad audientiam. el 1. extr. de eccl ædific.

Plebium [c] commoditas tunc nouam ædificare ſuadet Eccleſiam, cùm parochianorū pars adeò diſtat à veteri, vt certis temporibus non ſine magna difficultate, & periculo illam adire, & ibi congruis temporibus diuinis intereſſe, & ſacramēta percipere poſsint: quo quidem caſu maximè ſi miniſtro commodè pro ſubſtētatione ſua prouideri poſsit, noua quidē erit Eccleſia conſtruenda, ſed à filiali matrici Eccleſiæ pro facultate loci competēs honor exhibendus erit.

*Vniuerſitatis intuitu poteſt noua Eccleſia ædificari, utputà pro leproſis. h. d.*

Vniuerſitatis intuitu noua Eccleſia ædificari permittitur: veluti cùm plures ſimul leproſi [d] ſub cōmuni vita congregati fuerint. Ijs enim, quòd Eccleſia cum cœmeterio, & quòd proprio gaudere valeāt priuilegio, permittendum erit. Cauebūt tamē hi, vt iniurioſi veteribus Eccleſijs de Iure parochiali nequaquam exiſtant. Nec enim quod eis ob pietatē indulgetur, ad aliorum iniuriam flecti cōuenit.

d cap. 2. extr. de eccle. ædific.

*Epiſcopo cōceditur pro ſepultura propria Eccleſiam ædificare, aut nouum monaſterium conſtruere. h. d.*

Epiſcopo [e] quoque in ſua parochia nouam Eccleſiam ædificare permittitur. Sed multū intererit, Eccleſiam monaſticis informandā regulis conſtruat, an verò ex alia cauſa, & fortè pro proprijs erigere velit ſepulturis: cùm primo caſu eandem ex rebus Eccleſiæ, cui præſidet, vſq;

e can. bonæ rei pen. 12. q. 2 et cap. pen. ext. de donatio.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ad quinquageſimã tantùm partem dotare debeat: ſecundo verò non amplius, quàm centeſimam conferre licebit, ea quoq; adhibita cautela, vt vnam tantummodò ex his duabus remunerationem eligat.

*Quæ ſeruari debent in conſtruenda eccleſia, uel conſecranda, & quòd eccleſia indotata conſecrari non debet. h. d.*

Quacunque tamen ex cauſa noua extruenda ſit Eccleſia, obſeruandum eſt in primis, vt ciuitatis Epiſcopus [a], ſine cuius aſſenſu id inchoari non debet, ad locum veniat, in quo crucẽ ipſe figet, & publicè atrium deſignabit, nec illam antea patietur ædificari, aut munus impendet conſecrationis, quàm dotẽ baſilicæ, & obſequium ipſius per donationem chartula confirmatam accipiat, quæ ad luminaria, & ad cuſtodiam, & cuſtodum ſtipendia, ſufficere valeat.

a *cano. nemo eccleſiã. de conſecr. diſtin. 1.*

*Conſtruenti nouam Eccleſiam, poteſt nouum opus nunciari. h. d.*

Sed [b] ſi quis, dum noua conſtruitur Eccleſia, aut proprium Ius imminui, aut ſibi quoquo modo noceri exiſtimet, noui operis nunciatione conſulere ſibi poterit: poſt quam ſi legitima non ſit impetrata remiſsio, quicquid ædificatum fuerit, ſiue illud Iure, ſiue iniuria, omninò ædificantium impenſis deſtruendum erit, negociumque ipſum ſecundum leguñ & canonum ſtatuta terminabitur.

b *cap. 1. & ſeq. extr. de noui oper. nunciat.*

*Qui præter Epiſcopi conſenſum Eccleſiam conſtruit, facit iacturam iuris patronatus. h. d.*

Diuerſum ſtatuetur in ea, quę præter Epiſcopi conſenſum cõſtructa fuerit: hæc enim ſi nemini nocet, deſtruenda quidem non erit, ſed ob ſuperioris neglectum excluſo Iure patronatus cum dotibus ſuis Epiſcopalibus Iuribus applicabitur.

*Eccleſia debet, quanto poteſt citiùs, conſecrari. h. d.*

Baſilica igitur legitimè extructa non antè ſacris eſt deputanda * myſterijs, quàm munus cõſecrationis acceperit: quod, ne qua diuino cultui offeratur mora, quanto poterit citiùs [c], conficiendum erit.

* miniſterijs, fortè.

c *cap. fi. ext. de conſecr. eccle.*

*Eccleſia conſecranda eſt ab epiſcopo, qui priùs baptizauit incolas regionis, ubi conſtructa eſt. h. d.*

Et [d] ſi dubitetur à quo dedicanda ſit, illud exquiri oportebit, cuius ciuitatis Epiſcopus, antequam fundaretur, incolas baptizauerit, & ad cuius conſignationem ſub annua deuotione concurrerint: atque is etiam ad conſecrationem vocandus erit.

d *cap. 1. extr. de relig. do.*

*Eccleſia ſemel conſecrata, nõ debet amplius conſecrari: nec dicitur iteratum, quod ignoratur ſemel factum. h. d.*

Ec-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Eccleſiæ [a] autem, vel altari ſemel Deo conſecratis, nō debet iterum conſecratio adhiberi: quia velut infans à ſacerdote ritè baptizatus non debet iterū baptizari, ita nec locus ſemel Deo dicatus, iterum conſecrari. Planè [b] ſi de Eccleſiarum, vel altarium conſecratione dubitetur, nec de ea, aut ſcriptura appareat, aut teſtes exiſtant, ſine vlla dubitatione erūt conſecrāda. Nec talis trepidatio iterationem facit: quia iteratum dici non poteſt, quod ſemel eſſe factum, ignoratur.

a can. eccleſiis ſemel. de cō ſecra. diſt. 1

b can. ſolennitates. §. de eccleſiarū. & can. eccleſiæ uel. de conſecr. diſt. 1.

*Eccleſia polluta debet reconciliari. h. d.*

Sed ſi Eccleſia, aut [c] ab igne exuſta, aut fuſione ſanguinis, vel ſeminis, vel excommunicati humatione polluta fuerit, etiamſi ſemel antea conſecrata appareat, nihilo minùs diligentiſsimè expurgata, iteratò conſecranda, vel reconcilianda erit.

c can. eccleſiis ſemel. uerſ. niſi. de conſecra. diſt. 1 cap. propoſuiſti. cap. conſuluiſti. & cap. fin. ext. de conſecr. eccleſi.

*Propter detrimentum altaris, ipſum altare, non Eccleſia eſt iterum conſecranda. h. d.*

De eo dubitari contigit, ſi altare motum fuerit [d], aut lapis ſuperpoſitus, qui ſigillum continet, confractus, aut diminutus, an Eccleſia debeat iterum conſecrari? Et reſponſum eſt, ob id Eccleſiæ non eſſe conſecrationem iterandam, ſed ipſum ſolū altare denuò conſecrandum.

d cap. 1. ext. de conſe. eccle. uel alt.

*Quibuſcunque diebus poteſt Eccleſia conſecrari, ſed ſolū ab epiſcopis, qui ea quæ ſunt iuriſdictionis, poſſunt demandare inferioribus, ſecus quæ ſunt ordinis. h. d.*

Confici [e] autem poterit Eccleſiarum, Altariumque conſecratio quibuſcunque diebus, tā Dominicis, quàm priuatis, ſed non à quocunque. Licet [f] enim aqua per Epiſcopum benedicta, per alium Epiſcopum, qui aquæ benedictionem non impenderit, Eccleſia reconciliari poſsit, idem tamen per ſacerdotes ſimplices fieri non poterit: quia ea quidem quæ iuriſdictionis ſunt, etiam inferioribus Epiſcopus demādare poteſt: ſed quæ ordinis ſunt, inferioris gradus clericis committere non poteſt.

e cap. 2. extr. d. tit.

f capit. aqua per. cap. 9. extr. de conſecra. eccle.

*Non debet conſecrari eccleſia, ubi ſepulta ſunt corpora infidelium, niſi ſeruata forma huius §. h. d.*

Illud etiam animaduertere conſecrantem oportebit, ne baſilicam [g], in qua infidelium ſepulta ſunt cadauera, ſanctificet. Sed ſi conſecrationi apta videbitur, euulſis inde corporibus, & raſis parietibus & tignis, cōſecrari poterit.

g can. eccleſiā in qua. & can. ſeq. de conſecra. diſtin. 1.

*Feſta dedicationum eccleſiarum debent celebrari. h. d.*

Solennitates [h] quoque dedicationum ipſarum Eccleſiarum per ſingulos annos erunt celebrandę, ipſo Domino exemplū dante, qui dum ad feſtum de-

h can. ſolennitates. de cō ſecr. diſt. 1.

dicationis templi celebrãdum cum reliquis populis acceſsit, omnibus idem faciẽdi formam tribuit.

*Reparatio Eccleſiæ pertinet ad poſſeſſorem beneficij, & Epiſcopus debet de ſua tertia contribuere. h. d.*

Hæc de ædificandis & conſecrandis Eccleſijs, vel altaribus delibaſſe ſufficiat: nam ſi reparãdæ ſint, vel emendãdę [a], id oneris procul dubio ad eũ, qui Eccleſiaſticũ poſsidet beneficiũ, pertinebit. Sed & Epiſcopus tertiam partem ſibi obtingentẽ impendere debebit. Nunc de Eccleſiarum vnionibus, paucis deſpiciamus.

a *cap. 1. et ca. de his. extr. de eccle. ædifican.*

## DE VNIONIBVS Eccleſiarum,

### TITVLVS XIX.

*Quid ſit unio, & quotuplex. h. d.*

VNio nihil aliud eſt, quàm duarum pluriúmve Eccleſiarum facta connexio: dicta ab vniendo, ex eo quòd plures Eccleſię in vnũ coniungantur. Vnionum autem duę ſunt ſpecies: aut enim ꝑpetuæ ſunt, aut tẽporales. Perpetuæ ſunt, quæ fiunt, vt ſine præfinitione tẽporis perdurẽt. Temporales ſunt, quę ad certum tempus, putà, ad alicuius vitã, inſtituũtur.

*Cauſæ uniendi ſunt, neceſſitas, & utilitas. h. d.*

Velut ergo ex cauſa vna Eccleſia, vel Epiſcopatus in plures diuidi permittitur, ſic etiam rebus ſuadẽtibus plures Eccleſiæ in vnam cõiungi poſſunt. Cauſæ verò vnionum ſunt, aut [b] vrgens neceſsitas, aut euidens vtilitas. Neceſsitas, veluti cùm duæ Eccleſiæ adeò ſunt pauperes [c], vt impoſsibile ſit earũ prouentus ad victum duorũ ſacerdotum ſufficere: aut, ſi altera hoſtiũ [d] immanitate deſolata ſit. Vtilitas [e], vt cùm locorum opportunitas id expoſcit, vel tẽporis qualitas: putà, quia in loco nũc Chriſtianorum dicatur imminutus numerus: aut, quia ob fructuum tenuitatem non perinde idonei ſacerdotes ad beneficiũ procurandum inueniãtur. His igitur caſibus, ne quid detrimenti diuinus cultus & animarum cura patiatur, debẽt plura beneficia, vel Eccleſiæ in vnum coniungi.

b *cap. expoſuiſti. §. ſic uidẽs. extr. de præben.*

c *cap. eam te. ext. de æta. & qual. in fin. et cano. unio. 10. q. 3.*

d *can. poſtquam hoſtilis. 16. q. 1.*

e *can. et tẽporis, 16. q. 1.*

*Sicut unire Epiſcopatus pertinet ad Romanum Pontificem, ſic minores Eccleſias ad Epiſcopũ cui ſubſunt, inferiores uerò non poſſunt unire. h. d.*

Non tamen omnibus paſsim quaſcunq; Eccleſias vniẽdi poteſtas indiſtinctè permittitur, ſed certis duntaxat ſeruatis regulis. Et quidẽ [f], ſicut vnire Epiſcopatus, atque poteſtati alienæ ſubijcere ad ſummũ Pontificẽ pertinere noſcitur, ſic ad Epiſcopum ſpectat Eccleſiarũ ſuæ diœceſis vnio atque ſubiectio. Ab Epiſcopo itaque inferiores

f *cap. ſicut unire. extra. de exceſ. præl.*

vniendi poteſtatē minimè ſibi vendicare poterunt. Ideoque ſi Prior, vel Abbas monaſterium monaſterio ſubiecerit, vel vnierit, Epiſcopi conſenſu minimè requiſito, quod inconſulto pręſule fecerit, nō ſubſiſtet, nec ſubiectionem, vel vnionem Metropolitani conſenſus, vel confirmatio ſubſtinebit, cùm is in diœceſi ſui ſuffraganei abſque ipſius aſſenſu nō debeat aliquid contra conſtitutiones Canonicas attentare.

*Epiſcopus unire poteſt Eccleſiam alteri, uel loco religioſo donare, etiam non uocato Rectore, uel defenſoribus, ſed propriæ menſæ non poteſt. h. d.*

Vſqueadeò autem Epiſcopo in propria diœceſi facultas vniendi competit, vt ſi per eūdem conſentiente capitulo, Eccleſia Eccleſię, dignitati, vel præbēdę vniatur, aut religioſo loco donetur, ex eo quòd Rector ipſius ad hoc vocatus, vel ſi vacabat, defenſor ei ſuper hoc datus nō extitit, nequaquam impugnari valeat. Aliud tamen obtinet, ſi quam is Eccleſiā menſę ſuæ, vel capitulo vniendam duxerit: id enim (etſi capituli conſenſus acceſſerit, & loci conſuetudo ſuffragetur) irritum penitus erit: cùm vnientium vtilitas probabilem non rectè factæ vnionis ſuſpicionem ingerat.

*In unione facienda requiritur cōſenſus non ſolùm capituli, ſed etiam eorum qui lædi poſſent. h. d.*

Nec ſolùm capituli vnientis Epiſcopi in vnione conſenſus exigitur, ſed etiam illorū, qui ex vnione lædi poſſent. Vnde ſi aut collegiata, aut patronata, aut alicuius ſuffraganei Eccleſia ſit vniēda, collegij, patroni, & ſuffraganei aſſenſum interuenire oportebit.

*Quis ſit unionis effectus. h. d.*

Secuta verò vnione Canonica, ſtatim is, cuius eccleſiæ alia per vnionē eſt applicata, eandem in vnitam nanciſcitur poteſtatem, & Ius, quod in eam olim habebat, cui ab initio præfuit: ſtatimq; vnitę Eccleſiæ eadem priuilegia competūt, quæ principali Eccleſiæ competere comperiuntur.

*Per unionem non præiudicatur Iuribus Epiſcopalibus. h. d.*

Sed quęri poterit [a], ſi per Apoſtolicum Eccleſia in certa diœceſi cōſtituta, putà in Peruſina, Eccleſię alterius diœceſis, veluti Tiphernatis, vnita fuerit, an Eccleſia per vnionē alteri connexa, per hoc à iuriſdictione præſulis Peruſini cenſeatur exempta, & Tiphernati ſubiecta? Et reſponſum eſt, à iuriſdictione prioris Epiſcopi vnitam Eccleſiam non eximi, cùm Rom. Pontifex in huiuſmodi vnionibus ſingulis Epiſcopis iura ſua inuiolata ſeruari velit.

[a] *cap. 1. extr. de religio. dom.*

*Vnio diſſoluitur temporis lapſu, & cauſæ ceſſatione, & ab his qui habēt ius uniēdi. h. d.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Diſſoluetur autem vnio, ſi tẽporalis ſit, tẽporis lapſu: quòd ſi ſit perpetua, ceſſantibus eiſdem cauſis, ex quibus facta fuerit, ab ijs itidem diſſolui poterit, quorum conſenſu & authoritate olim fuerit inſtituta: nihil eſt enim tam rationi conſonum, quàm vt is deſtruendi habeat poteſtatem, cui conſtruendi facultas conceditur.

*Licet uacans eccleſia poßit uniri, unio tamen eccleſiarum uacantium diſſolui nõ poteſt. hoc dicit.*

Illud inter inſtituendam, & diſſoluendam vnionem intereſt, quòd licet etiam vacans Eccleſia alteri poſsit vniri, ſi tamẽ Eccleſias per vnionem connexas vacare contigerit, vnio interim vacantium Eccleſiarũ diſſolui minimè poterit.

## DE IMMVNITATE Eccleſiarum, & ſubiectione,

### TITVLVS XX.

*Immunitas in hoc titulo largè aſſumitur, & quid ſit immunitas. h.d.*

IMmunitas, eſt à muneribus indulta exemptio. Sed hoc loco immunitatem largè accipimus, pro quolibet Eccleſiarum fauore, indulgentia, rigoris remiſsione, & priuilegio.

*Triplex eſt ſpecies immunitatis eccleſiarũ, localis, perſonalis & realis &, quòd immunitas localis eſt, per quam profana in eccleſiis, et non conſecratis, uel oratorijs exerceri prohibẽtur. h.d.*

Eſt autem Eccleſiarũ immunitas triplex: localis, perſonalis, & realis. Localis immunitas eſt, quæ ſacris ipſis domibus, aut aliquibus ſacrarum ædium intuitu conceditur. Cùm enim Eccleſia [a] ſecundum Euãgelicam veritatem domus eſſe debeat orationis, meritò à profanis vſibus eſſe conuenit alienam.

*Proceſſus facti & ſententiæ latæ in eccleſiis, uel cœmiterijs, ſunt nulli. h.d.*

Seculares [b] igitur iudices cauſas, præcipuè vbi de ſanguinis agitur effuſione, & de pœna corporali tractatur, in Eccleſijs, vel earum cœmiterijs agere ſub anathematis interminatione ꝓhibẽtur. Abſurdum eſt enim ibi iudicium ſanguinis exerceri, vbi eſt tutela conſtituta refugij. Proceſſus quoque [c], quos ibi legitima contempta prohibitione, & ſpreta vltione diuina faciendos duxerint, ac ſpecialiter prolatæ ſententiæ, omni firmitatis robore carebunt.

*Conſilia publica, nũdinæ & negocia ſecularia non debent tractari in eccleſiis. h.d.*

Publicæ quoque [d] quarumlibet ſocietatum, & vniuerſitatũ conciones, & conſilia, nundinarum, aliorumq́ue ſeculariũ tractationes negociorum, confabulationes, & profana colloq́a ab his penitùs amoueri debẽt.

Con-

a cap. cũ eccleſia. ext. eo. tit.

b cap. cùm eccleſia. §. ſeculares. ext. eod. tit.

c cap. 2. §. fi. eo. tit. in 6.

d cap. 2. §. ceſſent. eo. tit. in 6.

*Conuiuia non debent fieri in Eccleſijs, niſi ex neceſsitate, quod dicitur de Eccleſijs, intelligitur etiam de non conſecratis, & oratorijs. h.d.*

Sed [a] & cõuiuia, & hoſpitia, licet illa deſpicere non oporteat, in ſacris domibus celebrari, vel exerceri à laicis non poterunt, nec etiã à clericis, niſi fortè tranſeuntes ob hoſpitiorum neceſsitatem illic reficiantur: quod & in oratorijs [b] obſeruari conueniet, vt nomini opera iugiter impenſa concordet: & ne, vbi peccatorũ eſt venia poſtulanda, ibi peccandi detur occaſio. Idem ſtatuitur & de Eccleſia [c], in qua diuina myſteria celebrantur, licet adhuc conſecrata non fuerit, quia cùm obſequijs diuinis ſit dedicata, nullius temerarijs auſibus eſt profananda.

a *can. non oportet. & can. ſeq. 42. diſtinct.*
b *can. fin. diſt. 42.*
c *ca. pen. extr. eod. tit.*

*Qui inuitum abſtrahit à ſacris locis, excommunicatur, & quaſi ſacrilegus punitur.*

Sacrorum [d] locorum intuitu illis cõceditur immunitas, qui ad ipſam eccleſiam cõfugiunt: nam ſi eos qui ad ſtatuam Principis ſe proripiũt, ab omni violentia leges ſeculares vindicãt, quantò magis conuenit ad tẽplum Domini confugiẽtes, loci ſancti reuerentia, & authoritate defendi? Quicunq; igitur inde hominem reluctantem, reclamantemq; violenter abſtraxerit, tam alijs pœnis pro ſacrilegio, quod admiſit, quàm Eccleſiaſticæ ſubiacebit excommunicationi.

d *can. diffiniuit. 17. q. 4.*

*Non poteſt quis inuitus abſtrahi à domo Epiſcopi, uel ab Eccleſiæ circuitu, intra triginta paſſus. h.d.*

Nec [e] ab atrijs tantùm Eccleſiæ quenquam inuitum abſtrahere non licebit, verùm etiam nec à domo Epiſcopi, & ab Eccleſię circuitu intra triginta paſſus ab oſtio: quod ſpacium Eccleſiæ reuerentia defendi ſacri Canones voluerunt.

e *can. id conſtituimus. 17. q. 4.*

*Liber homo non debet ab Eccleſia uiolenter abſtrahi, niſi impetrata uita, & membrorum incolumitate. h.d.*

Hæc tamen ſecuritas non omnibus æquè & indiſtinctè ſolet indulgeri, ſed ſtatus habetur ratio & cauſarum, quibus quis fugiendum ad Eccleſiam duxerit. Si liber [f] igitur quis ſit, quantũvis grauia perpetrauerit, non eſt violenter ab Eccleſia extrahendus, nec inde ad mortem damnari debet, ſed Eccleſiarum Rectores vitam & membra debent fugientibus obtinere: alijs tamẽ pœnis de eo, quod iniquè egerint, puniendi erunt.

f *cap. inter alia. § ſi liber. extra. eod.*

*Publici latrones, & qui in ſacris locis immunitatis ſpe ducti delinquunt, priuilegijs ſacrorum locorum non gaudent. h.d.*

Hoc autem [g] de publicis latronibus, vel nocturnis agrorũ populatoribus, viarumq; obſeſſoribus intelligi non oportet. Hi enim ſecundum Canonicas

g *d. cap. inter alia. § ſuper hoc. ext. eo.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſanctiones nulla impunitate præſtita violenter, & egreſsionis adhibitis inſidijs, ab Eccleſia extrahi poterunt. Idem [a] & de his ſtatuendum erit, qui impunitatem ſuorum exceſſuum obtinere ſperantes, homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſijs, vel ipſarum cœmeterijs committere non verẽtur, quæ niſi per Eccleſiam crederent ſe defendi, nullo pacto cõmiſſuri fuerant: tales enim, cùm in eo, in quo quis deliquit, puniri debeat, & fruſtra legis inuocet auxilium, qui in ipſam legem committit, immunitatis priuilegio, quo ſe fecerunt indignos, minimè gaudebunt.

a *cap. fin. ext. eod.*

*Dominus præſtito iuramento de impunitate, poteſt ſeruum ſuum etiam inuitum ab Eccleſia abducere. h. d.*

Quòd ſi ſeruus ſit [b], qui ad Eccleſiam cõfugerit, poſtquam de impunitate Dominus clericis iuramentũ præſtiterit, ad ſeruitium Domini ſui redire cõpelletur: alioqui ſi redire nolit, à dño occupari poterit: famuli enim [c], qui dominos metuũt, ſi ad Eccleſiæ ſepta confugerint, interceſsionem debent quærere, non latebras: nec quenquam religionis reuerẽtia proprio iure fraudari convenit.

b *cap. inter alia. §. fin. ext. eod.*

c *cano. metuẽtes. 17. q. 4*

*Clerici & monachi deſeruientes Eccleſiæ, ſunt exempti à muneribus perſonalibus. h. d.*

Perſonalis [d] immunitas eſt, quæ perſonis Eccleſiaſticis indulgetur. Cùm enim in clericorum miniſterio conſtituti, non niſi altari & ſacrificijs deſeruire debeant, rectiſsimè cõſtitutum eſt, vt Deo dicati ab omnibus perſonalibus muneribus reddantur immunes. Perſonalia autem munera ſunt, quæ cum corporis labore, & animi ſolicitudine, ac vigilantia principaliter ſubſtinentur. Generaliter igitur Epiſcopi, presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, monachi, immunitate omnis tutelæ, & curæ ipſo iure gaudebunt.

d *cap. nõ minus. ext. eo. tit. cap. clericis. eo. tit. in 6. & §. realis.*

*Miſerabilium perſonarum tutelam debent clerici ſuſcipere. h. d.*

Viduarum [e] autem & orphanorum curam ſuſcipere non ſolùm non prohibẽtur clerici, ſed etiam iubentur, cùm ipſis cupiditatis negotia, non pietatis interdicantur.

e *diſtin. 87. in ſum. & diſtin. 81. in ſum.*

*Ad murorum cuſtodiam etiam clerici tenẽtur, tempore neceſsitatis. h. d.*

Excipitur [f] etiam ab his muneribus murorũ cuſtodia: à qua ſi magna immineat neceſsitas, neminem excuſari conſtitutũ eſt, vt cunctis vigilantibus meliùs valeat ciuitas cuſtodiri.

f *cap. 2. ext. eod. tit.*

*Perſonæ Eccleſiaſticæ non poſſunt à ſecularibus poteſtatibus collectari. h. d.*

Realis immunitas eſt, per quam res Eccleſiaſticæ à cenſu, vel collectis poteſtatum ſecularium liberæ redduntur. Si quidem

dem[a] tã profanis legibus, quàm ſacris Canonibus ſub excommunicationis & interdicti pœna conſtitutum eſt, ne quis eorum qui iuriſdictionem temporalem obtinent, poſsit tributa, collectas, ſeu quaſcunque exactiones, ſub quovis titulo, vel colore, imponere Eccleſijs, vel perſonis Eccleſiaſticis, pro domibus, prædijs, vel quibuſcunque poſſeſsionibus legitimè acquiſitis, etiamſi ipſæ Eccleſiæ, vel perſonę, vel res ſint intra illorum territorium conſtitutæ.

a *cap. 1. §. uolentes. co. tit. in 6. & §. perſonalis, d. tit.*

*Ob magnam neceſsitatem, uel utilitatẽ, conſulto Pontifice, poſſunt clerici, ſine tamen coactione, laicis ſubuenire.*

Si tanta[b] tamen ſit in Republica neceſsitas, aut vtilitas, vt Epiſcopus cũ clero ſuo laicorum non ſuppetentibus facultatibus, communes vtilitates per ſubſidia Eccleſiaſtica ſubleuandas ducant, Romano priùs conſulto Pontifice, omni penitùs ceſſante coactione, poterũt aliquid in commune conferre, & laici humiliter, ac deuotè cum gratiarum actione ſuſcipere.

b *cap. aduerſus. §. uerùm. extra. eod. tit.*

*Eccleſiæ Epiſcopo omnimodam ſubiectionem debent. h. d.*

Quemadmodum autem ſacroſanctis domibus ſecularium poteſtatum intuitu omnimoda debetur immunitas, tam locorum ratione, quàm perſonarũ, & rerũ: ſic eiſdẽ rationibus ab illis ꝓprio Epiſcopo omnimoda ſubiectio debetur[c]. Nam quantum ad ipſa loca pertinet (vt paulo antè diximus) nemo Eccleſiam in diœceſi ædificare poterit, aut conſecrare, præter ſui præſulis conſcientiam. Quo ad perſonas Eccleſiaſticas, ipſi debetur Canonica obediẽtia[d], ſubiectio, reuerentia: ad eundẽ ſpectat inſtitutio, deſtitutio, correctio, reformatio, cauſarũ omnium ad forum Eccleſiaſticum de iure ſpectantiũ iuriſdictio, Eccleſiaſticarũ cẽſurarum ꝓmulgatio, Sacramentorũ exhibitio. Si res Eccleſiaſticas ſpectes, ipſi cenſus debetur, ipſi cathedraticum, ſiue ſynodaticum, ipſi procuratio annua, ipſi mortuariorum & decimarum quarta.

c *cap. de xenodochijs. extra. de religioſ. domibus.*

d *cap. conquerente. §. nos. extra. de offic. ordin.*

*Ad Epiſcopum quædam pertinent Iure ordinationis, quædam lege iuriſdictionis, quædam lege Diœceſana. h. d.*

Sed hæc omnis paſtoralis poteſtas in tria principalia mẽbra contrahitur: quædam enim ad Epiſcopum ſpectant iure ordinis, vt clericorũ ordinatio, virgĩnum benedictio, altariũ & Eccleſiæ conſecratio: quædam lege iuriſdictionis, vt corrigendi, conferendi, excommunicandi, & inſtituendi poteſtas: quædã lege Diœceſana, vt ius cenſus & cathedraticum exigendi, decimam percipiendi, ius hoſpitij indicendi, & his ſimilia. Sed cùm tã de locali, quàm de perſonali ſubiectione, deque

his, quæ ad Epiſcopos tam iure ordinis, quàm lege iuriſdictionis pertinent, ſuprà locis cógruis loquuti fuerimus: tráſeamus nunc ad eam ſubiectionem, quæ cognoſcitur ex ſolutione cenſus, & rerum quę lege Diœceſana ad ordinarium pertinent.

## DE CENSIBVS, exactionibus, & Procurationibus,

### TITVLVS XXI.

*Cenſus generaliter ſumptus continet omnẽ penſionem, ſpecialiter uerò tantùm cathedraticum. h. d.*

CEnſus appellatio generalis eſt, ſumiturque pro omni penſione, quæ prælatis de Eccleſiaſticis prouentib. ſingulis annis in ſignum ſubiectionis, vel alterius iuris pendi tur. Speciali tamen nomine cẽſus, qui Epiſcopo ab Eccleſijs in argumentũ ſubiectionis tribuitur, *Cathedraticum* appellatur: eo quòd ob honorem cathedrę perſoluatur.

*Quibus temporibus, & quibus cauſis poteſt cenſus conſtitui in Eccleſijs. h. d.*

Conſtituitur autem cenſus, aut fundationis tempore, aut cóſecrationis, aut donationis, aut tempore immunitatis indultæ. Fundationis, aut conſecrationis tẽpore cenſus imponitur, quia veluti præter Ordinarij cóſenſum, nec fũdari, nec dedicari poteſt Eccleſia: ita eodem tempore certum cenſum Epiſcopus, in ſubiectionis ſignum conſtituere poterit. Sed nec illud inſolitum, aut nouum haberi debet, vt cùm Epiſcopi Eccleſias pijs locis ritè có ceſſerint, aut exẽptas fecerint, aliquid ſibi in eis penſionis nomine reſeruent. Sedes quoque Apoſtolica cùm libertatis priuilegium, vel etiam quibuſdam Eccleſijs protectionis indulget præſidium, cenſum gratis oblatum ſuſcipit, & in literis Apoſtolicis, ad futurorum Pontif. memoriam quãtitas cenſus exprimitur. Sed[a] & patrono fundationis tempore poterit Epiſcopus moderatos ſumptus có ſtituere. [a] *cap. præterea. in fi. ext. de iu. patr.*

*Simplices ſacerdotes non poſſunt proprias Eccleſias facere cenſuales, & qui de facto id fecerit, ab Eccleſia ipſa remouebitur. h. d.*

Simplices autem ſacerdotes, vel clerici non poſſunt Eccleſias, quibus pręſunt, propria authoritate, præſertim poſt eorũ deceſſum, cenſuales efficere. Ideoq́;[b] qui ab eiſdem quadam colluſione penſionem annuam de Eccleſijs receperint, illis defunctis ſuper pẽſionis receptione audiendi non erunt, ſi Rom. Pontificis, aut alterius, qui de iure id facere potuerit, authoritatem ſuper hoc nó interueniſſe conſtiterit. Quin potiùs ſi qui per colluſionem[c] talia facere cõperti fuerint, ab ipſis Eccle ſijs [b] *cap. præterea. ext. eod. tit.* [c] *cap. cùm clerici. extra. eod. tit.*

ſijs remouendi erunt.

*Epiſcopus non poteſt nouum cenſum impo nere, uel ueterem augere, præter cathedraticum. h. d.*

a cap. prohibemus. extra. eod. tit.

Sed [a] nec Epiſcopus ipſe, aut quilibet alius Eccleſijs nouos cenſus imponere, aut veterem augere, aut partem prouētuum ſuis vſibus vendicare poterit: idq; adeò obtinet, vt etiam ſi iuramentum [b] de nouo cenſu perſoluendo quis ſuſceperit, non propterea ſoluere, ſed abſolui ab illicito iureiurando debeat. Nec quicquam profuerit, quòd Epiſcopus, vel quilibet de nouo [c] illas de manibus laicorum eripuerit: nā nec eo caſu præter cathedraticum, & quæ cæteris imponuntur, aliquid exigi poterit.

b cap. ſignificauit. d. tit.

c cap. eccleſijs. extrau. eod. tit.

*Ex cauſa & non in propriam utilitatem poteſt Epiſcopus nouum cenſum conſtituere, uel augere ueterem, accedente conſenſu capituli. h. d.*

Quod autem diximus, Epiſcopū nec nouū poſſe cenſum imponere, nec augere veterem, ita intelligi oportet, ſi in propriam velit vtilitatem conuertere. Cæterùm ſi non in ſuum, ſed in alterius ſibi ſubiectæ Eccleſię commodum, ex iuſta cauſa, vel nouum cenſum conſtituere, vel veterem augere, vel etiam minuere velit, Capituli accedente conſenſu, id ſibi minimè interdicitur.

*Prouinciæ et Eccleſiæ de nouo conuerſæ, in perſoluendis cenſibus ſeruabunt conſuetudinem uicinarum. h. d.*

Sed quis erit modus obſequiorum Metropolitano exhibendorum, ſi qua de nouo [d] cōuerſa prouincia, ad alicuius Eccleſiæ iuriſdictionē acceſſerit? Et ex facto reſpōſum eſt, id obſeruari debere, quod in vicinis prouincijs obſeruatum reperitur.

d cap. ſuper eo. extra. eod. tit.

*Epiſcopis uiſitantibus debetur procuratio. hoc dicit.*

Vlteriùs prælatis diœceſim viſitantibus [e], etiam procuratio debetur. Eſt autem procuratio neceſſariorum ſumptuum exhibitio. Nam cùm Apoſtolico teſtimonio ſuffragante congruum ſit, vt à quibus ſpiritualia recipimus, eiſdem etiam temporalia noſtra communicemus: rectiſsimè cōſtitutum eſt, vt cùm prælati diœceſim peragrando diuina nobis exhibent, illis etiam à nobis temporalia exhibeantur.

e extra. conſ. uaſ. eodem tit. & cap. cùm apoſtolus. extrau. eod. tit. & per totū tit. & in 6.

*Epiſcopus remittens Eccleſiæ ſeruitia, nō cenſetur remittere procurationē, ſed illam dare detrectantes poteſt excommunicare, et procurationi non præſcribitur. h. d.*

Et adeo viſitationi annexa eſt procuratio, vt ſi Epiſcopus [f] alicui Eccleſiæ omnia ſeruitia remiſerit, eidem viſitāti nihilominùs moderata debeatur procuratio: quam ſi viſitati exhibere negauerint [g], ſi quam in contumaces ritè tulerit ſentētiam, erit inuiolabiliter obſeruanda, cùm nec vllam aduerſus procurationem, quæ ratione viſitatio

f cap. cùm uenerabilis. ext. eod.

g cap. cùm nuper. eod. tit. extra.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

nis competit, præſcriptionem currere dignoſcatur[a].

a cap. accedentes. extr. de præſcript.

*Qui uiſitare poſsint, & quòd Archiepiſcopus poteſt uiſitare prouinciam, etiam cùm ſuffraganei non ſint negligentes.h.d.*

Viſitandi[b] verò ſolicitudo nō modò incumbit Epiſcopis, verùm etiam Archiepiſcopis, Patriarchis, ſedis Apoſtolicæ legatis, nuncijs, archidiaconis, & decanis: qui quidem ne non tam diuina, quàm propria quęſiuiſſe videri poſsint, cautè proſpicient, vt ea, quæ tam generali[c], quàm Lateranenſi Concilio[d] continentur, & quæ Innocentiana[e] conſtitutione, atq; alijs Canonibus ſalubriter conſtituta comperiūtur, inuiolabiliter obſeruent. Quod autem diximus, Archiepiſcopis viſitare licere prouinciam, ac procurationes à locis recipere viſitatis, tūc etiam ſibi locum vendicat, cùm eius ſuffraganei argui negligentiæ nomine non poſſunt: nec enim propterea minùs ſuam liberè viſitare prouinciam poterunt.

b cap. felicis. eo. tit. in 6. & clē. 1. d. tit. et cap. ſopitæ. & cap. cum inſtantia. ext. eod. tit.

c cap. 2. eod. tit. in 6.

d cap. cùm apoſtolus. extr. eod.

e cap. 1. eod. tit. in 6.

*Ob oratorium non eſt exigenda procuratio, & ob urgentem neceſsitatem poteſt Epiſcopus exigere charitatiuum ſubſidium.h.d.*

Poſtremò[f] admonēdi ſumus, propter priuatum oratorium, in quo quis interdum celebrat, procurationes, quę viſitationis ratione debentur, à quoquam exigi, vel extorqueri non poſſe: ſed nec alijs exactionibus ſubditos ſuos Epiſcopi grauare debent[g], niſi quandoque eiſdem multæ ſuperueniant neceſsitates: quibus caſibus, ſi manifeſta ac probabilis cauſa extiterit, cū charitate moderatum ab eis poſtulare ſubſidium ſubſtinendi erunt.

f cap. fi. ext. eod. tit.

g cap. cùm apoſtolus. §. prohibemus. ext. eod. tit.

## DE CAPELLIS Monachorum,

### TITVLVS XXII.

*Omnes Eccleſiæ poſitæ in diœceſi ſubſunt Epiſcopo, etiam monaſteria, & monachorum capellæ, niſi defendantur priuilegio, uel præſcriptione.h.d.*

Vſqueadeo autē omnes baſilicæ[h] per diuerſa loca cōſtructæ in Epiſcopi, in cuius territorio poſitæ ſunt, poteſtatē conſiſtunt, vt ſi Eccleſia[i], vbi monachi habitant, populi curam habeat, cùm per monachum plebs regi nō debeat, Capellanus ad conſilium monachorū ab Epiſcopo ſit inſtituendus: ita vt cōſuetudine, aut quouis ſtatuto cōtrario non obſtante ex ſolius Epiſcopi arbitrio, tam ordinatio eius, quàm depoſitio, & totius vitæ pendeat conuerſatio. Nec id mirum videri debet, cùm[k] monaſteria ipſa, & monachorum diſciplina, ſi nec priuilegio, nec legitima præſcriptione doceantur exempta, ad eum pertineant Epiſcopum, in cuius ſunt territorio conſtituta.

h can. omnes baſilicæ. 16. q. 7.

i cap. 1. extr. eod. et cap. 1. eod. tit. in 6.

k cap. pen. extra. de religi. domi. & cap. 2. ext. eod. tit.

De

## DE RELIGIOSIS domibus,

### TITVLVS XXIII.

*Xenodochia, Orphanotrophia, & loca ſimilia Epiſcopis ſubſunt, qui prouidere debent, ne illorum res diſsipentur. h.d.*

XEnodochia quoq;, Orphanotrophia, Brephotrophia, Noſocomia, Gerótocomia, aliaq; ſimilia loca, ad Epiſcoporũ [a], in quorũ ſunt diœceſi, ſolicitudinem pertinent, per eoſdemque ad eas vtilitates, quibus conſtituta ſunt, ordinanda, ac dirigenda erunt: nec poſtquam huiuſmodi loca ad hoſpitalitatis vſum [b], & pauperum proviſionem, Pontificis ordinatione deputata fuerint, ad profanos vſus conuerti poterunt: cùm ea, quæ ad certum vſum largitione fidelium ſunt deſtinata, ad alium, ſalua ſedis Apoſtolicæ authoritate, cóuerti non valeant.

a cap. de xenodochijs. ext. cod. tit.

b cap. ad hæc. extr. eod.

*Ordinarij loca pia & religioſa poſſunt reformare authoritate Apoſtolica, ſi opus ſit reformatione. h.d.*

Quinimò [c] ſi talium locorum Rectores exempti ſint, ſi tamen illorum cura poſtpoſita, bona & iura ipſorum ab vſurpatorũ manibus vendicare negligant, aut quoquo modo res illorum collabi ſinant, poterunt ordinarij authoritate Apoſtolica ſibi ex Vienneſi Concilio præſtita, loca ipſa ſalubriter reformare, & occupata, alienata, deperdita, vt in ſtatum priſtinũ redigantur, procurare: cõtradictoreſq; quoſcunq; per cenſuram Eccleſiaſticã, & alijs iuris remedijs cõpeſcere, licet nullum per hoc exemptionibus, ſeu priuilegijs, quò ad alia, præiudicium generari debeat.

c clem. 2. in prin. cod. tit.

*Xenodochia, & loca ſimilia non poſſunt in beneficium conferri, niſi certis caſibus. h.d.*

Eodem cauetur Cõcilio [d], vt nullus ex huiuſmodi locis ſecularibus clericis in beneficium conferatur, etiam ſi conſuetudine id fuerit aliàs obſeruatũ, niſi in illorum fundatione aliter cóſtitutũ fuerit, ſiue per electioné ſit de Rectore huiuſmodi locis prouidédum: ſed quòd eorum gubernatio viris ꝓuidis, ac boni teſtimonij cõmittatur, quos bona prædicta in alios vſus cõuertere, præſumptio veriſimilis non exiſtat.

d clem. 2. §. ut autem. cod. tit.

*Adminiſtratores hoſpitalium æquiparantur tutoribus. h.d.*

Vt autem [e] hi demandatæ ſibi curæ diligentiùs inſiſtant, in ſtar tutorum & curatorum debent iuramentum præſtare, ac de bonis inuentaria conficere: & ordinarijs, ſeu alijs, quibus loca huiuſmodi ſubsũt, vel deputandis ab eis, ſingulis annis de adminiſtratione ſua rationem reddere: quòd ſi ſecus à quoquam fuerit attentatum, prouiſio, ſeu ordinatio minimè valebit.

e d. clem. 2. §. 1. uerſ. illi etiam, eo. tit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Supra dicta non habent locum in hoſpitali bus militarium ordinum, aut religioſorum. hoc dicit.*

a clem. 2. §. præmiſſa. eod. tit.

Prædicta [a] verò ad hoſpitalia militarium ordinũ, vel aliorum religioſorum minimè extenduntur. Hi enim ſuorum ordinum inſtitutiones, & conſuetudines obſeruare cogendi erunt.

*Hoſpitalibus circa ſacramentorum exhibitionem ſeruanda eſt antiqua conſuetudo. h. d.*

b clem. 2. §. fi. eod. tit.

Sed [b] & ſi qua ſint hoſpitalia, altaria & cœmeterium ab antiquo habẽtia, & presbyteros celebrantes, & ſacramenta Eccleſiaſtica pauperibus miniſtrantes, quo ad exercenda, & miniſtranda ſpiritualia prædicta, antiquã conſuetudinem Viennenſe Concilium obſeruari voluit.

## DE SEPVLTVRIS, TITVLVS XXIIII.

*Cur in Eccleſijs & locis ſacris ſepulturæ conſtituantur. h. d.*

TRactemus nunc de ſepulturis, quæ quidem per fideles non, niſi in ſacris & religioſis locis, ideo conſtituuntur: & quòd minùs ibi ſpiritib. vexantur immundis, & quòd ſanctorũ illorũ commẽdantur patrocinijs, quorũ nomini Eccleſia, in qua corpora conquieſcunt, eſt conſecrata. Accedit [c], quòd defunctorum proximi ad ſacra loca veniẽtes, ſepulturãq; conſpicientes, ſuorum recordantur, & pro eis pias preces fundunt. Vnde [d] mortuorum ſepultura, & cœmeteria apud illas Eccleſias, & monaſteria ex antiquo diſpoſita eſſe comperiũtur, in quibus religioſorum conuentus ſunt conſtituti, vbi orationes, & miſſarum ſolennia, tam pro viuis, quàm pro defunctis, frequentiùs celebrantur.

c can. cùm grauia. 13. q. 2.

d cap. fraternitatem. in prin. extra. eod. tit.

*Vnuſquiſque habet liberã facultatem ſepulturam eligendi, & ſi quis non eligat, in parochiali Eccleſia, aut maiorum ſepulchris eſt ſepeliendus h. d.*

Regulariter igitur in parochiali Eccleſia, aut ibi quis ſepeliendus erit, vbi maiorum [e] ſuorum ſepulchra conſtituta reperiuntur: nulli [f] tamẽ propterea propriam, ſi contemptus abſit, negatur eligere ſepulturam: quod vſqueadeo obtinet [g], vt antiqua dimiſſa, nouam poſsit quis etiam in loco minùs religioſo ſibi deligere: nec ꝓpterea poterit hodie electio talis impugnari, licet antiqua iura ſup hoc diuerſa eſſe videantur.

e cap. 1. et cap. fraternitatẽ. extr. eod. tit.

f cap. in noſtra. extra. eod. tit.

g cap. 2. §. 1. eod. tit. in 6.

*Vxor non tenetur ſequi ſepulturam uiri; ſi uelit aliam eligere. h. d.*

Nec [h] vlla ſup hoc inter virũ & mulierem facienda eſt diſtinctio, quaſi vxor capitis ſui ſequi iudicium & ſepulturam ſit cõpellenda: ſed vtrique æqualis erit eligendi facultas, cùm huiuſmodi electio ad eum ſtatum pertineat, quo mulier à lege viri ſoluitur.

h cap. de uxore uerò. ext. eod. tit.

Si

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Si uxor ſepulturam non eligat, tenetur ſequi ſepulturam ultimi uiri, ſi plures habuerit. h. d.*

Si tamen ipſa ſibi ſepulturã non eligat, & plures fortè viros habuerit [a], cum viro vltimo, cuius domicilium retinet, tumulanda erit.

a cap. is qui. §. 1. eod. tit. in 6.

*Filiusfamiliâs licet non poßit aliquid relinquere pro anima, ſi careat caſtrenſi peculio, uel quaſi, tamẽ poteſt ſibi eligere ſepulturam, niſi ſit impubes: quo caſu poterit pater ſepelire illum, ubi uoluerit, niſi ſit conſuetudo in contrarium. h. d.*

De filiofamiliâs, an ſibi ſepulturam eligere valeat, dubitari poterit, & multum intereſt, an eius ætas intra pubertatis annos contineatur, an verò pubertatem exceſſerit: primo enim caſu ſepulturam eligere non poterit: permittendum [b] tamen erit patri, ſi id loci cõſuetudo patiatur, vbicunq; voluerit, illum ſepelire: quòd ſi cõſuetudo id nõ habeat [c], cũ ſuis maioribus, vel in parochiali Eccleſia tumulandus erit. Secũdo verò caſu, cùm pubertatem attigit, liberè abſq; patris aſſenſu ſibi ſepulturã eligere poterit, quãquam pro anima ſua præter patris aſſenſum aliquid iudicare non poſsit, niſi [d] caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe peculium habuerit.

b cap. de uxore. § fin. ext. eod. tit.

c cap. pen. eodẽ tit. in 6.

d d. cap. pen. in fin. in 6.

*Religioſi non poſſunt ſibi ſepulturam eligere. h. d.*

Impuberi ſimiles religioſi habentur: hi enim, cùm propriæ voluntatis libertatem [e] non habeant, eligere ſibi ſepulturam nequeũt, ſed apud propria monaſteria tumulandi ſunt, niſi adeo fortè ſint remoti, quòd ad ea, cùm moriuntur, cõmodè exportari nequeant.

e cap. fin. eod. tit. in 6.

*Non poteſt quis etiam iureiurando à ſeipſo abdicare liberam eligendæ ſepulturæ poteſtatem. h. d.*

Aliàs autem ſepulturæ vſque adeò libera eſſe debet electio, vt Bonifaciana [f] cõſtitutione cautum ſit, ne qui ad vouendum, iurandum, vel fide interpoſita, vel aliàs promittendum aliquos inducant, vt apud eorum Eccleſias ſepulturam eligant, vel iam electam vlteriùs non immutẽt, & ſecus factum omninò infringit.

f cap. 1. in princ. eod. tit. in 6.

*Mortuus ruri, qui ſepulturam non elegit, ſi ſine periculo poßit exportari, uel in parochiali Eccleſia, uel in maiorum ſepultura debet ſepeliri. h. d.*

Illud [g] tamen in dubium venire poteſt, ſi quẽ, dum animi, vel agri colẽdi cauſa ruſticatur, ruri inopino forſitan interitu, nec electa ſepultura contingat occumbere, an in Eccleſia ruri conſtituta, an potiùs in alia ſepeliri debeat? & reſponſum eſt, ſi abſq; periculo defunctus inde valeat exportari, non in Eccleſia ruri poſita, ſed in ſua parochiali, vel in qua maiorum ipſius ab antiquo ſepultura extitit, ſepeliendum fore.

g cap. is qui. in prin. eodẽ tit. in 6.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Quibus non communicamus uiuis, nec mortuis communicamus. h. d.*

Non tamen omnes, qui fato functi fuerint, Eccleſiaſticæ tradendi ſunt ſepulturæ: quibus [a] enim non communicamus viuis, nec defunctis communicare debemus. Vnde carebunt Eccleſiaſtica ſepultura, qui priùs erant ab Eccleſiaſtica vnitate præciſi. Igitur nec Paganus, nec Iudæus, nec hereticus [b], nec qui vſuras exercuit [c], nec qui ſibi mortem conſciuerunt, aut qui perſonis [d] Eccleſiaſticis violentas manus iniecerunt, nec homicidæ, nec incendiarij, aut Eccleſiarum violatores, nec inceſtuoſi, nec blaſphemi, nec vllus qui pro manifeſtis condemnatus eſt exceſsibus, Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi poterit.

a cap. ſacris. in prin. ext. eod. tit.

b cap. 2. in prin. de hæretic. in 6.

c cap. 2. de uſur. in 6. in prin.

d cap. fin. extra. eo. tit.

*Tumulati contra canones, ſunt exhumandi, ſi illorum corpora poſsint diſcerni à corporibus fidelium. h. d.*

Et ſi contigerit aliquãdo horum corpora in cœmeterio Eccleſiaſtico tumulari [e], ſi ab aliorum corporibus diſcerni poterũt, exhumari debent, & ab Eccleſiaſtica ſepultura procul iactari. Quòd ſi diſcerni non poterunt, cum excommunicatorum oſsibus corpora fidelium extumulanda non erunt, cùm licet non obſit iuſtis ſepultura nulla, vel vilis, celebris tñ, vel ſpecioſa non proſit improbis.

e cap. ſacris eſt. extra. eod. tit.

*Qui contemptis clauibus non humandos in locis ſacris humauerit, excommunicationem incurrit, à qua non eſt abſoluendus ante quàm arbitrio Epiſcopi ſatisfecerit. h. d.*

Si quis autem [f] contemptis Eccleſiæ clauibus huiuſmodi perſonas, aut interdicti tẽpore quoslibet, in Eccleſijs vel cœmeterijs ſepelire auſus fuerit, ipſo facto, excommunicationis ſententiam incurret: à qua, niſi priùs ad arbitriũ diœceſani Epiſcopi eis, quibus iniuria irrogata fuerit, ſatisfactionem competentem exhibuerit, abſolui non poterit, nec vllũ circa præmiſſa contrà facientibus priuilegium ſuffragabitur.

f clem. 1. eod. tit.

*Reconcialiati, licet alioqui Eccleſiaſticæ ſepulturæ non eſſent tradendi, poſt reconciliationem tradi poterunt. h. d.*

Sed hæc de illis intelligenda ſunt, qui impœnitentes deceſſerint, nec in articulo ſaltem mortis, Eccleſiæ reconciliati fuerint. Nam [g] ſi, dum forſitan in extremis agerent, legitimè abſoluti fuerint, Cœmeterium his & alia Eccleſiaſtica ſuffragia denegari non debent: hæredes tamen & propinqui, ad quos ipſorum bona peruenerint, vt pro eiſdem ſatisfaciant, ſi caſus exigat, Eccleſiaſtica ſunt cenſura compellendi.

g cap. fi. extra eod. tit.

*Cadauera punitorum pœnitentium ſunt tradenda ſepulturæ Eccleſiaſticæ. h. d.*

Ex his apparet, eorũ cadauera, qui poſt cõfeſsionẽ Deo per actam, pro ſceleribus ſuis in patibulis ſuſpendũtur [h], ad Eccleſiã eſſe deferẽda, & oblationes

h can. quæſitũ eſt. 13. q. 2.

pro

pro eis offerendas. Cùm enim pro peccatis ſuis pœnã extremã ſoluerint, & dignè pœnituerint, non iudicat Deus bis idipſum.

*Deprehenſi in ſcelere & uulnerati, ſi cõfeſſi ex uulneribus mortui fuerint, item improuiſo caſu oppreſſi, non priuantur Eccleſiaſtica ſepultura. h. d.*

a cano. fures. el pen. 13. q. 2.

Quin etiam [a] ſi, dum in ſcelere comprehenduntur, vulnerati fuerint, & ſacerdoti poſtmodũ confeſſi, ex vulneribus acceptis deceſſerint, communio eis minimè denegabitur: quanquã ſi, dum ſeipſos defendũt, interfecti fuerint, aliud ſit ſtatuendũ. Is autem, quẽ caſus improuiſus opprimit [b], ſi nihil aliud obſiſtat, Eccleſiaſtica ſepultura non arcebitur.

b cap. ex parte parentũ. ext. eod. tit.

*Pro ſepultura nõ poſſunt clerici aliquid exigere, nec conſuetudo in contrarium ualet, poſſunt tamen ſponte oblatum accipere. h. d.*

Illud etiam atq; etiam admonendi ſumus, ſacris Canonibus penitùs interdici [c], ne quis terrã pro ſepulchro vendere, aut pro hominibus ſepeliẽdis quoquo modo munera [d] exigere audeat, niſi fortè ſepeliẽdus Eccleſię in cuius atrio [e] ſepelitur, aliqd viuens tradi iuſſerit, aut poſt mortem ipſius parentes, proximi, vel hæredes pro luminaribus, vel eleẽmoſyna aliquid vltrò dare voluerint: quo caſu ſpõtè oblatum licitè recipi poterit: peti [f] verò, vel aliquid exigi eſt omnino vetitum, ne aut venalis dicatur Eccleſia, aut clerici hominũ interitu gaudere videantur, ſi ex illorum cadauerib. ſtudeant habere compẽdium, nec obtẽtu cuiuſquã cõſuetudinis, niſi pia & laudabilis fuerit, reatum ſuũ quis excuſare poterit.

c cap. pen. ext. eod.

d cano. queſta eſt. §. unde. 13. q. 2.

e cano. præcipiendum. d. 13. q. 2.

f d. cano. queſta. §. peti.

## DE CANONICA portione,

### TITVLVS XXV.

*Quid ſit Canonica portio, & quòd eſt duplex, parochialis & Epiſcopalis, & quòd parochialis debetur curato de relictis factis Eccleſiæ, in qua quis poſthabita propria Eccleſia elegit ſepeliri. h. d.*

CAnonica portio eſt, quæ de relictis, & prouentibus Eccleſijs obuenientibus detrahitur, & prẹlatis debetur. Eſt autẽ duplex, Parochialis & Epiſcopalis. Parochialis eſt, quæ Parochiali Eccleſiæ, vel ipſius Curato, & Rectori debetur. Sciendũ eſt enim, ſi quis in alia Eccleſia, quàm in ea, in qua diuina audit officia, & Eccleſiaſtica ſacramenta percipit, ſepulturam ſibi elegerit (quod quibus caſibus fieri poſſit, proximè expoſuimus) ne parochialium Eccleſiarum Rectores, quibus cura incumbit animarũ, debitis fraudẽtur ſubſidijs, conſtitutum eſſe [g], vt Curatus de his rebus, quas defunctus ꝑ anima ſua in vltima diſpoſitione reliqt Eccleſię, in qua ſepeliri elegit, quartã partẽ percipiat, aut aliam, quã legitima conſuetudo præfixerit.

g cap. cùm ſuper. et cap. ſeq. ext. de ſepult.

*De his, quæ quis uiuens, & ſanus contulit alicui Eccleſiæ, Curato non debetur Canonica portio: ſecus, ſi infirmus, & ex eadem infirmitate decedens. h. d.*

Sed etſi nihil quidem teſtamento quis reliquerit, ſed in ægritudine[a] cõſtitutus cũ bonis ſuis ad loca religioſa ſe trãſtulerit, Eccleſiæ parochiali Canonica portio debetur, ſi modò ille de eadẽ ægritudine deceſſerit. Quòd ſi ſanus ad ea loca ſe tranſtulerit, de his, quę locis ipſis cõtulit, cogi nõ poterit aliquid Eccleſię, à qua diſceſſit, impertiri: quia liberum eſt eis tunc bona ſua nõ ſolùm religioſis, ſed etiã quibuslibet priuatis conferre.

a *cap. de ijs. ext. de ſepu.*

*Canonica portio ſoluitur Eccleſiæ, in qua quis diuina percipit: & ſi duo quis habeat domicilia, diuidetur inter Eccleſias duorum domiciliorum. h. d.*

Dubitari tamen poteſt, ſi cuius[b] maiores antiquitùs in aliqua Eccleſia ſepeliri conſueuerant, ea dimiſſa alibi ſepulturã elegerit, num dimiſſæ Canonica portio debeatur, an parochiali? Et ſtatutum eſt, illi perſoluẽdam, in qua quis audire diuina, vel ſacramenta recipere debet. Quòd ſi is, qui duo habet domicilia, ſeq; in vtroq; collocat æqualiter, in loco tertio ſepulchrum eligat, domiciliorum Eccleſię inter ſe Canonicam portionem diuident.

b *cap. 2. de ſepul. in 6.*

*Ponit, de quibus rebus parochialis non detrahatur. h. d.*

Sunt[c] tamẽ quædam relicta, ex quibus Canonica portio detrahi non debet, vtpută ſi quid pro fabrica, pro luminarijs, pro anniuerſario, pro equis[d], vel armis contra infideles exercẽdis, vel aliàs ad perpetuum cultum diuinum, vel particulari perſonæ legantur: de quib. omnibus, niſi ea machinatione facta fuerint, vt parochialis Eccleſia fraudetur, huiuſmodi portio detrahenda non erit.

c *cap. fin. ext. de teſtam.*

d *cap. in noſtra. ext. de ſepultu.*

*Minores, & Prædicatores indiſtinctè de omnibus obuentionibus parochialem portionẽ ſoluere tenentur. h. d.*

Sed iſtud[e] quidem ita demũ obtinet, ſi neq; in Minorũ, neq; Prædicatorũ quis Eccleſijs ſepulturã ſibi elegerit: hoc enim caſu dictorum ordinũ fratres de omnibus obuẽtionibus, tam funeralibus, quàm quibuſcunq;, & quomodocunq; relictis, diſtinctè, vel indiſtinctè, ad quoſcunq; certos, vel determinatos vſus, etiam de quibus Canonica portio dari, ſiue exigi non cõſueuit, vel de iure nõ debet, nec non de datis, vel qualitercunq; donatis in morte, ſeu mortis articulo, in infirmitate donantis, vel dãtis, de qua deceſſerit, quomodocũque, directè, vel indirectè, quartam partem parochialibus ſacerdotibus, & Eccleſiarum rectoribus integrè largiri tenentur.

e *clem. 2. §. uerùm. & per totũ tit. de ſepultu.*

*Canonica Epiſcopalis eſt, quã detrahit Epiſcopus*

*ſcopus de relictis pro anima, quam teſtator prohibere non poteſt, & ubi eadem ratio, eadem debet eſſe iuris diſpoſitio. h. d.*

Canonica portio Epiſcopalis eſt, quæ de relictis alicui Eccleſiæ pro anima ab Epiſcopo deducitur. Nam veluti parochialis Eccleſia pro labore, & cura, quam geſsit animarum, certam portionem detrahit de relictis alteri Eccleſię, in qua quis ſepulturam elegerit: ſic etiam licebit ipſi Epiſcopo [a], niſi ſibi quadragenaria [b] obſtet præſcriptio, curæ paſtoralis intuitu, quam diœceſi ſuperintendens ſuſcipit de relictis, & pro anima cuiuslibet Eccleſiæ oblatis Canonicam ſumere portionem: etiam ſi teſtator expreſſerit, quòd nō Epiſcopi velit eſſe relictū, ſed tantùm Eccleſiæ, cùm priuata teſtatoris diſpoſitio generalem Canonis conſtitutionem immutare nequeat [c].

a *cap. requiſiſti. in prin. ext. de teſta*

b *cap. de quarta. ext. de præſcrip.*

c *d. cap. requiſiſti. uerſ. ſecùs autem.*

*Eccleſiæ debetur Canonica portio de relictis Epiſcopo, quam tamē poteſt teſtator prohibere. h. d.*

Item [d] ex contrario, quemadmodū Epiſcopo ſua portio cōpetit, ſi quid Eccleſiæ relinquatur: ita ſi quid Epiſcopo relictū fuerit, Eccleſia de illo Canonicā petere portionem poterit. Sed hoc caſu, ſi teſtator exprimat, q; velit illud Epiſcopi tātùm eſſe, non Eccleſiæ, teſtatoris erit ſeruanda diſpoſitio.

d *cap. requiſiſti. §. ſi ab extraneo. ext. de teſt.*

*Si quid ſimpliciter Epiſcopo à coniuncto fuerit relictum, in dubio non debetur Eccleſiæ Canonica portio, ſecus ſi ab extraneo. h. d.*

Sed [e] in hac ſpecie multum intererit, qua legandi formula teſtator vſus fuerit. Nam ſi ſimpliciter dixerit, *Rem talem relinquo*, diſtinguendum eſt, Epiſcopi propinquus leget, an extraneus. Primo enim caſu, cùm nō Eccleſiæ relictum præſumatur intuitu, niſi fortè id probetur, ſed perſonæ, de relicto in vita Epiſcopi Eccleſia petere nihil poterit. Contraria obtinet præſumptio, & diſpoſitio, ſi ab extraneo quid Epiſcopo relictum fuerit.

e *d. cap. requiſiſti. §. ſi uerò.*

*Si quid coniunctim legetur Epiſcopo, & Eccleſiæ, fit inter ipſos diuiſio, etiam ſi teſtator hoc reliquerit Epiſcopo, illud Eccleſiæ: niſi ſtare uelint teſtatoris uoluntati, quod ob fauorem ultimæ uoluntatis conceditur. h. d.*

Quòd ſi [f] coniunctim dictum fuerit, *Relinquo rem Epiſcopo, & Eccleſiæ*, de ea inter ipſos Canonica diuiſio facienda erit. Si verò iſtud Epiſcopo, & illud Eccleſię relinquatur, relicta inter Epiſcopum, & cathedralem Eccleſiam ad Canonicā diuiſionem ſunt redigenda: niſi ambo teſtatoris velint eſſe diſpoſitione contenti, quam propter vltimę voluntatis fauorem obſeruare eſt ſatis cōdecens, vbi neq; fraus interuenit, nec alterveter nimiùm debita portione fraudatur.

f *d. cap. requiſiſti. §. quid ſi. & ſeq. ext. de teſt.*

*Cum Eccleſiis inferioribus Epiſcopus non diuidit ſibi relictum, ſed bene detrahit quartam de relictis dictis Eccleſijs. h. d.*

a l. cap. requiſiti. §. ſecùs autem. ext. de teſta.

Secùs [a] autem eſt, ſi quid legetur Epiſcopo, & capellis, vel monaſterijs, aut alijs pijs locis: nã hoc caſu, quod Epiſcopo legatur, eius præcipuum eſt: cum Eccleſia cathedrali, & de illis quæ alijs locis legantur, portionem Canonicam nihilo minùs obtinebit. Et hæc ideo tã variè, quia non tanta inter monaſteria aut capellas eſt communio, quanta inter Eccleſiam cathedralem & Epiſcopum, qui cathedrali ſpirituali copulatus eſt coniugio: vnde & quæ acquirit Epiſcopus, non illis, ſed iſti tantùm acquirit.

*Si teſtator aliquid Epiſcopo, aliquid Eccleſijs reliquit, & iuſsit Epiſcopum eſſe contentũ ſuo relicto, poſthabita detractione quartæ, ſeruanda eſt teſtatoris uoluntas, niſi ſit facta in fraudem. h. d.*

b cap. officij. & infrà. ext. de teſtam.

Hoc autem tunc obtinere oportet, ſi ſimpliciter Epiſcopo legatũ factũ fuerit: cęterùm ſi eam adiecerit conditionẽ teſtator, vt Epiſcopus ſuo ſit legato contentus [b], & ipſe legatũ agnouit, quia per hoc alijs renunciaſſe videtur, de cæteris portionẽ exigere non poterit. Sed ſi conſtiterit, quòd eadem adiecta cõditione in fraudem modicum conſtituit mortuarium, vt Epiſcopus portione debita fraudetur in cæteris, quia dolus cuiquam patrocinari nõ debet, poterit is etiam ex alijs relictis exigere portionẽ à Canonę conſtitutam, ſaluis tamen indulgentijs, quæ à Roman. Põtifice quibuſdam regularibus ſunt conceſſæ.

*Relictum ei, qui poteſt proprium poßidere non habenti prælationem, uel adminiſtrationẽ, à quocunq;, præſumitur relictum intuitu propriæ perſonæ, non Eccleſiæ. h. d.*

c cap. requiſiti. §. illud. ext. de teſtam.

Illud [c] etiam generaliter obſeruandum eſt circa eũ, qui propriũ poſsidere poteſt, prælationem, vel adminiſtrationem Eccleſiæ non habentem, quòd ſi ei aliquid relinquatur ſpecialiter, non ſolùm à propinquo, verùm etiam ab extraneo, non intuitu Eccleſiæ, ſed perſonæ eſſe relictum intelligitur, niſi probatio in contrariũ appareret: & idcirco de illo, nec Epiſcopus, nec Eccleſia poteſt in vita eius ſibi aliquid vendicare.

*Epiſcopalis & parochialis pari paſſu ambulant. h. d.*

Item de quibus relictis parochialis portio non detrahitur, nec Epiſcopalis detrahẽda erit.

## DE DECIMIS,

### TITVLVS XXVI.

*Ponit ſubordinationem tituli ad præcedentia, & ſequentia. h. d.*

Explicito tractatu rerum, quę ſpiritualitate quadam cõtinentur & cẽſentur, ſupereſt nũc, vt de rebus Eccleſiaſticis quidẽ, ſed temporalibus, illarumque adminiſtratione di-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

camus. Sed cùm decimæ mediam quandam inter ſpirituales res & temporales naturam obtineant, quippe quòd ipſum decimãdi ius ſpirituale ſit, fructus verò ipſi decimarum temporales & profani, meritò de his quaſi in confinio quodam, tractatus habendus erit, & tam præcedẽtibus, quàm ſubſequentibus annectendus. Quod eo etiam congruentiùs poſſe fieri videtur, ꝙ & proximè de ijs, quæ ſacerdotibus, & Eccleſijs parochialib. debentur, & ſimilẽ naturã habere videntur, loquuti fuimus, & ipſarum quoq; decimarũ ad parochiales Eccleſias iure communi ſpectat perceptio.

*Quid ſit decima. h. d.*

Decima eſt quota bonorum mobiliũ pro Deo, tam diuina, quàm humana cõſtitutione debita[a].

a *cap. parochianos. ext. cod.*

*Decimarum aliæ perſonales, aliæ prædiales. h. d.*

Decimarum duæ ſunt ſpecies: perſonales, & prædiales. Perſonales ſunt, quæ ex ijs prouẽtibus deducuntur, qui ex propria cuiq; ſolertia & induſtria obueniunt, vtputà de negotiatione, artificio, & militia. Prędiales ſunt, quæ ex fructib. prędiorum ſoluuntur, vt de vino, tritico, & his ſimilibus, quas in ſignũ vniuerſalis ſibi reſerti dominij reddi Deus pręcipere voluit[b].

b *cap. tua nobis. uerſ. nimis. ext. co.*

*Perſonales præbendæ debẽtur Eccleſiæ, in qua quis ſacramenta percipit prædiales uerò Eccleſiæ, in cuius finibus ſunt conſtituta prædia, niſi aliud inducat conſuetudo. h. d.*

Inter perſonales autẽ & prędiales decimas hoc intereſt, ꝙ pſonales illi ſolùm parochię debẽtur[c], in qua quis Eccleſiaſtica ſacramẽta pcipit, tametſi lucrũ alibi cõtigerit: prędiales verò[d], ſi ex prędijs in aliena parochia conſtitutis fructus collecti fuerint, ei debẽtur Eccleſię regulariter, in cuius territorio prædia ſunt cõſtituta: quanquã ſi cõſuetudo aliud introduxerit, ſeruanda erit[e].

c *ad apoſtolicæ. §. noueris. ext. cod. tit.*

d *cap. fi. ext. de paroc. et cap. cùm in tua. in fin. ext. cod.*

e *d. cap. ad apoſtolicæ. in fin.*

*Perſonales decimæ, quæ ſoluũtur ex reb. uẽditis et paratis pecunia decimata, ſoluũtur deductis impẽdijs, ſecus uerò prædiales, et fructus nõ, niſi cũ onere decimarũ, alienari poſſũt. h. d.*

Item ſi perſonales, quę de rebus acquiſitis, vel factis ex pecunia decimata, ſi vẽdantur, ſoluẽdę ſint[f], vtputà ſi vendatur domus, ager, vinea, molendinum, grex, aut merces, quęlibet expẽſę priùs, quas qs in reb. parãdis fecerit, deduci debẽt, & de reſiduo, quaſi de lucro, decimę præſtabũtur. Expẽſæ verò etiã ſeminis, quę fiunt pro percipiendis fructibus, ex illis, de quibus fructus ꝓueniunt, etiã ſi decimatæ fuerint, nõ deducẽtur: quoniã, ſalua decima, fructus efficiũtur eorũ, qui expẽſas ipſas faciunt: ſed nec fructus ipſi, niſi cũ onere decimarum, alienari poterunt.

f *cap. paſtoralis officij. ext. cod. tit.*

*Non deducuntur impenſæ factæ pro inſtau randis rebus, de quibus ſoluendæ ſunt decimæ, tam perſonales, quàm reales. h. d.*

Illud commune tamen eſt tã perſonalibus, quàm prædialibus, quòd expẽſę, quę factæ fuerint pro reſtaurando [a] detrimento rerum, ex quibus decimę perſoluuntur, vt ſi pars aliqua moriatur armenti, vinea fiat deterior, mercis depereat portio, de prouentibus decimandis minimè deduci debent. Cuius rei illa eſt ratio, quòd penes Dominum res inſtauratæ remanent.

a cap. paſtoralis. §. nec pro. eod. tit. ext.

*Cẽſus & tributa de fructibus, de quibus decimæ ſoluendæ ſunt, non debent deduci. h. d.*

Sed [b] nec cenſus, nec tributa de fructibus, de quibus decimæ perſoluendæ fuerint primitùs deduci poterunt. Cùm [c] enim in ſignum vniuerſalis dominij, quaſi quodam ſpeciali titulo decimas ſibi Dominus reſeruauerit, conſequẽs eſt, vt in pręrogatiuam dicti generalis dominij decimarum ſolutio, cẽſuum & tributorum præcedat exactionem: vel ſaltem hi, ad quos cenſus, vel tributa peruenerint, quoniam res cum ſuo tranſit onere, decimas ſoluere per cenſuram Eccleſiaſticam compellantur.

b cap. cùm nõ. ext. eod.

c cap. tua nobis. circa medi. eod. tit. ext.

*De omnibus prouentibus decimæ ſolui debent. h. d.*

Eadem [d] ratione conſtitutũ eſt, vt non ſolùm de vino & grano, fructibus arborum, & horto rum decimæ perſolui debeant, ſed etiam de pecoribus, de venationibus, negotiationibus, de ipſa etiam militia, & deniq; de omnibus bonis, & prouentibus omnibus, ita vt qui de his eas cum integritate ſoluere neglexerint, Eccleſiaſtica diſtrictione percelli debeant.

d cap. ex parte. & cap. ſeq. ext. eodem. tit.

*Omnes tenentur ſoluere decimas, tam Chriſtiani, quàm Iudæi. Iudæi tamen tantùm prædiales tenentur ſoluere, Chriſtiani & prædiales, & perſonales. h. d.*

Illud etiam nullã recipit dubitationẽ, ad ſolutionem earũ quemlibet teneri, niſi quis ſpeciali priuilegio ab ipſarum præſtatione doceatur exẽptus. Vnde non ſolùm Chriſtiani, ſed etiam Iudæi tenebuntur. Inter eos tamen illa eſt differentia, quòd fideles ad perſonales & prædiales præſtandas indiſtinctè tenẽtur: Iudæi verò [e] ad prædiales tantùm, quas ſi recuſent ſoluere, ad ipſas poſſeſsiones renũciandas compellendi erunt, ne fortè hac occaſione Eccleſię ſuo iure fraudari valeant.

e cap. de terris. ext. eod. tit. & cap. pen. in fin. ext. de uſur.

*Monachi, regulares, & clerici communiter uiuentes ſoluunt prædiales decimas, & quòd nouale, eſt ager de nouo redactus ad culturam. h. d.*

De monachis & regularibus, ſeu clericis communiter viuentibus videamus, & ſanè nulla ſinit ratio, vt ab his de laborib. [f] ac nutrimentis proprijs deci-

f cano. decimas à populo. 16. q. 1.

mæ

mæ extorqueantur: ad prædiales tamen etiam de noualibus, de quibus antea decimæ ſoluebantur, tenebuntur. Eſt autem nouale [a], ager nũc primùm proſciſſus, & nuper ad culturam redactus: de quo, quòd aliquãdo cultus fuerit, memoria non extat.

a cap. quid per nouale. ext. de uer. ſign.

*Decimas ſoluere tenentur monachi, & alij communiter uiuentes etiam de prædijs de nouo acquiſitis, & proprijs manibus excultis, niſi obſtet aliquod priuilegium. h. d.*

Sed & ſi ijſdem poſſeſsiones pia fidelium deuotione collatę fuerint, aut pro monaſterijs de nouo fundãdis comparatę, vel quoquo modo recenter acquiſitæ, etiamſi eas proprijs manibus aut ſumptibus excolant, nihilo minùs decimas perſoluẽt Eccleſijs, quibus ratione taliũ prędiorum antea ſoluebantur, niſi [b] ſuper hoc ſpeciali iure, vel priuilegio muniti eſſe probentur.

b cap. 2. § cæterùm. eod. tit. in 6.

*Priuilegium tollitur re præiudicata et præſcriptione. h. d.*

Sed [c] nec ſemper eis priuilegium ſuffragabitur: nam ſi res iudicata obſiſtat, vel priuilegio muniti decimas per quadraginta annorum ſpacium ſoluerint, cùm liberum ſit vnicuique iuri proprio renunciare, præſtatione tanti temporis proprio priuilegio detrahere voluiſſe præſumuntur, & ea propter ad decimarum præſtationem compelli poterunt.

c cap. ſi de terra extra. de priuile.

*Priuilegia ſunt interpretanda, ut nemini indebitè damnum inferant. h. d.*

Item ſi poſt initam inter aliquos ſuper decimis conuentionem certi tenoris priuilegia obtenta fuerint, niſi cõuentioni ꝑ ea derogetur expreſsè, illis nõ obſtantibus, erit inuiolabiliter obſeruanda: ita enim huiuſmodi priuilegia ſunt accipienda, vt nemini læſionem, præcipuè enormem, inferre debeant. Vnde [d] ſi per huiuſmodi conceſsiones parochiales Eccleſias adeo grauari contingat, vt Rectores de reditibus earũ congruè ſubſtentari, & Epiſcopo debita ꝑſoluere non poſsint, per locorum Ordinarios ita prouidendum erit, vt eiſdem Rectoribus tantum relinquatur, quòd & cõpetentem ſubſtentationem habere, aliaque onera debita ſupportare valeant.

d cap. 2. § ubi autem. eod. tit. in 6.

*Priuilegiati ſuper decimis, tenẽtur illas ſoluere de prædijs conductis & priuilegiatus ſuper laboribus proprijs ſoluet decimas ſuper prædijs locatis. h. d.*

Super decimis quoque non ſoluendis priuilegiati, ſi aliena prædia conduxerint [e], priuilegio minimè obſtante, de conductis prædijs ſolitas decimas parochijs ſuis integras perſoluẽt. Idemq; erit de locatis prædijs, ſi priuilegiatus ſup laboribus, quos proprijs vel manibus, vel

e cap. dilecti filij: & cap. ex parte. extra. eod. & capit. ſeq.

ſumptibus excoleret, terras ſuas alijs locauerit.

*Laici, & etiam Imperator non poſſunt concedere priuilegium ſuper decimis non ſoluendis. h. d.*

Generaliter autem, niſi huiuſmodi immunitatum priuilegia ab Apoſtolica poteſtate obtenta fuerint, nullam habebunt efficaciam, ideoque [a] etiam Imperialis conceſsio quantumcunque concepta generaliter, cùm nulla ſit laicis de ſpiritualibus diſponendi facultas, à ſolutione decimarum neminem poterit eximere: imò ſacrilegij [b] crimen incurrit, qui de manu laicorum rem Eccleſiaſticam recipiet.

a *cap. tua. el 1. extra. eod tit.*

b *cap. dudum. §. cùm ſacrilegij. extra. eod.*

*Laicus etiam de manu clericorum non poteſt decimas recipere ſub pœna excommunicationis, & priuationis ſepulturæ, & clericus concedens deponetur. h. d.*

Ex contrario quoque laicus etiam à clericali poteſtate decimas recipere, & in alium, velut hæreditario iure, tranſmittere non poterit: & ſi ſecus actũ fuerit, & qui cõceſſerit, à ſtatu ſuo deijcietur [c], & qui receperit, & Eccleſiæ non reddiderit, & viuens excommunicationis vinculo [d] innodabitur, & mortuus Eccleſiaſtica ſepultura carebit [e].

c *cap. quãuis ſit. in fin. extr. eod.*

d *capitu. ad hæc. eo. tit. extra.*

e *cap. prohibemus. extra. eod. tit.*

*Reditus decimarum locari poſſunt, dum modò locatio non ſapiat alienationem. h. d.*

Si [f] quis tamen, cùm Eccleſię ſuę conditionem meliorem facere poſsit, decimarum ſuarũ prouentus alicui locare velit, dummodò huiuſmodi locatio ad feudum, vel alienationẽ non videatur extendi, id facere minimè impedietur.

f *cap. 2. extr. locati.*

*Epiſcopo debetur à Rectoribus quarta decimarum, quas exigunt, niſi præſcripta fuerit. h. d.*

Poſtremò ſciendum eſt, quòd veluti parochialibus Eccleſijs (ſecundum ea, quę proximè expoſuimus) decimæ debentur, ita etiam decimarum ipſarum quarta Epiſcopo à Rectoribus Eccleſiarum, niſi legitima obſtet præſcriptio [g], perſoluenda erit.

g *cap. de quarta. extra. de præſcrip.*

## DE REBVS ECCLEſiæ alienandis, vel non,

### TITVLVS XXVII.

*Regulariter Epiſcopus non poteſt aliquid agere ſine conſenſu, uel conſilio capituli. hoc dicit.*

TRactemus nunc de rebus temporalibus Eccleſiarũ, illarumque adminiſtratione & alienatione, ſine quibus ſpiritualium dignitas haud facilè conſiſtere poteſt. Et quidẽ illud in primis firmare nos oportet, nihil Epiſcopum regulariter ſine conſenſu ſui Capituli, vel conſilio poſſe ſuper his ſtatuere: cùm velut caput ad membra, ita ſeſe prælatus habeat ad Capitulum. In eo autem totius

tius videtur eſſe conſenſus Capituli, cui & maior & ſanior fratrum acceſſerit ſententia.

*Alienatio rei Eccleſiaſticæ facta ſine utilitate Eccleſiæ, & clericorum conſenſu, non ualet, & quid contineat Alienationis uerbum. hoc dicit.*

Ex his conſequens eſt, vt rerum Eccleſiaſticarum abſq; clericorum ſubſcriptione [a], & Eccleſiæ vtilitate, & Romano inconſulto Pontifice [b], ab Epiſcopo facta donatio, vel alienatio, vel ſuppoſitio non teneat, niſi eam poſtmodum ratam habeant [c]. Prælatus enim Eccleſiaſticarum rerũ procurator eſt, non dominus: & conditionem Eccleſiæ meliorem quidem facere poteſt, deteriorẽ verò nõ poteſt. Quòd ſi [d] ſecùs factũ fuerit, nec quod geſtum eſt, vires vllas ſortietur, & Canonum temeratores tam ſeculariũ, quàm Eccleſiaſticarum legum pœnis ſubiacebunt. Alienationis [e] autem verbum continet hoc loco venditionem, permutationem, hypothecam, donationem, conductionem, emphyteuſim, & omnem conuentionem, per quã dominium transfertur.

a *can. placuit. & can. ſeq. 12. q. 2. & cap. ſi quis. et cap. præcedere. ext. eod.*
b *capit. 2. in prin. eod. tit. in 6.*
c *cap. 3. in fi. extra. de iis, quæ fiunt à prælat.*
d *extra. commu. uni. eo. tit.*
e *cap nulli. §. alienationis. eod. tit. extra.*

*Eccleſiam ſuam nõ poteſt quis grauare pro alienis debitis, & debita neceſſaria facta à prædeceſſore luenda ſunt. Idem ſi clericus de mandato fideiuſſerit, aut in rem ipſius Eccleſiæ mutuum uerterit. h. d.*

Sed [f] nec commiſſam ſibi Eccleſiam pro alienis grauare debitis, aut literas alicui, vel ſigilla concedere, quibus Eccleſia poſsit obligari, aliquis audere debet: alioqui nec Eccleſia ad talium debitorum ſolutionem tenebitur, & qui id auſus fuerit, à ſpiritualium & temporalium adminiſtratione ſuſpenſus erit. Debita [g] tamen à prædeceſſore ſuo pro Eccleſiæ neceſsitate contracta, ſoluere proculdubio tenebitur. Idem, ſi clericus de mandato fideiuſſerit [h], aut ſi non de mandato, in rem tamen Eccleſiæ, mutuum verterit.

f *cap. 2. extr. de fideiuſſ.*
g *cap. 1. extr. de ſolution.*
h *cap pen. extra. de fideiuſſ.*

*Poteſt prælatus rem non magni ualoris in aliquem bene meritum transferre, & terram gratia fabricandæ Eccleſiæ alicui concedere. hoc dicit.*

Excipiuntur tamen nonnulli caſus, in quibus donandi, permutandi, locandi, libertatem, feudum, & emphyteuſim dandi, aut aliter alienãdi iure licentia conceditur. Nam [i] ſi quid prælatus non magni valoris alicui fortè ob bene merita donauerit, præſertim ſuadente cõſuetudine, iure ſubſtinebitur donatio. Multò magis idem erit ſtatuendum, ſi quid fortè ſoli ad Eccleſiæ fabricam erigendam conceſſum fuerit: quo caſu tantum donare licet, quantum Eccleſiæ parietes concludere poſſunt.

i *capit. cæterũm. extra. de donat.*

*Prouentus Eccleſiaſtici poſſunt uendi ad modicum tempus, & ad precariam concedi, quæ renouandæ erunt de quinquennio in quinquennio h. d.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Idem iuris erit & de redituum fructuumque venditionibus ad tempus modicum faciẽdis, & de precarijs, quæ quandoque de Eccleſiarum poſſeſſionibus fieri ſolent, quæ ne temporis longinquitate iuris Eccleſiaſtici pereat memoria, de quinquennio [a] in quinquennio renouandæ erunt.

a cap. 1. extr. de precar.

*Precarium ſoluitur ad beneplacitum concedentis, ſecus precaria, niſi ſit irrationabilis. hoc dicit.*

Diſtat autem precariũ à precaria: quia Precarium [b] tandiu conceditur, quoad is, qui conceſsit, patitur: Precarię verò nõ ſunt pro voluntate concedentium reuocandæ, niſi ſint irrationabiles: quo caſu poterit ſucceſſor à prædeceſſore cõceſſam precariam reſcindere & reuocare.

b cap. fin. ext. de precar.

*Ruinæ, prædia inculta, & ſyluæ extirpatæ, poſſunt ſub annuo cenſu concedi in emphyteuſim, & ſi per bienniũ in ſolutione cenſus ceſſatum fuerit, poteſt emphyteuta expelli. hoc dicit.*

Ruinæ quoque, quas Eccleſia reficere non valet, & inculta prædia, aut extirpatæ ſyluæ in emphyteuſim ſub annuo cẽſu his concedi poterunt, à quibus, vel ſuo, vel parentum [c] ſuorum labore conſtiterit extirpatas, niſi fortè poſsint alijs ad maiorem Eccleſiæ vtilitatem cum eodẽ onere conferri. Qui [d] tamen ſi per biennium in ſolutione Canonis ceſſauerint, niſi celeri ſatisfactione poſtmodũ ſibi conſulere ſtuduerint, iure expelli poterunt: nec quicquã eis proderit, quòd vt Canonem ſoluerent, ſibi nunciatum non fuit, cùm hoc caſu pręfixus dies pro domino interpellet.

c cap. ad aures. ext. eo.

d cap fin. ext. loca.

*Terrulas incommodas, & minùs utiles, itẽ ſeruos fugitiuos poteſt prælatus alienare. hoc dicit.*

Terrulas [e] quoque aut vineolas exiguas, & Eccleſiæ minùs vtiles, aut longè poſitas, vel domos, quæ Eccleſiæ plus incommodi, quàm vtilitatis afferunt, ſi neceſsitas fuerit, diſtrahendi poteſtatem Epiſcopus habebit. Simili ratione fugitiuos ſeruos, & qui de fuga reuocati, retineri non poſſunt, ſi voluerint, aut illi ex alio meruerint, Epiſcopis diſtrahendi poteſtas erit.

e can. terrulas. 12. q. 2.

*Feudum à uaſallo alienatum, & difficilis recuperationis, poteſt Epiſcopus alteri ſub cõditione recuperandi concedere. h. d.*

Sed & in feudum [f] certis caſibus, & iureiurãdo de non alienando minimè obſtante res Eccleſiaſticas concedere poterit, veluti ſi feudum per vaſallum alienatum fuerit, & per Epiſcopum id facilè recuperari non valeat: poterit enim per Epiſcopum illud alicui concedi, qui & ipſum recuperet, & in feudũ ab Eccleſia recognoſcat.

f cap. 2. extr. de feud.

Feudum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Feudum deuolutum poteſt per Epiſcopum alteri concedi. h. d.*

a cap. fin. ext. de feud.

Quinimò [a] etiam ſi talis neceſsitas non immineat, nihilo minùs alienantis filium, vel cõſanguineum, vel eiuſdem feudi conſortem poterit Epiſcopus inueſtire. Idem erit, ſi per obitum vaſalli feudum ad Eccleſiam remeauerit: nam & eo caſu inueſtire prçlatus alium liberè poterit, ſi Eccleſiæ viderit expedire.

*Qui aliquid contulerunt, uel acquiſiuerunt eccleſijs, poſſunt pro modo collati, uel acquiſiti manumittere, dum tamen manumiſſus cum poſteritate & peculio remaneat in patrocinio eccleſiæ. h. d.*

b cap. conſenſus. ext. eo.

Illud etiam Toletano Concilio [b] diffinitum reperitur, quòd ſi ſacerdotes aliquid Eccleſiæ ſuæ relinquunt, vel nihil habentes, aliqua prædia, vel familias Eccleſijs ſuis acquirunt, liceat eiſdem aliquos iuxta collatæ modum rei de familia eiuſdem Eccleſiæ manumittere, ita vt manumiſsi cum peculio & poſteritate ſua ſub Eccleſiæ remaneant patrocinio. Quòd ſi qui nihil de proprio [c] Eccleſiæ contulerunt, libertati ſeruos Eccleſiæ donare auſi fuerint, ex eodem Concilio Epiſcopus ſucceſſor ad Eccleſiæ ius reuocare poterit. Impium eſt enim, vt qui lucrum de rebus ſuis Eccleſiæ non contulit, damnum inferre valeat.

c cap. epiſcopi. ext. eod. tit.

*Princeps poteſt rem ſuam æqualem, uel maiorem cum Eccleſiaſtica permutare, & ſerui Eccleſiaſtici, ſi frugi ſint, præterquàm ad libertatem, commutari non poſſunt. h. d.*

Sed & Princeps [d], ſi cauſa ꝓbabilis id popoſcerit, cum re Eccleſiaſtica & immobili, rem ſuam maiorem, vel æqualem permutare poterit, pragmatica ſuper hoc præcedente forma. Eccleſiaſtica tamen mãcipia [e], quæ frugi fuerint, præterquàm ad libertatem, commutari non poterunt.

d cap. 1. extr. de rer. permutat.

e cap. mancipia. ext. de rer. permu.

*Epiſcopus poteſt permutare terras duarum Eccleſiarum ſuæ diœceſis, illarum accedente cõſenſu: & de temporalibus ad ſpiritualia non poteſt fieri permutatio. h. d.*

Epiſcopus quoq; duarũ ſuæ diœceſis Eccleſiarum terras, inuicem ambarum [f] partium accedente conſenſu, permutare poterit, & ſi alterius partis prædium valore præponderet, ad æqualitatem inducendam ab altera parte pecuniam refundi iubebit [g]. De temporalibus aũt ad ſpiritualia permutatio iure conſiſtere non poteſt [h].

f cap. 1. ext. eod. tit.

g cap ad quæſtiones. ext. de rer. permutat.

h cap. fin. de rer. perm.

*Res Eccleſiaſtica poteſt propter præſcriptionem legitimam ab eccleſia abduci, & detrahi. h. d.*

Præterea & ſi quis per tempora ſacris Canonibus definita rem Eccleſiaſticam iuſto titulo & bona fide ita poſſederit, vt nullo tempore rei conſcientiam habeat alienæ, completa præſcriptione, res poſſeſſa à iu-

ribus Eccleſiæ dubio procul intelligetur eſſe auocata.

*Decimæ, & oblationes præſcribi non poſſunt. h.d.*

Prouentus tamen primitiarum & decimationum præſcriptione tolli non poterunt, etiã ſi à Romano Põtifice laicus quilibet ſuper his reſcriptum impetrauerit.

## DE PECVLIO CLEricorum, relictis, & ſucceſſionibus eorum,

### TITVLVS XXVIII.

*Eccleſiaſticæ reputantur etiã res illæ, quas ſacerdos acquiſiuit, cùm tempore ſuæ promotionis nihil haberet, qui ſub pœnis hic contentis curabit, ut de rebus à ſe emptis ad nomen Eccleſiæ ſcripturam conficiat. h.d.*

ERgo res Eccleſiaſticas ab Eccleſiæ iuribus abdicare non licet. Eccleſiaſticas autem res intelligimus, nõ modò quas Eccleſiæ rationibus ſacerdos comperit aſſcriptas, ſed etiam eas, quas is emerit, cùm tempore ſuæ promotionis nihil haberet. Cùm igitur & hæc, tanquam de bonis Eccleſiæ quæſita eiuſdem eſſe intelligãtur, ne quando ius Eccleſiaſticum imminuatur, curabit ſacerdos, vt de his, quæ ſuperemerit, & ad ipſius Eccleſiæ nomen ſcripturam [a] conficiat, & Eccleſiæ relinquat, alioqui ab eius ordinatione diſcedet. Qui verò prætextu proprij [b], vel alieni nominis fraudem facere voluerit, ſacrilegij crimen incurret.

a cap. 2. ext. eod.

b cap. pen. ext. eod.

*Relictum ſacerdoti pro anima cenſetur relictum Eccleſiæ: ſecus eſt, ſi quid ei ſit relictum ſub onere fideicommiſſi. h.d.*

Sed & ſi nõ emerit, ſed ꝓ anima quiſpiam intuitu Eccleſię ſacerdoti reliquerit, adhuc idem ſtatuẽdum erit. Cõgruit enim, vt quemadmodum ſacerdos habet, quod eccleſię dimiſſum eſt, ita & Eccleſia id habeat, quod relinquetur ſacerdoti. Si quid tamen per fideicommiſſum, aut ſacerdoti, aut Eccleſiæ relictum fuerit, alteri poſtmodum profuturum, id inter Eccleſiaſticas facultates computandũ nõ erit.

*Bona quæſita ſacerdotibus intuitu Eccleſiæ, debent remanere apud Eccleſiam, nec de his poteſt quis teſtari, & quid contineatur nomine Eccleſiæ. h.d.*

Generaliter [c] igitur bona quęlibet ob eccleſiam acquiſita ſacerdotibus, ſiue mobilia, ſiue immobilia, poſt illorum obitũ debent apud eandem remanere, nec ſuper his vllum de iure teſtamentum fieri poterit. Nomine autem eccleſiæ, vbi clericorum eſt collegium, non Epiſcopus, vel morientis clerici ſucceſſor, ſed congregatio communis intelligitur, quæ rerum illarum curam & Canonicam debet habere diſtributionem. Vbi autem in locum defuncti vnus

c cap. relatũ. el 2 ext. de teſtam.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nus tantùm ſubſtituendus erit, is ea bona, velut & alia, diſpenſabit.

*Clerici poſſunt maximè accedente iuſta cauſa de bonis Eccleſiaſticis facere eleemoſynam. h d.*

a d cap. relatum. el 2. §. licet. ext. de teſtam.

Licet [a] autem clerici, nec de mobilibus ipſis teſtamentũ cõficere poſsint, conſuetudinis tamen eſt non improbatæ, vt de his pauperibus, & religioſis locis, & his qui viuẽti ſeruiuerint, ſiue ſint conſanguinei, ſiue extranei, aliqua iuxta ſeruitij meritum conferantur, non teſtamenti ratione, ſed eleẽmoſynæ duntaxat intuitu [b].

b cap. ad hæc. ext. de teſtam.

*Poteſt quis tantum legare de bonis Eccleſiaſticis, quantum contulerit Eccleſiæ. h. d.*

Item ſi tantũdem de proprij Iuris facultate contulerit Eccleſiæ, quantum de Eccleſiaſticis bonis legauerit, legatum ſubſtinebitur.

*Clerici poſſunt teſtari de his, quæ acquiſiuerunt non intuitu Eccleſiæ. h. d.*

c cap. quia nos. ext. de teſtam.

De his verò [c], quę aut paternę ſucceſsionis, vel cognationis intuitu, ſeu cõſanguineorum, vel amicorum munere, reſpectu nõ habito ad eccleſiam, ad clericos peruenerint, liberè teſtari poterunt.

*Clerico ingenuo deficientibus ſucceſſoribus ab inteſtato ſuccedit in totum Eccleſia h d.*

Quòd ſi deceſſerint inteſtati [d], nec aliqui fuerint inuenti, qui iure cognationis ipſis ſuccedere valeant, ſi ingenuis gaudeant natalibus, in integrũm tunc Eccleſia ſuccedet, nec cuiquam ex rebus eorum aliquid præſumere licebit.

d cap. 1. ubi etiã gl. ext. de ſucceſſ. ab inteſt.

*Bona ſerui promoti ad ſacros ordines ab inteſtato decedentis diuiduntur in quatuor partes, ut hic. h. d.*

Si verò ſeruus [e] ad ſacros ordines promotus, libertatem nactus fuerit, idemq́ue poſtea deceſſerit inteſtatus, nihil olim dominus de bonis eius vendicare poterit, ſed eius peculiũ in quatuor partes diuidetur, quarum vna Epiſcopo, altera Eccleſiæ, tertia pauperibus aſsignabitur, quarta parentibus: & ſi nõ ſint capaces parentes, Epiſcopus eam recipiet, & in vſum Eccleſię diligenter diſtribuet.

e cap. 2. ext. de ſucceſſ. ab inteſt.

FINIS LIBRI SECVNDI.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI LIBER TERTIVS.

## DE IVDICIIS, & illorum diuiſione,

### TITVLVS I.

*Quid ſit Iudicium, & quid cauſa. h. d.*

RESTAT, vt videamus de iudicijs. Poteſt autē Iudicium ita deſcribi, IVDICIVM eſt diſcuſsio cauſæ, quæ ritè fit in foro corā iudice: CAVSA verò eſt origo negotij, & materia iudicij.

*Quæ ſint iudicia ſecularia, & quæ Eccleſiaſtica. h. d.*

Summa diuiſio iudiciorum hæc eſt, quòd aut ſunt ſecularia, aut Eccleſiaſtica. Iudicia ſecularia ſunt, quę coram iudice laico inter perſonas ſeculares exercentur. Eccleſiaſtica verò ſunt, quæ coram iudice Eccleſiaſtico inter perſonas Eccleſiaſticas agitantur. Duo enim ſunt, quibus principaliter orbis regitur[a]: Authoritas ſacra Pontificum, & Imperialis ac regia poteſtas. Vnde ſicut ciuilium legū, non niſi ciuilis eſſe debet executor: ita etiam Eccleſiaſticarum Eccleſiaſticus Iudex eſt adminiſtrator.

a cap. ſolicitè. ext. de maiori et obe.

*Laicus à laico coram ſeculari iudice conueniri debet, niſi cauſa ſit ſpiritualis, uel ſimilis: & literæ impetratæ ad iudicem Eccleſiaſticū non tenent. h. d.*

Laicus[b] ergo à laico coram iudice ſeculari, non autem Eccleſiaſtico conueniendus erit: quod vſqueadeò obtinet, vt etiam ſi altervter litigantium ab Apoſtolica ſede literas ad Eccleſiaſticum iudicem impetrauerit, irritæ ſint & inanes. Si tamen cauſa ſit huiuſmodi, quę ad Eccleſiaſticum forum pertineat, qualis[c] eſt matrimonij, vſurarū, periurij, & ſimiles, licet inter laicos diſceptatio ſit, Iudex Eccleſiaſticus adeundus erit. Idem[d] iuris eſt, ſi vel à ſeculari iudice iuſtitia impetrari non poteſt, vel conſuetudo loci, vel miſerabilitas perſonarum Eccleſiaſticum iudicem compellandum ſuadeat.

b cap. licet. et cap. ſeq. ext. de foro compet.

c clem. 2. eod tit.

d cap. ex tenore. ext. de foro comp.

*Clerici habent priuilegium, ne coram iudice laico conueniri ualeant, cui non poteſt ullo pacto renunciari. In iudicem tamen Eccleſiaſticum non ſuum poſſunt conſentire, accedente conſenſu diœceſani. h. d.*

Pari[e] ratione tam Mileuitanenſi, quàm Carthaginenſi Cōcilio conſtitutum eſt, ne clerici clericos relicto ſuo Pōtifice, ad publica iudicia ſub pœna depoſitionis & amiſsionis proprio

rum

e cap. ſi diligenti. ext. de foro cōpet.

rum iurium pertrahant: cui beneficio, cùm non ſit perſonale, ſed collegio Eccleſiaſtico indultum, pactionibus priuatorum, aut iuramento illicito derogari non poteſt. In iudicem tamē non ſuum, ſi is perſona ſit Eccleſiaſtica, & Epiſcopi diœceſani conſenſus acceſſerit, clerici conſentire poterunt.

*Actor ſequi debet forum rei. h. d.*

Quòd ſi inter clericum & laicum contentio ſit, vt cognoſcamus, vtrùm Eccleſiaſticus, an ſecularis iudex cauſam dirimere debeat, diſpiciendum erit, quis rei cōuenti partes ſubſtinet. Nā ſi clericus, apud Eccleſiaſticum forum: ſi laicus, apud ſecularem erit agitanda cauſa: cùm [a] generale ſit, vt actor forum rei ſequatur. Cauendum [b] erit igitur laico iudici, ne quoquo modo clericum condemnet: quod ſi fecerit, ab Eccleſia, cui iniuriam irrogare noſcitur, tandiu ſequeſtrandus erit, quovſque reatum ſuum cognoſcens, emendet.

*a cap. cùm ſit. ext. de foro compet.*
*b cap. conqueſtus. d. tit.*

*Si delinquens captus prætendatur clericus, utrùm ita ſit, debet cognoſcere iudex clericus uocato iudice ſeculari. h. d.*

Dubitari tamē contigit, ſi iudex laicus [c] delinquentem captum detineat, & is ſe clericū aſſerens, ad curiam Eccleſiaſticam remitti poſtulet, vel illū curia ipſa Eccleſiaſtica tanquā clericum repetat, ſi iudex laicus illū eſſe clericum inficiatur, & propterea minimè remittendū contendat, quis ſit huius dubitationis legitimus futurus iudex? Et cùm de re Eccleſiaſtica & ſpirituali ſit controuerſia, ad iudicem Eccleſiaſticum huiuſmodi cognitio pertinebit. Iudex tamen ſecularis, vel alius, cuius intersit, dum res huiuſmodi cognoſcitur, vocandus erit.

*c cap. ſi iudex. de ſent. excom. in 6.*

*Delinquens captus habitus pro clerico, ſtatim debet reſtitui iudici Eccleſiaſtico. h. d.*

Sed ſi notorium fuerit [d], vel fama publica extiterit, reum captum talem eſſe clericum, qui huiuſmodi priuilegio gaudere debeat, aut ipſe pro clerico cōmuniter habeatur, ſtatim ante vllam de clericatu cognitionē Eccleſiaſticæ curiæ reſtituendus erit.

*d cap. ſi iudex. uerſ. et ſi notoriū. de ſent. excom in 6.*

*Talis quis præſumitur, in quali habitu reperitur aliquandiu conuerſatus & captus. h. d.*

Idem [e] dicendum erit, ſi ante deprehēſionem pro clerico publicè ſe gerens, tonſuram & clericales veſtes deferens deprehēſus fuerit: donec enim contrarium non conſtiterit, talis, qualē eum demonſtrat habitus, præſumendus erit.

*e d cap. ſi iudex. §. idē. de ſent. exc. in 6.*

*Ex actu momentaneo non tollitur præſumptio orta ex actu habente tractum temporis. h. d.*

Aliud [f] obſeruandum, ſi antequàm deprehenderetur, publi-

*f d. cap. ſi iudex. §. non ſic. de ſent. exc. in 6.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cè ſe pro laico gerebat, & quaſi laicus communiter habebatur: nam, quanquam deprehenſionis tempore in habitu clericali repertus fuerit, ob præſumptionem, quæ aduerſus captum ex præcedenti laicalis habitus delatione orta eſt, non antea reſtituendus erit, quàm de clericali titulo fidem fecerit: interim tamen quivis proceſſus Iudicis penitùs conquieſcet.

*Secunda Iudiciorum diuiſio, quòd quædam ſunt ordinaria, et quædam extraordinaria. Et, quis ſit iudex Ordinarius. h. d.*

Eſt & alia diuiſio iudiciorum: nam Eccleſiaſticorum quædam ſunt ordinaria, quædam verò extraordinaria, ſiue delegata. Iudicium ordinariũ eſt, quod coram iudicibus ordinarijs exercetur. Ordinarius iudex eſt, qui ſuo iure, vel ſuperioris beneficio, vniuerſalem iuriſdictionẽ exercere poteſt, vt Epiſcopus, Archiepiſcopus, Legatus, & ſimiles. Conſtituitur autem à lege, vel Principe, Conſuetudine, vel Vniuerſitate. Igitur cùm Epiſcopus in tota ſua diœceſi iuriſdictionem ordinariam [a] noſcatur habere, poterit in quolibet loco ſuæ diœceſis non exempto, per ſe, vel per alium, pro tribunali ſedere, & ea, quæ ad ipſius ſpectant officium, liberè exercere, & cùm opus fuerit, auxilium publicum implorare [b].

b cap. cùm Epiſcopus. de offic. ordin. in 6.

b cap. 1. in fin. ext. de offi. ordin.

*Quid ſit Iudicium extraordinarium, & quid Iudex delegatus. h. d.*

Extraordinarium [c], ſiue delegatum iudicium eſt, quod coram iudice delegato exercetur. Iudex delegatus eſt is, cui ab eo, qui demãdare poteſt, cauſa committitur.

c gloſ. 2. cap. quoniam cõtra. ext. de probation.

*Non ſolùm Princeps, ſed etiam alij Ordinarij poſſunt delegare, licet delegatus à Principe ſit magis priuilegiatus. h. d.*

Poſſunt autem iuriſdictionẽ mandare, non ſolùm Princeps, verùm etiam alij ordinarij. Is tamen, cui à Principe mandatur, cæteris longè præſtat: nam & alteri ex cauſa ſubdelegare, niſi illius electa fuerit induſtria [d]; renitentemq; compellere, & propriam ſententiam exequi [e], & contra ipſum ordinarium procedere poteſt: quę in cęteris delegatis non obtinent.

d cap. fin. §. pen. ext. de offi. deleg.

e cap. ſignificaſti. ext. de tit.

*Delegatus à Principe regulariter non poteſt quem citare, ut compareat perſonaliter hoc dicit.*

Non [f] tamen in ciuili iudicio altervtri parti, vt corã ſe perſonaliter compareat, iubere poterit, niſi vel mandatum ad hoc ſpeciale receperit, vel niſi pro veritate dicenda, vel pro iuramento calumniæ exhibẽdo, vel alia iuris neceſsitas partes coràm exigat ſpecialiter præſentari.

f cap. 1. de iud. in 6.

*Delegatus à Papa non ſubdelegat, niſi per ſoris hîc enumeratis. h. d.*

Sed

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sed nec omnibus promiſcuè vices ſuas demandare poterit[a], ſed illis duntaxat, quib. authoritate literarũ ſedis Apoſtolicæ, vel legatorũ eiuſdem cauſæ cõmittuntur, hoc eſt, non niſi dignitate præditis, aut perſonatũ obtinentibus, vel Eccleſiarum cathedralium Canonicis.

a cap. ſtatutũ. de reſcri. in 6.

*Poteſt una cauſa etiã pluribus delegari, & ſi in reſcripto nõ fuerit adiecta clauſula, Quòd ſi omnes non ualebit proceſſus, niſi ſimul procedãt: ſecus ſi talis clauſula fuerit adiecta, quo caſu procedere poterunt, ſi conſtet aliquos non poſſe, uel nolle intereſſe. h. d.*

Item[b] mandari poteſt iuriſdictio, tam vni, quàm pluribus, certis tamen: ſed ſi pluribus mandata ſit, non adiecto eo, *Quòd ſi omnes intereſſe nequiuerint, uel noluerint, reliqui exequantur*, niſi ſimul omnes coniunctim proceſſerint, quidquid aliqui fecerint, nullã iuris habebit efficaciam. Planè ſi is, qui intereſſe non poteſt, vel Coniudici ſuo, vel alij vices ſuas commiſerit, perinde res accipienda eſt, atque ſi omnes ſimul procedant. Aliud iuris eſt, ſi illud adiectum ſit. Nam nec impeditorum collegarum ſubdelegatos admittere cogẽdi erunt, & quod pars illorum fecerit, ratum habendum erit. Hoc tamen ita demum obtinebit, ſi reliquis procedere volentibus, quoſdam vel intereſſe non poſſe, vel omnino nolle legitimè conſtiterit: alioqui procedẽtes nihil agent.

b cap. ſciſcitatus. ext. de reſcript. & cap. prudentiam. ext. de offi. deleg.

*Si unus ex pluribus delegatis negotium inchoauerit, alij non poſſunt ſe intromittere, niſi ex cauſa. h. d.*

Porro[c] vno illorum commiſſum negotium inchoante, alij vlteriùs ſe intromittere non poterunt, niſi aut infirmitate, vel alia iuſta cauſa illum, qui cauſam tractare inceperit, contigerit impediri, aut idẽ nollet, vel dolo malo in eo procedere recuſaret.

c cap. cùm plures. §. porrò. de offic. deleg. in 6.

*Iuriſdictio perpetuata per unum, intelligitur perpetuata, quoad omnes. h. d.*

Iuriſdictione[d] verò per vnũ viuo mãdatore perpetuata, quoad omnes condelegatos iudices perpetuata intelligitur.

d cap. cùm plures. in fi. de offic. deleg. in 6.

*Delegatus debet diligenter ſeruare fines mandati & cùm quid committitur, cenſentur omnia commiſſa, per quæ peruenitur ad illud. h. d.*

Sed ſiue vni, ſiue pluribus, ſiue à Principe, ſiue ab alio mandata fuerit iuriſdictio, mandati forma diligenter cuſtodienda erit: nec aliquid contra quàm ſibi mandatum fuerit, delegatus tentare audebit. Planè iuriſdictionem impedientes, vel in iudicium venire detrectantes, delegatus à principe Eccleſiaſtica diſtrictione, etiamſi literæ commiſsionis id non contineant, coërcere poterit, vel pro delicti & cauſæ qualitate, ſecundum arbitrium ſuum, ſi certa pœna à Canonibus[e] non exprimatur, mulctare: quia ex eo,

e cap. de cauſis. in fi. ext. de offi. delegat.

quòd alicui cauſa committitur ſuper omnibus[a], quę ad cauſam ipſam ſpectare noſcuntur, plenam recipit poteſtatem.

a cap. præterea. in fin. ext. d. tit.

*Rationabiles exceptiones admittet delegatus, niſi uerba reſcripti ſonent in contrarium. hoc dicit.*

Rationabiles[b] quoque & honeſtas exceptiones, & à iuris ęquitate non abhorrentes, licet id expreſsè mandato non comprehẽdatur, admittet: niſi, quòd nullę debeant exceptiones admitti, literis expreſſum fuerit.

b cap. ex parte. el 2. ext. de offi. delegat.

*Delegatus habet iuriſdictionem etiam in eum, in quem fuit facta alienatio poſt impetratum reſcriptum, licet reſcriptum de eo non faciat mentionem. h. d.*

Sed[c] etſi literas aduerſus Titium ab Apoſtolico impetraueris, & is, vt mandatum eludat, ante quàm literę ad iudicem datum perueniant, vel etiam poſtea ante quàm citetur, de poſſeſsione, de qua cõtrouerſia vertitur, commutationem fecerit, eum, qui in poſſeſsionem ſeſe ingeſſerit, poterit delegatus cogere, vt coram ſe iuris pareat æquitati: nec, quòd reſcriptum contra Titium impetratum fuerit, opponi poterit. Generaliter enim omnis venditio, ceſsio, & alienatio iudicij mutandi cauſa facta, vtroque iure prohibetur: aliàs delegata iuriſdictio ad perſonas reſcripto non comprehẽſas, etiam ipſis volentibus, prorogari[d] non poteſt.

c cap. 1. & 2. ext. de alie. iud. mut.

d cap. porrò. in fin. ext. de offi. delegat.

*Mandatum Apoſtolicum ex cauſa poteſt executioni mandari, etiam in alio loco ab expreſſo in mandato. h. d.*

Simili ratione ſtatutum[e] eſt, vt ſi is, per quẽ ab Apoſtolica ſede certo loco inquiſitio, vel q̃d aliud expediri mandatur, ob illius potentiam, vel malitiam, contra quem inquiri, vel procedi mandatur, vel fautorum eius eo loco ſecurè mandatum executioni mandari nequeat, ad id exequendum locum ſecurum & idoneum eligere valeat, ne quis ſcilicet ex proprio dolo, vel fraude commodum reportet. Quinimò idem faciet, ſi alia probabilis cauſa ſubſit, propter quam in loco decreto perfici commodè nequeat, quod mãdatur: ne tali prætexu impediri contingat mandatum Apoſtolicum, vel differri.

e cap. ſtatutimus. de off. deleg. in 6.

*Delegatio ſoluitur reuocatione iuriſdictionis re integra h. d.*

Soluitur aũt delegatio multis modis: putà, reuocatione, morte, impotẽtia delegati, executione ſentẽtiæ, propria ꝓnũtiatione, temporis fluxu, recuſatione. Reuocatione, cùm is,[f] qui mandauit iuriſdictionẽ, ante quàm is, cui mandata fuerit, ea vti cœperit, mandatum reuocat: cùm eo caſu iuriſdictio in eum efficaciter tranſiſſe non cenſeatur.

f cap. quamuis. de offi. deleg. in 6.

*Morte tam delegantium, quàm delegatorum ſoluitur delegatio: & ſi unus ex pluribus delega-*

*d elegatis moriatur, adhuc ſoluitur delegatio, niſi aliud expreſſum ſit in reſcripto, uel ſub nomine dignitatis facta ſit delegatio. h. d.*

a cap. licet undique. el 1. de offic. delegati.

Morte[a] extinguitur delegatio, tã eius qui mãdauit, ſi re integra deceſſerit, quàm etiam eorum qui delegationem ſuſceperunt: quod quidem adeo obtinet, vt ſi pluribus[b] iudicibus datis vnus rebus eximatur humanis, delegatio etiam quo ad ſuperſtites expiret: niſi aliud in delegatione cõprehenſum fuerit, aut ſub dignitatis[c] nomine non proprio facta fuerit.

b cap. uno delegatorũ. ext. de offic. delegat.

c cap. quoniã. extra. d. tit.

*Mors & abſentia æquiparantur re non integra h. d.*

Quæſitum eſt, ſi ab Apoſtolica ſede datus iudex, quoties eũ abeſſe[d] cõtigerit, vices tibi ſuas cõmiſerit, an ſi is rebus eximatur humanis, commiſſum tibi negotium liberè valeas diffinire? & cùm tunc quoque cenſeatur abeſſe, reſcriptum eſt, ſi illo viuente iuriſdictione vti cœperis, poſſe te non ſecus, ac ſi is viueret, & abeſſet, in negotio procedere. Idem iuris eſt, ſi tibi vices ſub ea forma committat, donec eas reuocandas duxerit.

d cap. ſi delegatus. de offic. deleg. in 6.

*Delegatio perimitur impedimento delegati, tam iuris, quàm facti. h. d.*

Sed etſi delegatus mortuus quidem non fuerit, ita tamen impediatur, vt omnino delegationis negotio intereſſe nõ poſſit, extinguitur delegatio. Impedimentum autem intelligitur, tam iuris, quàm facti. Iuris, vt[e] ſi infamis factus, aut alio legitimo impedimento detentus fuerit. Facti, vt ſi ineuitabili neceſsitatis articulo, putà infirmitate, præpediatur.

e cap. ſciſcitatus. extr. de reſcript.

*Iuriſdictio delegati à Principe expirat per executionem ſententiæ. h. d.*

Idem iuris eſt[f], ſi delegatus à principe per ſe, vel per aliũ ſententiam executioni mandauit, vel mandari præcepit. Tunc enim eius iuriſdictio ceſſat, quia ſemel eſt officio ſuo functus.

f cap. in literis. extra. de offic. deleg.

*Si iudex delegatus pronunciat ſe iudicem incompetentem, expirat iuriſdictio. h. d.*

Itẽ[g] ſi iudex delegatus interloquẽdo pronunciauerit ſe ſuper aliqua cauſa procedere nõ debere, vſqueadeo iuriſdictionem amittit, vt etiam ex litigatorũ conſenſu illam reaſſumere non poſsit.

g cap. ſignificantibus. extra. de offi. deleg.

*Si in reſcripto tempus apponatur, tranſacto termino expirat iuriſdictio. h. d.*

Sed[h] & cùm cauſa intra certum terminum decidenda committitur, termino tranſacto mãdatum expirat, niſi tempus cõmuni partium conſenſu prorogatum fuerit. Terminus autẽ tunc incipit currere, cùm iudices literas recepiſſe contigerit.

h cap. de cauſis. ext. de offi. delegat.

*Poteſt quis conueniri uigore literarum poſteriorum, etiam non facientium mentionem anteriorum, quas aduerſarius impetrauit, ſed per annum non fuit uſus. h. d.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Non abſimili ratione conſtitutum eſt [a], vt ſi quis Apoſtolicas literas impetrans infra annum, poſtquam iudicum copiã habuerit, dolo, vel negligentia eis vti diſtulerit, authoritate poſteriorum literarum, quas poſtea forſan eius aduerſarius impetrauerit, conueniri valeat, licet in poſterioribus nulla mẽtio de prioribus habeatur.

a cap. ſi autẽ. & cap. plerunque. ext. de reſcrip.

*Recuſatione extinguitur delegatio, cùm iudex datus ſuſpectus poſtulatur, & pronunciatur. h. d.*

Recuſatione quoque extinguitur delegatio: quod eo caſu accidit, quo iudex datus altero litigatorum petente, ob probabilem aliquam ſuſpicionis cauſam ab iudicio remouẽdus pronunciatur: vtputà [b], ſi iudex datus dicatur dominus litigantium, aut conſanguineus, aut aduocatus, aut cum altero immodicam contraxiſſe familiaritatem, aut ab eodem in alia cauſa partem appellaſſe, aut nondum iudicem ad legitimam ætatem perueniſſe.

b cap. cauſam quæ. et cap. inſinuante. extr. de offi. deleg.

*Qualiter cognoſcatur & expediatur cauſa ſuſpicionis. h. d.*

Recuſationis autem cauſa variè cognoſcitur [c]: nam ſi contra vnum ex duobus ab Apoſtolica ſede delegatis ſuſpicionis cauſa proponatur, ſi quidem illa clauſula appoſita ſit, *Quòd ſi ambo intereſſe nõ poſſũt, alter in cauſa procedat:* coram non recuſato coniudice expedienda erit. Vbi verò non eſt dicta clauſula in reſcripto, debet ſuper hoc ad arbitros recurſus haberi, provt Gregoriana conſtitutione latiùs continetur. Cùm autem delegatus Epiſcopi recuſatur, recuſationis cauſa coram Epiſcopo probanda erit, licet coram ipſo, qui recuſatur, ſit alleganda.

c cap. ſi contra. de offi. deleg. in 6.

*Iudicium ſummarium eſt, in quo ſubtili ordinis iudiciarij obſeruatione prætermiſſa proceditur. Ordinarium & ſolenne eſt, in quo ſeries iudiciariæ telæ obſeruatur. h. d.*

Rurſus iudiciorum tertia diuiſio hęc eſt, quòd quędam ſunt ſummaria, quædam ordinaria & ſolẽnia. Summaria ſunt, in quibus ſubtili & ſolenni ordinis iudiciarij obſeruatione prætermiſſa, pceditur: vt ſunt [d] cauſæ electionũ, prouiſionum, matrimonij, vſurarum, & ſimiles, in quibus nec ſolennis libelli porrectio, nec litis conteſtatio eſt neceſſaria, ſed ſimpliciter de plano ſine ſtrepitu ac figura iudiciali proceditur. Itaque de his iudex, etiam tempore feriarum ob hominum neceſſitates indultarum cognoſcet, & litem, dilationes amputando, exceptiones, & appellationes dilatorias, & fruſtratorias repellendo, quãto poterit, faciet breuiorem, provt hæc duabus Clementis luculentiſsimis conſtitutionibus latiùs continentur. Iudiciũ ordinariũ & ſolẽne eſt, in

d clem. 2. de iudic. & clẽ. ſæpè. de uerb. ſigni.

in quo exquiſito & ſoléni iuris ordine ſeruato proceditur: vt putà, libellum porrigendo, litẽ conteſtando, & alia faciẽdo, de quibus j. latiùs viſuri ſumus.

## DE PROCVRAtoribus,

### TITVLVS II.

*Iudicia exercemus per noſmetipſos, & per procuratores, uel ſyndicos: & quot procuratorum ſpecies. h. d.*

EXpoſitis generibus iudiciorum, conſequens nunc eſt, vt videamus, per quas perſonas illa exerceri poſsint. Exercemus igitur iudicia non ſolùm per noſmetipſos, verùm etiam per procuratores noſtros, aut ſyndicos. Procurator eſt, qui aliena negotia mãdato domini, vel quaſi domini adminiſtrat. Syndicus[a] eſt vniuerſitatis defenſor, & procurator. Porrò procuratorum duę ſunt ſpecies: alij enim dantur ad iudicia, alij ad negotia extra iudicium explicanda.

a extra. de ſyndico.

*Procurator conſtitui poteſt paterfamiliâs, & filiusfamiliâs: & ad negotia poteſt procurator conſtitui, qui natus eſt annos xvij. ad iudicia ſolùm natus uigintiquinque. h. d.*

Poteſt autem ad iudicia non ſolùm paterfamiliâs, verùm etiam filiusfamiliâs[b], nullo intercedente patris conſenſu, fieri procurator, ſi legitimam ætatem compleuerit. Licet enim quis poſt xvij. annum procurator ad negotia licitè conſtituatur, ad iudicia tamẽ, niſi maior xxv. annis fuerit, conſtitui non poterit.

b cap. qui generaliter. §. 1. & ſeq. eo. tit. in 6.

*Natus annos xiiij. poteſt eſſe in iudicio ſuper cauſis ſpiritualibus per ſe, & per procuratorem, non obſtante patria poteſtate. h. d.*

Aliud[c] tamẽ iuris eſt in principali: nam ſi is ad quartumdecimum ætatis annum perueneri, in cauſis beneficialibus, & alijs ſpiritualibus, necnon ab ijſdem dependentibus, ad agẽdum, defendendumque per ſe, vel procuratorem, perinde admittendus erit, atque ſi vigeſimum quintum ætatis annum natus eſſet, nec[d] vlla patriæ poteſtatis, vel voluntatis erit habenda ratio: quanquam aliàs regulariter filiusfamiliâs ſine patris aſſenſu in iudicio eſſe non poſsit.

c cap. fin. de iudi. in 6.

d cap. fi. §. in huiuſmodi. de iud. in 6.

*Quomodo ſit agendum, ſi minor quatuordecim annis in cauſis ſpiritualibus in iudicio eſſe uelit. h. d.*

Quòd ſi[e] quartumdecimũ annum natus non fuerit, in huiuſmodi cauſis, nec agere, nec defendere per ſe poterit, ſed vel ꝑ Epiſcopũ, vel eiuſdem officialem ad has lites curator ſibi dãdus erit, vel ſi maior infante fuerit, cum authoritate alterius eorundem procuratorem conſtituere poterit.

e cap. fin. §. ſi uerò. de iud. in 6.

*Delegatus ſedis Apoſtolicæ in cauſis, quæ agitantur coram ſe pro minori quatuordecim annorum, poteſt eidem curatorem dare, uel authoritatem conſtituendi procuratorem. Et o-*

*mnis, qui non prohibetur, poteſt eſſe pro cura tor. h. d.*

*a cap. fin. §. delegatus. de iud. in 6.*

Quinetiam[a] Apoſtolicæ ſedis delegatus, & ab eodẽ ſubdelegatus ad eas duntaxat cauſas, quæ coram ipſis ventilandæ fuerint, vel curatorem dare, vel procuratoris conſtituendi authoritatem præſtare poterunt. Conſtitui autem poterit non ſolùm clericus, verùm etiam laicus. Regulariter[b] enim omnis, qui non prohibetur, ad procuratoris officium idoneus habetur.

*b cap. 1. eod. tit. in 6.*

*Si duo dati ſint procuratores in ſolidum, occupantis erit melior conditio, niſi in mandato ſit comprehenſum contrarium: quo caſu ſolùm altero nõ ualente, uel nolente proſequi, poterit inchoatum negotium ſuſcipere, niſi is, qui non proſequitur, alium ſubſtituerit. Si non ſint dati in ſolidum, unus ſine alio procedere non poterit. h. d.*

Et tã vnus, quàm plures poſſunt in vna cauſa conſtitui procuratores. Si tamen[c] duo ſimul, non adiecto, quòd in ſolidum ſint procuratores, conſtituantur, vnus ſine altero non admittetur: ſecùs, ſi ſint in ſolidum conſtituti: tunc enim illius melior erit conditio, qui per litis conteſtationem negotium primus occupauerit. Et dominus litis factus alterum excludet, niſi conſtituens dixerit, quòd occupantis conditio melior eſſe non deberet. Tunc enim ſi eum, qui occupauit, aut legitimè impediri contingat, aut proſequi fortè noluit, poterit alter negotium ab alio inchoatum ſuſcipere ac perficere, dum tamen ab alio alius nõ fuerit ſubſtitutus.

*c cap. ſi duo. eo. tit. in 6.*

*Procurator conſtitutus etiam ad ea, quæ ſpeciale mandatum exigunt, non poteſt explicare ea, quæ exigunt mandatum ſpeciale, niſi in procuratorio ſit facta expreſsio aliquorum articulorum ſpeciale mandatum exigentium: quo caſu etiam non expreſſos articulos poterit exequi procurator. h. d.*

Sed ſiue vnus ſit procurator, ſiue plures, fines mandati diligenter cuſtodiendi erũt, vſque adeo vt ſi generaliter[d] quis ad omnia, etiam ſpeciale mandatum exigentia conſtitutus procurator fuerit, ex vi generalitatis huiuſmodi ad aliquẽ articulũ, in quo mandatũ ſpeciale exigitur, admitti non debeat, niſi clauſulã generalẽ quorundam articulorũ ſpeciale mandatum exigentium ſubſequatur expreſsio: putà, tranſactionis, & iuſiurandum deferendi. Tunc enim & non expreſſos caſus mandatum complectetur.

*d cap. qui ad agẽdum. eo. tit. in 6.*

*Mandatum nõ complectitur maiora, quàm ſint in procuratorio expreſſa. h. d.*

Crimina[e] tamen, vel defectus in perſonam electi, ſiue eius, cuius fauore, vel facienda, vel iam facta eſt prouiſio, nec huiuſmodi generalitatis, vel expreſsionis obtentu, opponendi facultas cõpetit, niſi ſuper hoc aliud in

*e clem. 2. eod. tit.*

in mandatis habeat. Nam huiuſmodi generale mandatum grauiora, vel maiora, quàm in ipſo procuratorio ſint expreſſa, non complectitur.

*Procuratori ad negotia liberum eſt quandocunque ſubſtituere. Procuratori uerò ad iudicia ſubſtituitur ſolùm in caſibus hic expreſſis. h.d.*

Sed & illud non eſt omittendum, quòd licet procuratori ad negotia[a] liberum ſit aliũ quandocunque conſtituere, Iudiciario tamen[b] minimè id concedi, niſi aut lis fuerit conteſtata, vel in rem ſuam datus ſit, vel à domino ſubſtituendi fuerit conceſſa poteſtas: quo caſu etiã nõ expreſſam perſonam poterit in procuratorem eligere.

a *cap. 1. § fin. eo. tit. in 6.*

b *d. cap. 1. § licet. d. tit. in 6.*

*Regulariter in cauſis criminalibus non poteſt interuenire procurator. h.d.*

Non tamen in omni iudicio procurator interuenire poteſt. In criminalibus[c] enim cauſis neque accuſator, neq; accuſatus, niſi per ſe ipſos impetere, vel defendere permittuntur, niſi[d] vel ab illuſtri ꝑpulſanda ſit iniuria, aut rei contumacia ſit excuſanda, vel contra accuſatorẽ ſit excipiendum, aut de leui crimine tractetur, aut ſi de graui agendum ſit, ciuiliter agatur.

c *can. in criminalib. 5. q. 3. gloſ. 1. in cap. ueniẽs. extra. de accuſat.*

d *can. abſens. § uis. 3. q. 9.*

*Clerici & monachi non poſſunt eſſe procuratores, niſi propriæ Eccleſiæ, urgente neceßitate & ſuperioris iuſſu. h.d.*

Sed nec omnes ad procuratoris officium temerè admitti debent. Ideoq; Epiſcopus & vniuerſi ſacerdotes, cùm ad ſolam Dei laudem, piorumq; operum actiones ſint conſtituti, ab huiuſmodi miniſterio excludẽdi erũt. Idem quoq; obtinet in monachis[e]: nam & illos, cùm ſolitariã vitã degere profiteantur, à forenſi ſtrepitu, ac litigijs ſummoueri conuenit. Planè monaſterij exigente vtilitate[f], vel neceſſitate, & Abbatis accedente imperio, ad procurationis[g] officiũ accedere minimè prohibentur.

e *extra. ne clericis, uel monach.*

f *can. monachi. 16. q. 1.*

g *clem. 3. eod. tit.*

*Clerici regulariter coram ſecularibus iudicibus poſtulare non poſſunt. h.d.*

Poſtulandi[h] quoque officiũ clericis, qui ſtipendijs ſubſtentantur Eccleſiaſticis, coram ſeculari iudice in ſecularibus negotijs interdicitur, niſi propriã cauſam, vel Eccleſię ſuæ proſequuti fuerint, vel[i] niſi vrgente neceſſitate pro coniunctis, aut miſerabilibus perſonis poſtulare velint.

h *cap. 1. extr. de poſtulã.*

i *cap. fin. ext. de poſtulã.*

*Excommunicati nec proprio nomine, nec alieno poſſunt eſſe in iudicio, niſi ad defenſionem h.d.*

Hi verò, qui excommunicationis vinculo innodati ſunt[k], non ſolùm procuratorio nomine iudicio intereſſe nõ poſſunt, verùm etiam nec proprio: actore tamen impugnante, excommunicato reo legitimæ defenſionis copia non eſt adimenda.

k *capit. intelleximus. extr. de iudicijs.*

ſ

*Procurator uniuerſitatis, in qua ſunt excõmunicati, non poteſt à iudicio repelli, niſi tribus caſibus. h.d.*

Sed bellè dubitari contigit, an vniuerſitatis [a] alicuius procurator ex eo repelli debeat, quòd maiores & iurati, ꝑ quos eadem vniuerſitas regitur, tempore, quo iniunctum fuit procurationis officium, erant excommunicationis ſententia innodati, quaſi & ille repelli debeat, cuius non recipiuntur authores? Et reſponſum eſt, huiuſmodi procuratorem non repellendum, niſi vel illi ipſi excommunicati in literis procurationis eſſent expreſsi, vel aliàs eorum authoritate procurationis inſtitutio facta fuiſſet, aut ipſa vniuerſitas excommunicationis conſcia ſimul cum eis eundem procuratorem conſtituiſſet.

a *cap. fin. eod. tit. extra.*

*Procurator reuocari poteſt expreſsè, & tacitè & tacitè, putà ſi dominus per ſe incipiat cauſam tractare. h.d.*

Tandiu autẽ durat quis procurator, quandiu is, qui eum conſtituit, reuocet, ſiue expreſsè, ſiue etiam tacitè. Vnde [b] ſi tu Titium ſimpliciter procuratorem conſtitueris, iſq; in iudicio procuratorio nomine eſſe cœperit, deinde tu, ſiue ante litem conteſtatã, ſiue poſt, ad cauſam ipſã venias, nõ vt ipſis aſsiſtas, ſed vt cauſam eandẽ tractes, tractando cauſam Titium procuratorem reuocare cenſeris: niſi quòd non animo reuocandi facias, vel expreſsè profeſſus fueris, vel ex aliquibus appareat coniecturis.

b *cap. ſi quem. §. ſecùs. eo. tit. in 6.*

*Actus præcedens ſubſequentem limitat, et interpretatur. h.d.*

Sed ſi eundem Titium ſub ea forma [c], quoties te abeſſe contigerit, procuratorem conſtitueris: & poſtmodum per te ipſum cauſam tractes, non propterea tamen procuratorem reuocare videris. Quinimò Titius, quãdocunque abeſſe te contigerit, procuratoris aſſumet officium.

c *cap. ſi quem. in prin. eod. tit. in 6.*

*Procurator qui ſubſtituit, non poteſt ſubſtitutum reuocare, niſi & reuocandi habeat poteſtatem. Et procurator, qui ſubſtituit in una cauſa, non probibetur in aliјs ſe intromittere. hoc dicit.*

Hæc autem de reuocatione domini ſunt intelligẽda. Nam ſi à procuratore tuo [d] alius procurator legitimè ſubſtituatur, poſt mãdatum ſuſceptum, etiã ſi eo ſubſtitutus vſus nõ fuerit, ab illo reuocari, niſi etiam poteſtas reuocãdi fuerit eidẽ conceſſa, non poteſt. Sed ſi, cùm ad plures, vel ad omnes cauſas Titium generaliter procuratorem conſtituiſſes, is in vna, vel in altera ſubſtituerit, in reliquis procuratoris officium exercere minimè prohibetur.

d *cap. is qui. de procurat. in 6.*

*Acta cum procuratore reuocato, donec ignoratur reuocatio, tenent. h.d.*

Ad

Ad hæc etiam admonendi ſumus, quòd ſi ignorante iudice, vel aduerſario [a], poſt conteſtatã litem mandatum reuocatum fuerit, ratum eſſe debet iudiciũ, in quo quis poſt ignoratam reuocationem quaſi procurator verſatus fuerit.

a capit. mandato. extra eod. tit.

*Matrimonium contractum per procuratorem reuocatum non tenet, licet reuocatio non uenerit ad notitiam partium. h. d.*

Non ſic tamen in matrimonio ſtatuitur [b]: nam ſi procurator ad contrahendum ſpecialiter conſtitutus, ante quàm cõtrahat, à domino reuocatus fuerit, cõtractum poſtmodum matrimonium, licet tam procurator, quàm ea, cum qua contraxit, reuocationem huiuſmodi penitùs ignorauerint, nullius momenti penitùs exiſtet: cùm illius conſenſus defecerit, ſine quo firmitatem habere non potuit.

b cap. fin. §. fin. de procur. in 6.

*Acta iudicij poſt reuocationem procuratoris non ignoratam, non tenent. h. d.*

Quòd ſi ſcientibus iudice [c] & parte mãdatum reuocatũ fuit, & nihilo minùs eſt in iudicio proceſſum per procuratorem reuocatum, tam alia acta, quàm ipſa ſententia nullũ afferet domino præiudicium: cùm falſi procuratoris exceptio [d] non ſolùm ante ſententiam, verùm etiam poſtea poſſit obijci: qua probata iudicium prorſus nullum redditur.

c cap. inſinuatione. & ſeq. extrau. eod. tit.

d capit. in noſtra. extr. de procurat. in 6.

*Refutatio mandati non impedit refutantẽ acceptare, ſi mandans perduret in uoluntate mandandi. h. d.*

Non [e] idem iuris ſtatuetur in eo, qui abſens procurator conſtitutus præſentatum ſibi mandatum ſuſcipere nolle dixerit. Is enim refutatione huiuſmodi nequaquam obſtante, quandiu conſtituens in eadem voluntate perſtiterit, ad libitum mãdatum acceptare poterit.

e capi. licet is. eod. titulo, in 6.

*Receptio inſtrumenti, & cautio domini operantur, quibus procurator nõ poſsit renũciare mandato, ſed teneatur defendere.*

At [f] literis, vel inſtrumento, quibus te aliquis in cauſis ſuis procuratorem conſtituens, pro te debito modo cauit, ſimpliciter nulla facta proteſtatione, à te ſcienter receptis, non potes poſtea recuſare illius defenſionem: imò cogi poteris illum defendere in omnibus cauſis, & negotijs, ad quę prędicta inſtrumenta, ſeu literæ ſe extendunt: cùm per hoc ad omnia tuum præſtitiſſe videaris aſſenſum.

f clem. 1. eod. tit.

*Morte conſtituentis expirat mãdatum, interdum etiam re non integra. h. d.*

Morte quoque conſtituentis deſinit quis eſſe ꝓcurator, quod interdum obtinet etiam re non integra. Nam [g] ſi prælatus, vel rector te pro beneficio ſuo, vel Eccleſia procuratorem conſtituat, & tu viuente illo litem cõteſtatus fueris, aut negotium aliter attigeris, poſt mortẽ tamẽ

g clem. fin. eod. tit.

illius, etiam quo ad cœpta, procurator eſſe deſinis.

## DE PACTIS, ET Tranſactionibus,

### TITVLVS III.

*Metu iudiciorum interdum deuenitur ad pacta, ad tranſactiones, & ad compromiſſa. hoc dicit.*

Conſequens nunc eſt, vt videamus de ſerie, & actis ipſorum iudiciorum. Sed quia interdum áccidit, vt iudiciorum metū litigaturi ad pacta & tranſactiones veniant, aut ad arbitros declinent, ideo priùs paucis de his diſpiciamus.

*Pacta ſunt ſeruanda, & per ea etiam indultis Apoſtolicis derogari poteſt. h.d.*

Et quidem pacta inter quoſcunque, quacunque de re inita, regulariter ſuam habere debēt firmitatem: neque enim quiſquam, vt diuinum monet oraculū, ea quæ de labijs ſuis procedūt, irrita facere debet. Quod quidem vſqueadeo obtinet, vt Apoſtolicis etiam indultis pactum deroget. Inde [a] cùm monaſterio ab Apoſtolica ſede libera ſepultura conceſſa eſſet, pactumque eſſet cum Rectore parochialis Eccleſiæ, ne parochiani ipſius ad ſepulturam reciperentur, reſponſum eſt, in dicto monaſterio ſepeliri eligentes, obſtante conuentione, voti ſui fieri non poſſe compotes.

a cap. 1. de pact. in 6.

*Pactum, per quod filia dotata renūciat hæreditati paternæ, iuramento uallatum, tenet. hoc dicit.*

Eodem etiam ſpectat [b], quòd pactum à filia, dum nuptui traditur, cum patre factum, vt dote contenta, ad bona paterna nullum habeat regreſſum, ſi iuramento vallatum ſit, licet lege Ciuili improbetur, ſeruari debet: cùm tale pactum non vergat in æternæ ſalutis diſpendium.

b cap. 2. de pact. in 6.

*Pactum quod tendit ad periculum animæ, non ligat. h.d.*

Quod ſi ſeruatum in animæ tendat detrimentum [c], quia fortè ſit pactum de re turpi, veluti quòd poſt mortem Titij clerici Seius in beneficio ſuccedat: vel aliter de iure, vel de facto ſit impoſsibile, nullam inducet obligationem.

c cap. fin. ext. de pact.

*Tranſactiones, quæ non ſunt iuri contrariæ, ſeruari debent, & partium iuribus derogant. h.d.*

Tranſactiones [d] quoq; ſimilem iuris firmitatem obtinent, vſqueadeo vt iurib. omnibus, quæ partibus, aut obtentu pręſcriptionis, aut priuilegij, ſeu quocūq; modo ſuffragari poterāt, vires adimāt. Sed & hoc de illis tranſactionibus intelligere nos oportet, quę nō ſunt iuri contrariæ. Alioqui ſi aut ſuper re ſacra [e], & litigioſa, aut in cauſa matrimonij interpoſitæ ſint, nullum robur obtinent.

d cap. 1. ext. de tranſ.

e cap. conſtitutus. & cap. fin. ext. de tranſ.

De

# DE ARBITRIS,

## TITVLVS IIII.

*Qui ſint propriè Arbitri.h. d.*

ARbitri[a] dicũtur propriè, qui nullam poteſtatem habentes, conſenſu litigãtium in iudices eliguntur, in quos cõpromittitur, vt eorum ſententiæ ſtetur.

a can. à iudicibus. §. arbitrarij. 2. q. 6.

*Tam in iudicem ordinarium, quàm delegatum poteſt compromitti.h.d.*

Sed etſi qui legitimam in partes poteſtatem habeant, ab eiſdem tamen in arbitros eligi poterunt. Quòd non ſolùm de eis intelligendum eſt[b], qui ordinariam exercent iuriſdictionem, verùm etiam de his, qui delegatam tantùm obtinent.

b cap. cùm olim. ext co. gl. pen. can. à iudicibus. 2. q. 6.

*Ponit perſonas, in quas non poteſt compromitti.h.d.*

Sed neque ſerui[c], nec, qui ſerui s ſimiles ſunt, monachi & regulares, arbitrium in ſe recipere poſſunt. Ad hos enim quies, oratio, & manuum labor, non autem cauſarum ſpectat cognitio. Hæretici quoque, apoſtatæ, ſchiſmatici, infideles, & excommunicationis vinculo ob delictum proprium innodati, Arbitrorum in ſe officium aſſumere non poterunt.

c can. 2. §. ſerui. 7. q. 7.

*In laicum de re ſpirituali non poteſt compromitti, niſi ſit clerico adiunctus, uel in eum ſit compromiſſum authoritate Apoſtolica, hoc dicit.*

Sed nec in eum, cuius licet ex delicto aliquo non ſit læſa exiſtimatio, laicus[d] tamen eſt, de re ſpirituali compromiſſum fieri poteſt. Si tamen[e] is, aut clerico ſit adiunctus, aut Apoſtolica authoritate compromiſſum ſuſceperit, Arbitri partes exequi minimè prohibebitur.

d cap. contingit. ext. eo.
e cap. per tuas. in fin. ext. cod.

*In fœminas non poteſt compromitti, niſi id permittat regionis conſuetudo, & ordinis. Qui non prohibetur, poteſt recipere compromiſſum.h. d.*

Fœminæ[f] quoque, licet illæ ſummæ opinionis exiſtant, ab omni iudiciali examine vſqueadeo ſunt ſeparandæ, vt ex illarum ſententijs nulla pœna aduerſus illius contemptores, nullaque pacti exceptio oriatur, niſi regionis probata conſuetudo talium munerũ participes illas redderet. Cæteri verò, quos neque ſacrorum Canonum, nec ſecularium legum ſtatuta ſpecialiter arcent, omnes ad tractanda arbitria admittendi erunt.

f cap. dilecti filij. ext. cod.

*Reperiuntur quidam, qui non poſſunt compromittere.h.d.*

Sicvti autem ij, quos ſuprà recẽſuimus, arbitria exercere ꝓhibentur, ita etiam illorum quidam compromittere non permittuntur, qui tam ex libris Põtificij, quàm Cæſarei iuris commodiùs cognoſci poterunt.

*Ponit cauſas, ſuper quibus non poteſt com*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*promitti. Et quòd ſuper matrimonio ſpirituali poteſt compromitti, ſecus ſuper carnali. h. d.*

Pleræq; etiam cauſæ arbitrorum notionem effugiunt: nam [a] liberales, matrimoniorum, filiationum, monachationum, conuerſionum, in integrum reſtitutionum: itẽ [b] criminales, & quæ maiores iudices exigunt, per arbitros cognoſci non poſſunt. Quod autem diximus de matrimonijs compromitti non poſſe, de carnalibus intelligendum eſt: nam quòd de ſpirituali matrimonio compromitti poſsit, ſecundũ ea, quę ſuprà diximus, nulla eſt dubitatio.

a cap. pen. in fin. ext. de reſtit. in integ.

b d. cap. pen. in initio.

*Arbiter ſuper pluribus, ſi ſuper uno tantùm pronuntiet, non expirat compromiſſum, niſi habuerit à partibus facultatem ita pronuntiandi. h. d.*

Finiuntur autem arbitria pluribus modis: vtputà, ſententiæ prolatione, & temporis lapſu. Sententiæ prolatione finiuntur arbitria, cùm de omnibus, de quibus compromiſſum fuerit, arbiter pronuntiauit. Nam ſi de quibuſdam tantùm ſententiam tulerit, niſi talem pronuntiandi poteſtatẽ à partibus habuerit, compromiſſum non expirat.

*Termini lapſu compromiſſum expirat. h. d.*

Lapſu temporis expirat arbitrium, cùm terminus compromiſſo comprehenſus re infecta labitur.

*Morte tam arbitrorum, quàm compromittentium expirat compromiſſum, niſi ſpecialiter ſit dictum de hæredibus compromittentium. h. d.*

Mortis [c] quoq; interuentu cõpromiſſa irritantur, tam arbitrorum, quàm etiam litigatorum. Compromiſſum [d] enim in compromittentis hęredes non extẽditur, niſi de his quoq; ſpecialiter caueatur. Sunt & alij modi, quibus compromiſſa finiuntur: quos tamen, vt ad cœptum iudiciarij ordinis propoſitum feſtinemus, ex alijs iuris libris cognoſcendos relinquimus.

c cap. pen. ext. de offic. deleg. cap. ex parte. in fi. ext. eod.

d cap. fin. ext. eod.

## DE IN IVS VOcando,

### TITVLVS V.

*Iudex debet habere notarium, uel duos viros idoneos, qui ſcribant acta iudicij. h. d.*

Ergo ſi partes neque pactionibus, neq; trãſactionibus, neq; compromiſsis concordes reddi poterunt, ad iudicem deueniendum erit. Illud autẽ imprimis ꝓſpicere iudicẽ oportebit, ne ſcilicet debitæ ſolennitates in iudicio prætermittãtur: adhibebitq; [e] publicam perſonam, aut duos viros idoneos, qui vniuerſa acta iudicij conſcribant, vt Innocentiana conſtitutione, in generali concilio edita, latiùs continetur.

e cap. quoniam contra. ext. de proba.

*Initium iudiciorum eſt citatio, ſine qua omnes actus regulariter ſunt nulli. h. d.*

Omni-

a gl. pen. cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. ext. de conſtit.

Omnium [a] autem iudiciorũ inſtituendorum principium & fundamentum ſunt citationes, ſine quibus omnia, quæ aduerſus abſentes in omni negotio, aut loco aguntur, viribus carẽt. Nam neq; naturalis, neque ciuilis ratio quẽquam indefenſum iudicari permittit. Quicunque igitur cum altero iudicio contẽdere voluerit, ante omnia curare debet, aduerſarium ita moneri, vt ſeſe coram iudice exhibere teneatur.

*Ex quatuor capitibus eluſoria redditur citatio: & citatus à non ſuo iudice non tenetur cõparêre. h. d.*

b gloſ. 2. can. pen. 3. q. 2.

Fit tamen interdum pluribus modis [b], vt quis vocationi de ſe factæ parêre non compellatur, vtputà ex perſonæ qualitate, loci conditione, temporis ratione, & forma citationis. Perſonæ qualitas inefficacem reddit citationem tam ius dicentis, quàm etiam in ius vocati. Nam ſi te is in ius vocet, quem tibi iudicem non eſſe competentem manifeſtum ſit, dubio procul ad comparendum vocatio talis te minimè coarctabit.

*Qui legitimè citatus mutauit iudicem, non propterea poteſt declinare iudicẽ, cùm ſit præuentus. h. d.*

c cap. pe. ext. de foro competent.

Si tamẽ [c] contigerit eum, qui legitimè citatus fuerit, alterius poſtmodum fieri iuriſdictionis, quaſi præuentus, ius reuocandi forum non habebit.

*Citatus ad inſtantiam ſpoliatoris non tenetur comparêre. h. d.*

Idem iuris eſt, ſi iudex quidẽ tuus ſit [d], ex eo tamen te mandet vocari, vt in iudicio cũ ſpoliatore tuo ſtare cõpellaris: nec enim antea comparêre cogeris, quàm ad omnia Canonicè reſtitutus fueris [e].

d gloſ. 2. can. pen. 3. q. 2.

e can. ſi. in ſi. 5. q. 2.

*Ex qualitate loci citatio non arctat ad comparendum. h. d.*

Locus [f] quoq;, ad quem vocatus fueris, tunc inualidam reddit citationem, cùm aut incertus eſt, aut citantis nõ ſubeſt iuriſdictioni. Idem etiã dici poterit, ſi citãdus extra iudicis territorium moram trahere cõperiatur. Tunc enim ius dicẽti impunè non paretur. Quẽadmodum &, ſi locus citatione deſignatus peſtilẽs ſit, aut aliàs pro citato malè tutus [g].

f gloſ. 2. cap. pen. 3. q. 2.

g cap. ex parte tua. ext. de appell.

*Diebus feriatis in honorem Dei etiã ex cõſenſu partium non poteſt procedi. Et anguſtia temporis ad comparendum dati, uitiat citationem. h. d.*

Sed & ſi te iudex iuſſerit adeſſe, aut inter anguſta nimis tempora, aut quę venerãda ſint diuini cultus gratia, nullas vires habebit talis iuſsio [h]. Quãvis enim nõ prorogare, ſed expedire deceat quæſtiones, vſqueadeo tamẽ his diebus iudiciorũ ſtrepitus debet conquieſcere, vt niſi vel neceſsitas cogat, vel pietas ſuadeat, cõſentiẽtibus etiã parti

h cap. fin. ext. de ferijs.

bus,proceſſus habitus non teneat.

*Ferijs indultis hominum cauſa renuntiari poteſt.h.d.*

Aliud [a] tamen obtinet, ſi ob hominũ neceſsitates feriæ indultæ fuerint. Tunc enim acta cuncta tenent,ſi de partium proceſſerint voluntate.

a cap. fin. in fin. ext. de ferijs.

*Delegatus debet in citatione inſerere tenorem ſuæ commiſsionis,& deſignare auditorium.Secùs eſt in Ordinario.h.d.*

Iam verò multum intereſt,delegatúſne citet, an Ordinarius. Ille enim,cùm aliena vtatur iuriſdictione,longè remotos,non niſi literis commiſsionis [b] ſuæ tenorem continentibus, & intra certa ſpacia quem vocare poterit.Et cùm proprium non habeat auditorium, certum huiuſmodi literis locum, vbi ſe citatus exhibere valeat, deſignare illum oportebit:cùm in Ordinario nulla ſubſit huiuſmodi neceſsitas.

b cap. 2. ext. de dilat gl. 2.can. pen. 3.q.2.

*Ponit,quid agendum ſit delegato,ſi iuriſdictio eius expirat in peremptorio. h.d.*

Item in delegato quæri poteſt,ſi peremptoriè [c] partes is citauerit,& earum altera, die data,ſeſe abſentat contumaciter, an ſaltem circa vltimã diei partem ſit in negotio procedendum? & vtrùm, ſi duxerit expectandum, ſit iterum citandus contumax?Et in hac ſpecie multum intereſt, duret iuriſdictio poſt peremptorium terminum, an expiret. Primo enim caſu, in diem alteram æquitate ſuadente iudex expectare poterit, nec propterea peremptorio elapſo,pars contumax citanda erit,niſi gratiã eidem fecerit benignitas iudicantis: poſteriore verò,ne fruſtra iudicialis inſtantia euaneſcat, ſi partes, cùm id nouerint, ſeſe iudici non præſentauerint,hora, qua congruè procedi poſsit ad exequẽdum, propter quod eis legitimè terminum peremptorium aſsignauerit, ad executionem liberè procedere poterit. Diſcretus tamen iudex in aſsignatione peremptorij,non debet iuriſdictionem ſuam,niſi neceſsitas vrgeat,adeò coarctare.

c cap. conſuluit nos. ext. de offi. de lega.

*Citatus poteſt ex legitimo impedimẽto nõ comparère quo tamen ceſſante debet ſe iudici præſentare.h. d.*

Adhuc,tametſi omnia ſolenniter peracta fuerint, nec vocatus accedat ad iudicem, quibuſdam caſibus excuſandus erit:vt putà ſi facto aduerſarij impeditus,aut ad maius tribunal vocatus,vel vinculis,aut infirmitate detentus, aut alijs [d] ſimilibus cauſis implicatus non acceſſerit. Debet tamen ceſſante impedimento, quanto potuerit citiùs,iudici ſui copiam facere [e].

d cap. quoniã. § ſi aũt. de carnal.ext. ut lite non conteſt.

e cap. cùm dilecti. extr. de dolo & contum.

DE

## DE DOLO ET CONTUMACIA, & in poſſeſsionem miſſione,

### TITVLVS VI.

*Quis dicatur contumax, & quid ſit contumacia, & quibus pœnis puniatur. h. d.*

ERgo iuridicè vocatus, & nulla legitima cauſa impeditus, ſi ſe iudici præſentare neglexerit, aduerſario accuſante, contumaciæ crimen incurrit. Eſt enim contumacia, erga iudicem, vel pręlatum cōmiſſa inobedientia. Hæc autē variè iuribus coërcetur: nunc enim litis damno, nūc mulcta, nunc expenſarum refectione [a], & rei ſequeſtratione, vel Eccleſiaſticæ ſententiæ [b] innodatione ob contumaciam ſuam conuentus afficitur.

a *cap. cùm dilecti. in fin. extra. eod.*

b *cap. tuæ fraternitatis. extra. ut lite non conteſtata.*

*Actor mittitur in poſſeſsionem rerum rei contumacis, & poſt annum efficitur uerus poſſeſſor, reſeruata quæſtione ſuper proprietate. h. d.*

Illud quoque videtur ordinarium, vt contumace aduerſario tuo exiſtente, in poſſeſsionem earum rerum, de quibus quæſtio vertitur, vel [c] quę aliàs ſunt in patrimonio rei, ꝓ modo debiti, ſi perſonalis inſtituatur actio, cuſtodiæ cauſa inducaris, vt tædio affectus reus veniat aliquando reſponſurus. Quòd [d] ſi adhuc per annum in ſua contumacia perſeuerauerit, iudice decernente verus poſſeſſor efficieris, ſuper proprietate duntaxat aduerſæ parti defenſione reſeruata. Sed ſi miſſus in poſſeſsionem [e] fructus dilapides, ſequeſtrandi erunt, & quod diſtractum eſt, in priſtinum ſtatū erit reuocandum.

c *cap. fin. §. in alio is. extra. ut lite nō conteſt.*

d *cap. 1. extra. de eo qui mit. in poſſ.*

e *cap. 2. extr. de ſequeſtr. poſſ.*

*Si ob potentiam aduerſarij contumacis non poſsit actor poſſeſsionem ingredi, uel illam amiſerit, nihilo minùs efficitur uerus poſſeſſor elapſo anno. h. d.*

Si tamen propter rei potentiam [f], ſiue dolum, contigerit, vt intra annum rem cuſtodiendā nanciſci non poſsis, vel etiam acquiſitam amittas, ne contumax melioris, quàm obediens, conditionis exiſtat, de Canonica ęquitate ſancitum eſt, vt hoc etiam caſu verus, elapſo anno, poſſeſſor actor conſtituatur.

f *cap. cōtingit. extr. eod. tit.*

*Si reus contumax dederit cautionem de ſtādo iuri, nec mulctandus eſt, quòd aduerſarium non fuerit paſſus eſſe in poſſeſsione. Et miſsionem paſſus reſtituetur. h. d.*

Hoc tamen [g] tunc obtinet, cùm reus nullam cautionem præſtitit: nam ſi de ſtando iuri cauerit, nec mulctandus, quòd in poſſeſsione actorem eſſe paſſus non fuerit, & miſsioné paſſus ilico reſtituendus erit.

g *cap. 1. eod. tit. extra.*

*Actor anno lapſo non reputatur poſſeſſor, ſi per eum ſteterit, quo minùs intrauerit poſſeſſionem. h. d.*

Idem [h] iuris eſt, ſi annus lapſus eſſe proponatur, per reum tamen non ſteterit, quo minùs

h *cap. 2. in fin. extrau. de eo qui mit. in poſſ.*

ante terminum, & poſſeſsionem receperit, & cautionem dederit.

*Excommunicatus à delegato Principis etiã delegato mortuo non poteſt ab Ordinario abſolui, uel alio, præter quàm in mortis articulo, uel de mandato Papæ. h. d.*

*a cap. paſtoralis officij. §. præterea. extra. de offic. ordin.*

Quæri[a] cõtigit, ſi delegatus, qui reum propter cõtumaciam manifeſtam excommunicationis vinculo innodauit, vel petitorem cauſa rei ſeruãdæ in poſſeſsionẽ induxit, rebus eximatur humanis, an eidem iuri parêre volenti, & idoneam cautionem offerenti ordinarius abſolutionis beneficiũ impertiri, & poſſeſsionẽ reſtituere valeat? Et reſponſum eſt, quòd cùm delegatus, quo ad hoc, ſit Ordinario maior, excommunicatus ab eo non poteſt per alium, præter quàm in mortis articulo, ſine mandato ſummi Pontificis abſolutionis gratiam obtinere, vel poſſeſsionẽ recuperare, niſi alius ei in onere ſucceſſerit, & hònore.

*Paſſus miſsionẽ, ſi mortuo delegato præſtet infra annum cautionem de parendo iuri, etiam poſt annum recuperabit poſſeſsionem. hoc dicit.*

*b cap. paſtoralis officij. § præterea. uerſ. ueruntamen. extra. de offic. ordin.*

Sed[b] ne miſſus in poſſeſsionẽ verus efficiatur poſt annũ poſſeſſor, miſsionem paſſus coram Ordinario, vel, ſi eius copiam habere nequiuerit, coram publicis & honeſtis viris, vt quaſi præſcriptionẽ interrumpat ante terminum, & poſſeſsionem receperit... nalem, offerre, ac præſtare poterit de parendo iuri cautionem, vt ſic etiam poſt annum per Apoſtolicam ſedem poſſeſsionẽ recuperare mereatur.

*In cauſis beneficialibus non habet locum miſsio in poſſeſsionem, ſed in locum eius poterit procedi lite non conteſtata. h. d.*

*c capit. uni. de eo qui mitt. in poſſeſ. in 6.*

Sed[c] iſta quidem tunc procedent, cùm de profanis rebus erit diſceptatio: nam qui ſuper dignitate, perſonatu, vel beneficio Eccleſiaſtico obtinendis cũ aliquo litigat poſſeſſore, ob partis aduerſæ contumaciam in poſſeſsionem mittendus nõ erit, ne per hoc ad ea ingreſſus vitioſus pateat. Licebit tamen iudici hoc caſu etiam lite non cõteſtata diligẽter examinato negotio, ipſum fine debito terminare contumaciam abſentis diuina replente præſentia.

*Contra reum contumacem, ſi de cauſa liqueat, poteſt ferri ſententia etiam in cauſa profana lite conteſtata: contra actorem uerò etiam lite non conteſtata. h. d.*

*d cap. cauſam quæ. & cap. ſequen. extr. eod.*

Quod interdum etiã in profanis obtinebit: vtpurà[d], ſi conteſtata lite reus contumax fuerit, & de cauſa liqueat, vel actor ipſe contumaciæ crimen incurrat: quo caſu etiam lite non cõteſtata inſtante reo iudex, & teſtes recipere, & ſententiam ferre debebit.

*Si actor non uenerit in termino, ad quem reum citari fecerit, debet reo reficere expẽſas, & cauere de in poſterum comparendo: aliàs*

non

*non admittitur ad aliam citationem.h.d.*

a capit.1.eod. tit.in 6.

Idem [a] quoque actor, ſi ad terminum, ad quem aduerſarium citari fecerit, venire contempſerit, venienti reo in expenſis propter hoc factis legitimè condemnabitur: & ad aliá citationé minimè admittendus erit, niſi de fideliter in poſterum comparendo idoneam cautionem dederit.

*Iudex debet eſſe contẽtus una pœna ex pluribus, quæ aduerſus contumacem competunt & excreſcente contumacia poteſt etiam ad alias procedere. h.d.*

Quod autem diximus, iuribus variè contumaciam coërceri, non eſt ita accipiẽdum, quaſi omnes ſimul pœnas ius dicés infligere cótumaci debeat, ſed quòd variarum pœnarum ſibi datur optio: vnde altervtra, quę magis timeri debeat, iudex à principio cótentus erit, ad aliã nihilo minùs proceſſurus, ſi hoc meruerit proteruitas contumacis.

## DE LIBELLI CONceptione, & oblatione,

### TITVLVS VII.

*Actor reo comparente debet clarum iudici libellum offerre. Et quid ſit libellus.h.d.*

b can. induciæ. §. offeratur.3.q.3.

IN primis igitur reo in aſsignato termino comparente iudici libellum actor offeret [b], & illum ita clarum & planum, vt ex eius inſpectione deliberare reus valeat, vtrùm cedere velit, an contendere: atque vt, ſi contendendum ſit, diſpicere valeat iudex, quemadmodum à ſe concipienda ſit ſententia. Nihil enim aliud eſt libellus [c], quàm breuis ſcriptura claram actoris intentionem continens, & contra aduerſarium neceſſariò concludens.

c cap.1.in gl.1.extr. de libel.oblatio.

*Libellorum alij ſunt accuſatorij, alij conuẽtionales.h.d.*

Porrò libellorum duæ ſunt ſpecies [d]: alij.n.ſunt accuſatorij, alij conventionales. Accuſatorij ſunt [e], quibus quis aliquos apud iudicem alicuius criminis reos defert: de quibus quidem in præſenti nobis non eſt inſtitutus ſermo, ſed infrà ſuo loco & ordine dicetur. Conventionales ſunt [f], quibus in ciuilibus diſceptationibus vtimur, dum rem noſtram, aut quã nobis deberi putamus, in iudicio petimus.

d gloſſ. 1.cap.1.extra. eo. tit.

e can. perſcripta ſit. §. libellorũ. 8. q.8.

f d. gloſſ. 1. cap. 1. eod. tit.extra.

*Quæ debeat continere libellus, & quòd ineptus, uel obſcurus libellus non obligat ad reſpondendum &c., quòd iudex illum poteſt lacerare.h.d.*

Exprimet igitur oblatus libellus, nó ſolùm agentis, & cóventi nomen, ſed & ius dicẽtis, & petitæ rei [g], & actionis qualitatem. Et ſi perſonali [h] experiendũ ſit actione, petendi quoque cauſa exprimẽda erit: alioqui nec conventus reſpondere tenebitur, & iudex libellum

g cap.2.extr. eod.tit.

h cap. fi. ext. eod.tit.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

non legitimæ cõventionis formam continentem concerpere ac deſtruere poterit.

*Plures dantur caſus, in quibus ſolennis libelli porrectio non eſt neceſſaria. h. d.*

Sunt tamen caſus, in quibus ſolennis hæc libelli oblatio minimè eſt neceſſaria [a]: veluti in quibus de plano ac ſine ſtrepitu & figura iudicij procedendũ erit, & in quibus etiam non cõteſtata lite teſtes recipi poſſunt, & alij plures.

a *clem. ſæpè. de uerb. ſignific.*

*Bene faciet iudex, ſi rem terminare quæret ſine tela iudiciaria. h. d.*

In his quoque caſibus, in quibus libelli eſt neceſſaria porrectio, probè iudex fecerit, ſi principales perſonas, vel in ſubſidium etiam aduocatos factum ipſum proponere iuſſerit, & ſine tela iudiciaria controuerſiã terminare tentauerit.

*Oblato libello debent reo dari dilationes ad excipiendum, & ad euitandam obſcuritatem una materia eſt uno in loco tractanda. hoc dicit.*

Oblato tamen ſecundum iuris ordinem libello, certæ reo convento indulgendæ ſunt induciæ [b], quibus deliberet, cedẽdum ſibi ſit, an contẽdendum: acceptandus, an recuſandus iudex: deniq; vt proponat, ſiquas habet, exceptiones. Quę propterea comparatæ ſunt, vt ij, aduerſos quos inſtituuntur actiones, defendãtur. Harũ verò quędam ante litis conteſtationem opponendæ erunt, quædam verò etiam poſt conteſtatam litẽ. Sed ne, ſi qui inter has alieni tractatus medij fuerint interiecti, huiuſmodi ſectio obſcuritatem pariat, videamus nunc generaliter de exceptionibus.

b *can. induciæ. §. offeratur. 3. q. 3.*

## DE EXCEPTIONIbus, & replicationibus,

### TITVLVS VIII.

*Quid ſit exceptio, & quotuplex eius eſt ſpecies dilatoria, & peremptoria. Et quòd dilatoriarum quædam reſpiciunt iudicẽ, quædam actorem, quædam reum, quædã cauſam. hoc dicit.*

EXceptio eſt [c] actionis, vel intẽtionis excluſio. Exceptionum ſumma diuiſio in duo genera deducitur [d]: aut enim ſunt dilatoriæ, aut peremptoriæ. Dilatoriæ ſunt, quę rẽ & iudicium differunt. Harum quædam iudicis perſonam reſpiciunt, quædam agentis, quædam rei conventi, quædam verò actionis & cauſæ qualitatem. Perſonam iudicis reſpiciunt, vel quæ illius incompetẽtiam arguunt, vel de ipſo ſuſpicionem ingerunt, ſecũdum ea, quæ ſuprà ſuo loco latiùs expoſuimus. Et hæ declinatoriæ quoque poterunt appellari. Actoris partem illæ ſpectant, quę illum non legitimam in iudicio ſtandi perſonam habere demonſtrant: quales ſunt, procuratoriæ: vtputà, ſi quis per mona-

c *gloſ. in uerſ. irritari. cap. dudum. eliſ. extra. de electi. gloſſ. ſi. cap. ex parte. extra. de foro competent.*

d *gloſſ. 1. cap. exceptionẽ. extra. eod. de except.*

nachum, aut regularem, aut clericum agere velit. Item ſi quis vt tutor, vel curator, vel procurator, vel ſyndicus cōpareat, & illum tutorem, vel curatorem, vel procuratorē, vel ſyndicū eſſe negetur, vel ſua nō intereſſe, vel audiri non debere proteſtetur, & ſi quę ſunt his ſimiles. Ex perſona rei deducūtur: veluti ſi quis ab eo, qui alienam litem defendit, de iudicato ſoluendo cautionem poſtulet, aut ſi ab actore ſe ſpoliatum eſſe reus conuentus coram iudice queratur, & propterea reſtitutionis beneficium imploret, vel ſi actorē ex legitima cauſa domum reuocet. Actionem & cauſam reſpiciūt, vt cùm proponitur de ineptitudine, aut incertitudine libelli, aut de litis pendentia, aut cùm nondum diem ſolutionis veniſſe prætenditur.

*Declinatoriæ exceptiones proponi debent ante omnem exceptionem, alioqui amplius opponi non poterunt. h. d.*

Hæ verò regulariter omnes ante litis conteſtationem proponi debent: ſed quas declinatorias appellauimus, non modò ante litem conteſtatam, verùm etiam ante omnem dilatoriam exceptionem opponere reum oportebit: alioqui ſi aliā primò ꝓpoſuērit, cùm per hoc in iuriſdictionem eius, coram quo propoſuit, conſenſiſſe videatur, eiuſdem iuriſdictionem ſerò declinare conabitur.

*Dilatoriæ exceptiones, non declinatoriæ regulariter proponūtur ante litem conteſtatam, quandoque tamen etiam poſt. h. d.*

Ergo in initio litis declinatoriæ opponi debent, & probari: cæteræ poſt oblatum libellū ante litē conteſtatā intra terminū à iudice aſsignatum, quandocūque opponi, & probari poterunt. Sed & lite conteſtata quādoque eas opponere licebit, veluti [a] ſi qua nuper reo cōpetens exorta fuerit, vel is, qui eam opponere voluerit, poſtmodum ad ſuam notitiam perveniſſe iureiurando fidem faciat, vel eſſet huiuſmodi, quæ retroactum proceſſum nullum redderet, vt eſt ea, quæ vel mandati, vel iuriſdictionis defectum arguit.

[a] *cap. paſtoralis. in fi. extra. eod. tit.*

*Et ex loco, & ex tempore, & ex alijs fontibus ducuntur exceptiones. h. d.*

Ducuntur autem huiuſmodi exceptiones non ſolùm ex ſuprà poſitis cauſis, ſed etiam ex loco, ex temporē, & ex alijs pluribus, vt tam Pontificij, quàm Cæſarei iuris libris facile eſt legentibus cognoſcere.

*Exceptio excommunicationis licet ſit dilatoria, tamen poteſt opponi & ante, & poſt litem comteſtatam. h. d.*

His annumeranda eſt etiam

excómunicationis [a] exceptio, quæ licet & ipſa dilatoria ſit, à cæteris tamen diſsimilem naturam ſortita eſſe deprehenditur: nec enim poſt oblatum tantùm libellum ante cóteſtatam litem, velut cæteræ, ſed in qualibet parte litis opponi poterit [b], peremptorio termino ad proponendũ exceptiones declinatorias & dilatorias præfixo minimè obſtante. Quod eſt in hac exceptione ſpecialiter obſeruandum, ne quiſquam in periculum animæ ſuæ excommunicato communicare compellatur: quòd ſi eam reus omiſerit, vt actor ſumptibus & laboribus fatigetur, in expenſis legitimis condemnandus erit.

a *cap. exceptionem excómunicationis. extr. eo.*

b *clem. 1. eod. tit.*

*In opponenda exceptione excommunicationis, ſeruanda eſt certa forma. h. d.*

Sed cùm per malitiam hæc exceptio in iudicijs opponeretur frequentiùs, Innocentiana conſtitutione cóſultiſsimè cautum eſt [c], vt certa in ea proponẽda forma ſeruari debeat, vti ex ipſius conſtitutionis tenore facilè apparere poteſt.

c *cap. 1. eo. tit. in 6.*

*Exceptio excommunicationis poteſt actori opponi in prima tantùm inſtantia, non in ſecũda. Idem de cæteris dilatorijs. h. d.*

Hæc [d] tamẽ in prima tantùm inſtantia ſibi locum vendicant: quòd ſi ſuccũbens actor appellauerit prætextu excómunicationis oppoſitę, à proſequutione appellationis minimè excludẽdus erit: quod & in cæteris dilatorijs multò magis locum obtinet.

d *cap. ſignificauit. extra. eod.*

*Reus excõmunicatus licet reconuenire non poßit, admittitur tamen ad proponendas ſuas legitimas defenſiones. h. d.*

Reus [e] autem nullo obſtante excommunicationis vinculo, velut rectè cõuenitur, ita ad legitimas defenſiones ſemper admittitur. Satis enim abſurdum eſſet, ſi actore impugnãte defenſionis copia reo denegaretur: quia ſic multoties condemnaretur abſoluendus. Recõuentionis tamen poteſtas eidẽ minimè permittitur.

e *cap. cùm inter. extr. eo. tit.*

*Superiùs dicta de excommunicatione, intelliguntur de maiori. h. d.*

Cæterùm [f] quæ ſuprà de excommunicatione diximus, nõ de quacunque excommunicatione ſunt intelligenda, ſed de ea tantùm, quæ à perceptione ſacramentorum, & à fidelium communione ſeparat, vt etiam ipſa Innocentianę conſtitutionis verba demonſtrant.

f *cap. 1. eod. tit. in 6.*

*Peremptoriæ exceptiones ſunt, quæ ius actoris perimunt, et ſemper agentibus obſtant. hoc dicit.*

Peremptoriæ, ſeu eliſoriæ exceptiones ſunt, quæ in totũ ius agentis perimunt [g], & ſemper agentibus obſtant: qualis eſt, doli mali, metus, pacti conventi, ſolutionis, iuriſiurandi, præſcriptionis [h], tranſactionis, &

g *cap. 1. de litis conteſta. in 6.*

h *can. 2. in fi. 3. q. 6.*

&rei iudicatę,& ſi quid contra leges factũm eſſe dicatur.

*Exceptiones peremptoriæ litis finitæ ſunt, quæ impediunt litis ingreſſum.h.d.*

Harum quædam dicuntur peremptoriæ litis finitæ, quædam ſimpliciter peremptoriæ. Peremptoriæ litis finitæ ſunt, quę litis impediunt ingreſſum, &aduerſus agentem omni tempore opponi poſſunt [a]: qualis eſt exceptio tranſactionis,iuriſiurandi,&rei iudicatæ, quę vel in ipſo limine iudicij proponi poterunt [b]. Cùm enim ſuper negotijs,tranſactione, iureiurãdo,& ſententia deciſis, aliàs lis inchoata terminata fuerit, valde abſonum viſum fuit,ſuper eiſdem nouum aſſumi debere iudicium, & quaſi in infinitum forenſia iurgia protrahere. Inde quoque litis finitæ exceptiones appellãtur,quòd,vt aliquis eſſet finis litium, inſtitutæ fuerint. Idem iuris eſt in alijs etiã peremptorijs exceptionibus, quæ vulgò manifeſtæ ſunt, & notoriæ habentur.

a *cap.1. de litis conteſta. in 6.*

b *can.2.3.q. 6.*

*Exceptiones perẽptoriæ proponuntur poſt litem conteſtatam ante ſententiam.h.d.*

Cæterę verò litis cõteſtationem minimè impediunt,atque ante ſententiam erunt regulariter proponendæ, quas quidem ſi dolo malo ſuo tẽpore in prima inſtantia reus proponere diſtulerit, etiam in cauſa appellationis opponendi ſibi facultas denegabitur.

*Præiudiciales exceptiones ſunt, quæ alteri cauſæ præiudicium afferunt putà,exceptio cõſanguinitatis,cauſæ reſtitutionis uiri, exceptio natalium,petitioni hæreditatis.h.d.*

Sunt etiam quædam exceptiones,quæ præiudiciales appellari poſſunt, ex eo quòd alteri cognitioni præiudicium afferunt:vtpotè,ſiqua mulier Titium in virum petat,qui ad mulieris intentionem elidendam conſanguinitatis obijciat exceptionem [c]: qua probata, cùm quæſtio principalis perimatur, de ipſa eſt cognoſcendum ante quàm ad diffinitionis articulũ procedatur. Idem [d] ſi petenti hæreditatem natalium obiecta ſit exceptio.Cùm enim ſucceſsionis cauſa à cauſa nataliũ dependeat, poſteriore quoque loco cognoſcenda erit.

c *cap. literas tuas. extra. de reſtitut. ſpoliat.*

d *cap. penul. extra. de ordin. cognit.*

*Spoliatus opponens de ſpolio in modum exceptionis,non cogitur reſpõdere ante quàm ſit reſtitutus,h.d.*

Sed [e] etſi queſtio ſpolij in modum exceptionis petentibus obiecta fuerit, probationes ſuper ſpolio primitùs erunt audiendę:eóque legitimè probato reus non cogetur reſpondere*poſitionibus,donec integrè reſtitutus fuerit.

e *cap.fin.extr. de ordine cognit.*

* petitionibus,meliús.

*Non debet iudex in cauſa ſuperſedere obtentu exceptionis ſpolij,niſi dicatur factum ab actore,& hoc in ciuilibus: in criminalibus uerò poteſt etiam obijci de ſpolio à tertio facto,ſi quis dicatur, uel tota ſua ſubſtantia,uel maiori parte ſpoliatus: nec agenti ſuper rebus Ec-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*cleſiaſticis poteſt opponi exceptio ſpolij rerũ priuatarum, uel contrà. h. d.*

Sed q̃a huiuſmodi exceptionẽ nõnunquã in iudicijs calumniosè ꝓpoſitã cauſas Eccleſiaſticas contingebat impedire, & per interpoſitas appellationes principalis cauſæ cognitionẽ perimere, conſultiſsimè Innocentiana [a] conſtitutione decretum fuit, vt in ciuilibus negotijs ſpoliationis obiectu ab alio, quàm ab actore factæ, iudex in cauſa principali procedere non poſtponat. In criminalibus verò etiam, ſi à tertio ſpoliatus fuerit, dum tamen, vel tota ſua ſubſtantia, vel maiori parte ipſius ſe per violentiam priuatum affirmet, obiecta exceptio proceſſum differet, pœnis ſtatutis, ſi eandem intra certa tempora non probauerit obijciens: eo quoque ſalubriter adiecto [b], vt rerum priuatarum ſpoliatio, agẽti ſuper Eccleſiaſticis, vel ex contrario, non opponatur.

a cap. 1. de reſtitut. ſpoliat. in 6.

b d. cap. 1. §. fin.

*Accuſato excipienti de ſpolio à tertio facto, debet indulgeri tempus, intra quod reſtitutionem petat, & cauſam, ſi poteſt, finiat: quo elapſo, non obſtante tali exceptione, accuſari poterit. h. d.*

Inter ſcholares [c] olim dubitari contigit, ſi ſpoliatus à tertio contra ſuum accuſatorem de ſpolio excipiat, an ei tẽpus indulgeri debeat, infra quod reſtitutionem imploret, ne fortè ſic exiſtens omnem accuſationem eludat: & id æquitati & iuri ſatis conſonum viſum fuit. Vnde ſi infra tempus indultum reſtitutionem non petierit, & cauſam, cùm poſſet, ad finẽ non perduxerit, non obſtante exceptione ſpolij, deinceps accuſari poterit.

c cap. 1. §. ſolet autem. de reſtitut. ſpoli. in 6.

*Exceptiones contra teſtes, peremptoriarũ naturam ſapiunt, ideo ante ſententiam proponendæ. h. d.*

Sunt & aliæ exceptiones, quas propriè neque dilatorias, neque peremptorias appellaueris: cuiuſmodi ſunt, quæ aduerſus productos teſtes opponuntur: vtputà [d], ſi quis Mæuiũ examinatum, infamem, excommunicatum, vel aliàs criminoſum eſſe dicat. Quę tamẽ cùm ad peremptoriarum naturam accedere videantur, ipſæ quoque ante ſententiam proponẽdæ erunt.

d cap. præſentiũ. ubi gloſ. extra. de teſti.

*Ponit differentiam, utrùm teſti obijciatur crimen, de quo nunquam aliàs fuerit conuictus uel obijciatur crimen, de quo aliàs quis confeſſus & conuictus fuit. h. d.*

Multum tamen intereſt, an per exceptionem tantùm teſtibus opponantur crimina, de quibus nunquam accuſati fuerint: an verò ea, de quibus aliàs conuicti, vel confeſsi fuerunt. Primo enim caſu [e] obiectorum criminum probatio antea exhibenda erit, quàm cauſa per ſententiam terminetur, & ſi cõuicti vel confeſsi fuerint, ordinaria

e cap. 1. extr. eod. tit.

naria

naria ceſſante pœna, ſufficiet, quòd à perhibendo teſtimonio repellantur, preſertim cùm obiectum crimen minimè cauſam contingat. Poſteriore verò, cùm non ſit cuiquam contra alios credendum, niſi ſe priùs probauerit innocentem, à ferẽdo teſtimonio penitùs repelli poterunt.

*Opponens exceptionem, quæ aduerſus opponentem opponi poteſt, nihil agit & hoc, ſi proprio nomine excipiat ſecùs, ſi nomine ſuæ Eccleſiæ. h. d.*

Cauebit autem reus, ne quã contra aduerſarium ſuum exceptionem porrigat, cuius ipſe nexibus implicetur: cùm ſcire debeat, nullum hanc eſſe iuris effectum habituram: velvti [a] ſi plura beneficia poſsidẽs de eadem pluralitate aduerſus aliũ excipiat: vel ſi periurium [b], aut excommunicationem is obijciat, qui peierauit, vel Eccleſiaſtica ſententia innodatus fuerit. Hoc tamen ita accipiendum eſt, cùm proprio nomine conventus excipit [c]: cæterùm ſi ſuam defendens Eccleſiam, tales exceptiones oppoſuerit, audiendus erit, nec quòd opponens eiſdem ſit obnoxius, replicari poterit.

a *cap. cùm eccleſiæ. extr. eod. tit.*
b *gloſſ in cap. præſentiũ. et cap. teſtimonium. extr. de teſtib.*
c *cap. dilecti filij. extr. eod. de except.*

*Qui excipit, non confitetur agentis intentionem, & poteſt quis plures etiã contrarias exceptiones opponere, & ſi iudex non admittat, poteſt appellari, & iudex puniri. hoc dicit.*

Poſtremò ſciendum eſt, eum, qui excipit [d], non propterea agentis intentionem confiteri illum videri, cùm eidem non ſolùm vnam, ſed etiam plures, quanquam contrarias, proponere liceat: quæ ſi legitimæ fuerint, & iudex nõ admiſerit, reo quidem per appellationis remedium ſuccurretur, & iudex ipſe meritis pœnis coërcendus erit.

d *cap. cũ venerabilis. ext. eod. cap. exceptionem. de reg. iur. in 6.*

*Aduerſus exceptiones dantur replicationes. h. d.*

Dantur aduerſus exceptiones replicationes: de quibus multis agere ſupervacuum eſſet, cùm inſtitutæ ſint ad ſimilitudinem exceptionum, quæ aduerſus actiones opponuntur: de quibus ſi quis pleniùs velit intelligere, ex his, quę ſuperiùs diffuſè de exceptionibus poſuimus, mutuari poterit.

## DE MVTVIS PEtitionibus,

### TITVLVS IX.

*Si reus conuentus nolit, uel non poſſit excipere, ſi habeat, unde actorem reconueniat, poterit illum reconuenire. h. d.*

IGitur oblato ab actore libello, ſi reus conventus nulla ſit exceptione munitus, quæ vel iudicium differat, vel litis ingreſſum impediat, mutuis petitionibus aduerſarium ſuum fatigare poterit, & agentem corã eodem iudice, antequam litem

conteſtetur, reum conſtitue-re. Cuius enim quis[a] in agendo obſeruat arbitrium, eundem habere contra ſe iudicem in eodẽ negotio dedignari non debet. Propoſita ergo actoris intentione, & reſponſione facta ſuper quæſtionib. rei monitione præmiſſa, incontinenti actor reſpõdere compellẽdus erit, vt viciſſim poſtea rationes partium iudex audiens, concordia, vel iudicio vtriuſque negotium terminet.

a *can. 1. §. cuius, 3. q. 8.*

*Etiam coram iudice delegato poteſt reus actorem reconuenire. h. d.*

Nec ſolùm coram Ordinario reconuentio talis ſibi locum vẽdicat, verùm[b] etiam coram delegato: vnde niſi reus literas impetrare maluerit, actorem ſibi obnoxium eodem durante iudicio coram datis iudicibus reconvenire poterit.

b *cap. diſpendia. de reſcrip. in 6.*

*Actoris & rei conuenientis æqualis debet eſſe conditio in iudicio. h. d.*

Vtriuſq; autem, tam actoris, quàm rei reconvenientis æqua debet eſſe conditio: vnde[c] cùm cauſa appellatione remota cõmittitur, ſi reus actorem reconvenerit, vno eodemq; iure circa appellationis remedium vterq; cenſendus erit.

c *cap fin. ext. eod. de mut. pet.*

*Coram arbitris non habet locum reconuentio. h. d.*

De arbitris dubitari poterit, an corã eis reconvẽtioni locus eſſe poſsit[d]? & cùm arbitri iudicare non poſsint, niſi de his tantùm, ſuper quibus in eos cõpromiſſum fuit, reſponſum eſt, coram eis reconuentionem locum habere non poſſe.

d *cap. cùm dilectus. extr. de arbitris.*

*Reus conuentus coram iudice laico, non poteſt reconuenire actorem ſuper cauſa ſpirituali. hoc dicit.*

Interdum etiã accidit, vt nec coram Ordinario, nec coram delegato iudice reo actorem reconvenire ſit poteſtas, vt: putà ſi coram iudice laico conventus actorem ſuper cauſa iuris patronatus, decimarum, matrimonij, aut alia ſpirituali reconvenire velit.

*Excommunicatus non poteſt reconuenire. hoc dicit.*

Idem[e] iuris eſt, ſi conventus excõmunicationis vinculo innodatus exiſtat. Huic enim licet alioqui excipiendi facultas minimè ſit interdicta, actorem tamen reconvenire non conceditur, ne quod (vt ſuprà diximus) in defenſionis remedium ſuſtinetur, ad impugnationis materiam extendatur.

e *cap. cùm inter. in fin. extr. de exception.*

*Super cauſa criminali non remittitur reconuentio idem in cauſa depoſiti. h. d.*

Illis quoque, qui coram iudice criminaliter conventi fuerint[f], vel ſuper depoſito, niſi ſe priùs innocentes probauerint, & depoſitum reſtituerint, alios criminandi, vel conveniendi licentia non conceditur.

f *can. 1. & 2. 3. q. 11.*

De

# DE RESTITVTIONE ſpoliatorum,

## TITVLVS X.

*Intentans ſpolia non poteſt recõueniri, niſi ſuper cauſa ſpolij.h.d.*

IS quoq;, qui ſe quibuſdam rebus, aut iuribus ſpoliatum cõqueritur, ab aduerſario ſuo reconveniri non poterit: nam ſuper ſpoliatione conuentus, aduerſus reſtitutionem petẽtem nõ eſt, niſi ſuper quęſtione ſpolij, audiendus. Reſtitutionis enim petitio in hoc priuilegiata eſſe noſcitur, vt ipſam intentãs, non cogatur ante reſtitutionẽ ſpoliatoribus reſpondere. Vnde[a] cùm quis ſe de beneficij poſſeſsione violẽter eiectum apud iudicem conqueritur, ſi aduerſarius eundem non Canonicè dicat inſtitutum, de violenta priùs eiectione, quàm de Canonica inſtitutione cognoſcendũ erit.

a cap. in literis tuis. extra. eod. tit.

*Spoliatus eſt ante omnia, et quo ad omnia, reſtituendus.h.d.*

Sed etſi ſpoliatus non primus coram iudice ſuper ſpolio ſibi illato conſiſtat, ſed crimina li iudicio ab aduerſario laceſsitus ſpoliationis cauſam proponat, ita demum ſuper petitione iudex ꝓcedere poterit, ſi priùs reſtitui ſpoliatum ſua ſententia iuſſerit: omnes enim leges, tam Eccleſiaſticæ, quàm ſeculares ante omnia cuncta ſpoliatis, vel eiectis redintegranda[b], & damna ſarciẽda eſſe pręcipiunt: fructus[c] quoq; non tãtùm à violento poſſeſſore perceptos, ſed etiam qui à veteri poſſeſſore percipi veriſimiliter potuiſſent, reſtituendi erunt, nec reſtitutionis ſolùm ſententia ſufficiet, niſi re ipſa omnia iudicis officio reſtituantur, ita vt eiectus, vel ſpoliatus etiam naturalem poſſeſsionem recipiat, cunctáque, quæ ſibi oblata fuerint, códem, vnde ſurrepta fuerunt, reuocentur.

b can. redintegranda. 3. q. 1.
c cap. grauis. ext. eod. tit.

*Quæſtio ſpolij per modum reconuentionis propoſita, non impedit proceſſum ſuper alia cauſa ciuiliter inſtitutum. h.d.*

Quòdſi ciuiliter conventus aduerſario ſpolij quæſtionem regerat, cùm mutuæ tunc intelligantur petitiones in idem iudicium deductæ, viciſsimq; tractatæ, vnica ſimul erunt ſententia terminandæ.

*Cùm ſpolium proponitur in modum exceptionis, nulla fertur reſtitutionis ſententia: ſed quandiu non fuerit reus reſtitutus, non eſt cogendus actori reſpondere. h.d.*

Sed hæc quidem obtinent, cùm in modum actionis ſpolij quęſtio proponitur: ſed ſi citra litis conteſtationem de ſpolio quis excipiendum duxerit, ſuper ipſa quidẽ exceptione probationes primitùs recipiẽdę erunt: ea tñ legitimè ꝓbata, nulla reſtitutionis erit ferenda ſentẽtia, ſed tandiu ſpoliatori ſuper petitionibus ſuis reſpondere



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a cap. ſi. ext. de ordin. cognit.

cogẽdus non erit[a], donec ab ipſo reſtitutus fuerit. Quemadmodum enim, ſi in modum exceptionis aliquod crimen teſti obijcitur[b], vt à teſtimonio repellatur, & ſi crimẽ contra eum ciuiliter probatum fuerit, ſibi pœna non infligitur ordinaria, ſed eius dũtaxat teſtimonio nõ creditur: ſic ſpoliatione in modũ exceptionis tãtùm probata, reſtitutionis ſententia minimè ferenda erit.

b cap. 1. ext. de except.

*Tribus caſibus priuatus à iudice dicitur ſpoliatus, ſi non ſeruauit iuris ordinem, ſi nulliter pronuntiauit, ſi erat iudex incompetens. h. d.*

Spoliatus autem non ſolùm is intelligitur, qui à priuato quocunque homine rerum quarundam poſſeſsione indebitè priuatus fuit: ſed etiã[c] ille, quẽ iudex ipſe iuris ordine prætermiſſo, beneficio, vel alijs rebus carere coëgit: vel is, qui licet iuris quidem ordinem ſeruauerit, ſpoliari tamen, & de facta damnati iudex erat incompetens: vel, ſi iudex ſit competens, circa priuationẽ tamen nulliter pronuntiauit.

c cap conquerente extr. eod. tit.

*Spoliaſſe & is intelligitur, qui mandauit ſpoliari, aut ſpolium ſuo nomine factum ratum habuit, uel ſpoliatori ſucceſſit in uitium. hoc dicit.*

Is quoque ſpoliaſſe intelligitur, q licet ipſe non ſpoliauerit, per alium tamen ſpoliari mandauerit[d], aut ſpolium ſuo patratum nomine ratum habuerit: vnde & is reſtitutiõni obligabitur, quemadmodum[e] & ille, qui rem indebitè occupatã, ſcienter recipiendo ſpoliatori ſucceditin id vitium. Licet enim is non ſpoliauerit, cùm tamen, quo ad periculum animæ, non multum interſit, vtrùm quis iniuſtè detineat, an alienum inuaſerit, cõtra huiuſmodi poſſeſſorem ſpoliato per reſtitutionis beneficium, non obſtante iuris ciuilis rigore, ſuccurritur.

d can. notum. ubi gloſſ. 2 q. 1. & cap. cùm ad ſecundum. in ſi. ubi gloſſ. extra eo.

e cap. ſæpe contingit. extr. eod.

*Renunciatio facta poſt ſpolium non impedit ſpoliati reſtitutionem, ſecùs ſi antè fuerit renunciatum, & teſtes ſuper ſpontanea renuntiatione nõ ſunt admittẽdi ante reſtitutionem. hoc dicit.*

Illud quæſitũ[f] eſt, ſi poſt ſpolium Eccleſiæ renunciaſſe quis dicatur, an ob huiuſmodi renũciationem ſpoliato ſit denegan da reſtitutio, & cùm non ſit veriſimile, quòd ſponte proprio iuri renunciauerit, qui renunciat, ſpoliatus huiuſmodi non obſtante renunciatione, reſtituendus erit. Teſtes etiam partis alterius de iuramento, & renunciatione ſpontè facta, non antè admittendi erunt, quàm ſpoliatus plenariè fuerit reſtitutus. Quòd ſi ante[g] ſpolium Eccleſiam ſpontè abiuraſſe reperiatur, perpetuum ei ſuper negotio ſilentium imponendum erit.

f capit. 2. eod. tit.

g cap. accepta. ext. eo. tit.

*Ponit aliquos caſus exceptos ab illa regula*

*la, Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus h d.*

Sunt & alij caſus, quib. iure denegabitur ſpoliatis reſtitutio: vtputà, cùm agēti per modū exceptionis de alia ſpoliatione opponitur, aut tā ſuper proprietate, quàm ſuper ſpolio eodem tempore diſceptari ſpoliatus ipſe conſenſerit, aut ante reſtitutionis poſtulationem petitoria actione iudicium expertus ſuccubuerit.

*Probatio ſpolij, abſentia ſpoliatoris, & lapſus temporis, non operantur reſtitutionem, ſi ſpoliator non abſit per contumaciam, uel dolum. h. d.*

Item ſi ſpoliatore non per cōtumaciam, vel per dolū abſente, ab Apoſtolica ſede ad iudices ſpoliatus literas obtinuerit, vt ſi eum ſpoliatum iudicibus conſtiterit, intra certum tēporis ſpaciū reſtituatur, ſi reus intra præfixum terminum ſeſe iudici exhibere non poſsit, quā quam temporis lapſus immineat, & actor ſit ſuam poſſeſsionem & deiectionem probare paratus, nihilo minùs reſtituēdus non erit.

*Si contra agentem ſpolio opponatur exceptio, per quam concludatur actorem non poſſediſſe, ſpoliatus ante omnia non reſtituitur. h. d.*

Sed & ſi talis opponatur exceptio, quæ agentem minimè poſſediſſe concludat, tandiu ſubſtinenda erit reſtitutio, donec ſuper tali exceptione cognitum fuerit: vt ecce, nec laici ſpiritualia poſsidere, nec ſacerdotes vxores habere poſſunt. Vnde ſi vel illi ſe beneficijs ſpoliatos, vel hi ab vxoribus ſe deſtitutos coram iudice conquerantur, & ab aduerſarijs de ſecularitate, vel de ſacerdotio agentibus opponatur, procul dubio differenda erit reſtitutio.

*Cùm pro ſpoliatore militat iuris præſumptio, ſpoliatus nō eſt ante omnia reſtituendus. hoc dicit.*

Quinimò & cùm ſola iuris præſumptio pro ſpoliatore cōtra ſpoliatum militat, impediēda erit reſtitutio: ex quo apparet [a], eum, qui (exempli gratia) reſtitui poſtulat ad decimas, quas intra alienæ parochiæ limites poſſediſſe aſſerit, nequaquam reſtituendum eſſe, niſi euidenter docuerit, quòd earum poſſeſsionem legitimè aſſequutus fuerit: qa eas occupaſſe iniuſtè veriſimiliter præſumitur, cùm ex prædijs perveniāt intra alienam parochiam conſtitutis, manifeſtumq; ſit, eas iure cōmuni ad eādem Eccleſiam pertinere, niſi aliud oſtenſum fuerit.

*Hæreticus non reſtituitur ante omnia: idē ſi in reſtitutione timetur de periculo animæ, uel ſcandalo, quia differtur reſtitutio. h. d.*

Plures præterea ſunt caſus, quibus ſpoliatus ilico non reſtituitur: velvti, cùm hæreſis labe pollutus deprehenditur, vel facta reſtitutione animæ peri-

[a] cap. fin. eod. tit. in 6.

culum immineret, vel ſcandalũ timeri poſsit: & alij, qui nõ minùs ſecularibus, quàm Pontificijs legibus continentur.

*Spoliatus poteſt ſuſpenſo petitorio ante cõcluſionem in cauſa, intentare poſſeſſorium: ſecus ſi ſit concluſum, niſi tamen aliter iudici videatur. h. d.*

Poſtremò ſciendũ eſt, in ſpoliantis odium cõſtitutum eſſe[a], ſi ſpoliatus proprietatis litẽ ingreſſus fuerit, nullam de illata ſibi violentia mentionem faciens, ante quàm renunciatũ ſit, aut concluſum in proprietatis iudicio, vt idem debeat ſuper poſſeſſorio, etiam petitorio ſuſpenſo, audiri. Quòd ſi renunciatum fuerit, vel cõcluſum, vt iam poſsit cauſa ꝓprietatis ſententia terminari, ne lites litibus inculcentur, & via poſsit fraudibus aperiri, cauſa non deciſa, poſſeſſorio non erit vtendum: niſi iudex, qui de cauſa cognoſcit, hoc ipſum ex iuſta cauſa viderit expedire: putà, cùm ex pſpicuis indicijs iniquitas inuaſoris facilè arguitur, & ſpoliato caſu, ſiue dolo ſpoliatoris dominium probandi facultas ſubtracta fuerit.

a *cap. paſtoralis. ext. de cauſa poſſ. et propriet.*

## DE LITIS CONteſtatione,

### TITVLVS XI.

*Litis conteſtatio eſt fundamentum iudicij, quo deficiente fruſtra ſuperædificabitur. Et, quando dicatur lis conteſtata. h. d.*

HActenus ea complexi fuimus, quæ plerunque ante cauſarum diſcuſsionẽ vertuntur, quę non tam iudicij partes habentur, quàm iudiciorum prępara toria: perueniamus nũc ad ea, quibus ipſum iudiciũ cõſtituitur. Eſt autem iudiciorũ quaſi fundamẽtum quoddam, litis cõteſtatio: nam[b] ſi illa à partibus prætermiſſa fuerit, procul dubio omnia, quæ ſequuta fuerint, corruent, ſeq; ipſos litigatores inanib. laboribus, & ſumptibus vexabunt: vnde nec teſtes recipi, nec ad ſententiam per iudicem procedi poterit. Ea[c] verò fit per petitionem in iure propoſitam, & congruam reſpõſionem ſequutam, animo conteſtandi litem factam, cùm iudex per narrationem negocij cauſam audire cœperit: vnde ſi quis poſitionibus ſimpliciter reſpondeat, aut peremptoriam exceptionem proponat, nequaquam per hoc eſſe facta conteſtatio litis intelligitur.

b *cap. 1. extr. eod. tit.*

c *cap. dudũ. el 2. §. licet. extr. de election.*

*Procurator, tutor, & ſimiles, poſſunt litem conteſtari. h. d.*

Fit autẽ litis conteſtatio non ſolùm per principales, ſed etiã per procuratorem[d], tutorem, & perſonas ſimiles.

d *cap. 1. extr. eod.*

*Aduocati reſponſio niſi ſit ſtatim reuocata, facit litis conteſtationem. h. d.*

An aduocati reſponſio litis conteſtationem faciat? dubitari poteſt, & ex facto reſpon-

ſum

ſum eſt, niſi ſtatim reuocata fuerit, illius quoq; reſponſione cõteſtationem fieri.

*Cùm officium iudicis pro actione inſtituitur, eſt neceſſaria litis conteſtatio. h. d.*

Nec ſolùm, cùm per actionẽ iudicium inſtituitur, erit litis conteſtatio neceſſaria: ſed etiã vbicunq; iudicis officium pro ipſa proponitur actione: velut, cùm reſtitutio in integrum nõ incidẽter, ſed principaliter poſtulatur.

*Qui effectus ſequantur ex litis conteſtatione. h. d.*

Igitur ſequuta conteſtatione reus & iudici ſubijcitur, & actori obligatur, dilatorijs exceptionibus via prçcluditur, actiones perpetuantur, prçſcriptio interrumpitur, alij quoque effectus emanãt, vt tam Ciuilibus, quàm Eccleſiaſticis conſtitutionibus ſuis locis traditur.

*Cùm ciuiliter agitur, & probabiliter de morte teſtium, uel diuturna abſentia timetur, poſſunt examinari teſtes etiam lite non conteſtata. h. d.*

Admonendi tamen ſumus, quod traditum eſt, lite non conteſtata non poſſe teſtes recipi[a], aut ad ſententiã perueniri, non eſſe perpetuum. Nam ſi fortè de morte teſtium timeatur, vel abſentia diuturna, cùm Ciuiliter eſt agendum, ne veritas occultetur, & probationis copia fortuitis caſibus ſubtrahatur, ſenes, & valetudinarij, & alij teſtes, de quibus ex probabili cauſa timetur, etiam lite non conteſtata ſunt admittendi, ſeu pars conuenta ſit contumax, ſeu ſine dolo ſit abſens, vt conveniri non poſsit.

[a] extra ut lite nõ conteſt. per totũ. et cap. 1. eod. tit. extra.

*Qui teſtes examinauit ad perpetuam rei memoriam, debet intra annum, uel conuenire aduerſarium, uel examen denunciare. h. d.*

Debet[b] tamen actor intra annum, ex quo facultas ſibi data fuerit, aduerſarium conuenire, aut ſaltem huiuſmodi teſtium receptionem eidem denunciare: alioqui atteſtationes ſic receptæ non valebunt, ne fortè hoc procuretur in fraudem, vt ſcilicet proceſſu temporis exceptiones legitimæ ad repellendum teſtes, vel aliæ, locum habere non poſsint.

[b] cap. fin. §. ſed ſi. extr. ut lite non conteſt.

*Nota ex iſto §. bonam regulam ad cognoſcendum, quando non eſt neceſſaria litis conteſtatio. h. d.*

Sunt[c] & alij caſus, in quibus abſque litis conteſtatione legitimè poſſunt teſtes produci, & lis ſententia terminari: quos tã ex his, quæ ſuprà de contumacia diximus, quàm etiam ex alijs locis cognoſcere licebit. Et generaliter, vbicunque libellus non exigitur, aut ius agendi cõtra certam perſonam non dirigitur, litis cõteſtatio nõ eſt neceſſaria.

[c] d. cap. fin. §. ſunt et alij. ut lit. nõ conteſt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## DE IVRAMENTO calumniæ,

TITVLVS XII.

*Actor recuſans ſubire iuramentum calumniæ cadit ab actione, reus habetur pro confeſſo. h.d.*

SEd, vt veritate prævia iudicia expediantur, inſtitutum eſt, vt litigatores in exordio litis de calumnia vitanda iurare debeant. Quod iuramentũ ſi quis præſtare recuſauerit[a], actor quidem ab inſtituta cadet actione, & pro confeſſo reus habendus erit.

a *cap. fin. §. fin. extrau. eod. tit.*

*In cauſa ſuæ Eccleſiæ clericus non cogitur iurare de calumnia, ſecus in propria: quo caſu iurat propoſitis tantùm ſcripturis, non tactis. hoc dicit.*

In hac tamen parte quibuſdam caſibus clericis iura pepercerunt. Vetuerunt[b] enim, ne dũ propriæ Eccleſiæ cauſa peragitur, inconſultis illorum prælatis, huiuſmodi ſubire iuſiurandum cogãtur: licet in proprijs cauſis huiuſmodi priuilegio minimè gaudere noſcantur. Sed & quo caſu hoc iuramentum ſubire, vel permittuntur prælati, vel iubentur, non tactis[c], ſed tantùm propoſitis ſcripturis id implebitur.

b *cap. 1. & ſeq. ext. eo.*

c *cap. fi. ext. eod.*

*Hodie etiam in cauſis ſpiritualibus iuratur de calumnia. h.d.*

In cauſis ſpiritualibus olim de calũnia minimè iurabatur: ſed quia & in illis litigatores frequenter calumniari compertum eſt, nouiſsimè ſancitũ eſt[d], vt in eis id, quod in cęteris conſtitutum eſt, obſeruari debeat.

d *cap. 1. §. fi. eo. tit. in 6.*

*Etiam procuratores iurare de calumnia tenentur, quandocunque iudici uidebitur. hoc dicit.*

Et non tantùm principales, verùm etiam procuratores[e], & ſyndici[f], huiuſmodi iuramentũ ſuſcipere compellẽdi erunt, etiam ſi quid ponere, aut reſpondere debeant, à dominis inſtructi fuerint, aut poſt hoc pręſtitũ iuramentum deputati fuerint: nec enim illud intra certa iudicij tempora coarctatum reperitur, ſed[g] poterit iudex exigere, quoties expedire viderit.

e *capit. 2. §. procuratores. eod. tit. in 6.*

f *cap. pen. et fin. extra. eod. tit.*

g *cap. 2. in fi. eo. tit. in 6.*

*De calumnia iuratur etiam in cauſa appellationis. h. d.*

Præterea[h] quanquam in prima inſtantia partes iurauerint, non tamen propterea in cauſa appellationis huiuſmodi iuramentum declinare poterũt, cũ rurſus, & de calumnia vitanda, & dicenda veritate iurare partes ſint compellendæ.

h *capit. 2. in prin. eod. tit. in 6.*

*Iuramenti de calumnia omiſsio non uitiat proceſſum. h.d.*

Illud poſtremò admonendi ſumus, quòd propter omiſſum[i] tacitè in tota cauſa calumniæ iuramentum, iudicialis proceſſus aliàs factus legitimè, nec eſt nullus, nec ob eam cauſam venit annullandus: cùm huiuſmodi iuraménta præſtari de ſubſtãtia ordinis iudiciarij nõ exiſtat.

i *capit. 1. in prin. et §. 1. eod. tit. in 6.*

Vt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## VT LITE PENDENTE NIHIL INNOUETUR,

### TITVLVS XIII.

*Lite pendente nihil innouandū, & lis tunc pendere dicitur, cùm citatio legitima peruenit ad partem citatam, aut per eam factū eſt, quo minùs perueniret. h. d.*

INſtituta ergo lite, & ſolennibus præſtitis ſatiſdationibus & calumniæ iuramento exhibito, ad probationes, & merita cauſæ deſcendendum erit: & interim pendente lite nihil innouari poterit. Lis [a] autem pendêre hoc reſpectu tunc dicetur, non modò cùm lis conteſtata fuerit, verùm etiam poſtquam à iudice competenti citatio emanarit, & ad partem citatam peruenerit, vel per eam factum eſt, quo minùs ad eius notitiam perueniret, dum tamen in citatione ea ſint expreſſa, per quæ poſsit quis inſtrui, ſuper quibus in iudicio conuenitur.

a *clem. 2. eo. tit.*

*Ob dilapidationem etiam lite pendente fit ſequeſtratio.*

Planè [b] ab eo, qui poſtquam à ſententia prouocauit, poſſeſſionis fructus diſsipat, etiam lite pendente ſequeſtrari poterunt.

b *cap. fi. ext. de ſequeſtr. poſſeſſ.*

*Litis pendentia non inualidat matrimonū contractum. h. d.*

Sic etiam [c] ſi dum ſuper matrimonio lis pendet, ſecundum quis matrimonium ritè contraxerit, ſi primum nō tenuiſſe declaratum fuerit, pendentis litis obtentu ſecundum irritari non poterit. Ei tamen qui in contēptum contraxerit, cōpetens pœnitentia imponenda erit.

c *cap cùm in apoſtolica. ext. de ſponſali,*

## DE PROBATIONIBUS,

### TITVLVS XIIII.

*Quid ſit probatio, & quibus modis fiat. hoc dicit.*

PRobatio igitur eſt, idoneis argumentis & legitimis medijs facta demōſtratio. Contingit autē quid probari varijs modis: vtputà, confeſsione partium, depoſitione teſtium, inſtrumentorum exhibitione, iuriſiurandi religione, inſpectione iudicis, notorietate rei, ſuſpicione vehementi, fama, atq; alijs adminiculis.

*Quomodo naſcatur probatio ex confeſsione, & quæ ſint poſitiones. h. d.*

Partium cōfeſsione tunc cōſtat probatio, cùm reus poſitionibus reſpōdendo, vel aliàs in iudicio de intentione confitetur actoris. Sunt autem poſitiones, breues quædam narrationes facti ſeriem continentes, ad eliciendam veritatē conceptæ, ſuper quibus quis petit ab aduerſario reſponderi, quas ad faciliorem [d] expeditionem litium propter partium confeſſiones, & probationum defectum vſus longæuus in cauſis

d *clem. fin. de uerb. ſigni.*

admiſit,& iuris probauit authoritas.

*Recuſans reſpondere poſitionibus, habetur pro confeſſo.h.d.*

a *cap.1.de cõfeſſ.in 6.*

Si[a] quis igitur poſitionibus ſibi factis reſpõdere requiſitus recuſauerit, vel, ne reſpõderet, ſe per contumaciam ſubtraxerit,pro confeſſo habendus erit. Hoc tamé ita demum obtinet, ſi à iudice reſpondere iuſſus, illum abſentem fieri contigerit: ſed ſi ante quàm iuberetur, contumaciter abſceſſerit, tunc pro confeſſo minimè reputabitur, ſed contra eundem,tanquã contumacem, procedendum erit, provt iuris ratio dictauerit.

*Confeſſus,& probationibus conuictus,æquiparatur:& confeſſio erronea,ſi ſtatim reuocatur,non affert præiudicium.h.d.*

Redditis igitur circa exhibitas poſitiones reſponſionibus, diligenter ab actore diſpiciendum erit,an à reo ſuper controuerſia legitimam cõfeſſionem extorſerit:quo quidem caſu & ipſe probationũ oneribus releuabitur,& iudicis in cognoſcẽdo partibus ceſſantibus ſtatim ſuper tali confeſſione pronunciandum erit. Planè[b] ſi per errorem facti huiuſmodi confeſſionem emanaſſe doceatur,confitenti, ſed tamen cõfeſſionem ſuam ſtatim reuocanti nullum pręiudicium generabitur: alioqui,quod ſua quiſque voce dilucidè teſtatus eſt, propriè non valebit amplius teſtimonio infirmare.

b *capit.fin.in gloſ. ext.de confeſſ.*

*Reus non tenetur edere actori, niſi inſtrumenta communia.h.d.*

Non tamen[c],quia poſitionibus reus reſpondere compellitur,documẽta quoque, quæ ad cauſam pertinentia penes ſe detinet,niſi ſibi cum actore ſint cõmunia[d], exhibere compellendus erit:nam graue nimis eſſet, illum ad eorum exhibitionem vrgeri,per quæ ſibi poſtea præiudicium fieret. Sed actor ipſe, inficiante reo, ſumptis cõgruis dilationum temporibus, intentionis ſuæ proprias probationes afferet,vel teſtes inducẽdo, vel inſtrumenta,& alias ſcripturas producendo.

c *cap.1.ubi tot. ext.co.*

d *cap.ſi perpetuus. extra. de fide inſtrument.*

*Reus citandus eſt ad uidendum iurare, & deponere teſtes,& teſti iniurato nõ creditur, niſi fuerit remiſſum iuramentum à parte. h.d.*

Debet autem in primis, ſi ex dictis teſtium rei ſit eruenda veritas,admoneri aduerſarius, q; auditurus iuramẽtum veniat[e], ne, ſi prætermiſſum id fuerit, quod contra leges actum deprehenditur,nullam habeat firmitatem. Sed & teſtium depoſitiones nõ aliter recipiet iudex, quàm priùs iuriſiurandi religione firmauerint[f], quòd tantùm, quæ vera nouerint,profeſſione ſuæ teſtificationis aperient:nullius[g] enim teſtimonio, quantũcunq; religioſus exiſtat, niſi iuratus depoſuerit,in præiudiciũ credi

e *cap.2. ext. de teſtib.*

f *can.pen.3. q.9.*

g *cap. nuper nobis extr. de teſtib.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

credi debet alterius, niſi fortè iuramétum ab aduerſa parte remittatur[a].

a capit. tuis quæſtionib. ext. de teſtibus.

*Teſtes recuſantes iurare, ſunt ſub pœna excommunicationis cogendi, & iuramentum de non deponendo non tenet. h. d.*

Quòd[b] ſi teſtes à iudice moniti ſeſe, vel odio, vel gratia, vel timore à ferendo teſtimonio ſubtraxerint, per cenſuras Eccleſiaſticas teſtificari compellédi erunt, nec audientur, quòd ſeſe, quo minùs deponant, proprij iuramenti vinculo innodatos aſſerant[c].

b cap. 1. & ſeq. extr. de teſti. cogendis.

c cap. intimauit. extr. de teſtib.

*Diligens debet eſſe iudex in examinando ſuper omnibus qualitatibus totius cauſæ. h. d.*

Interrogabit[d] ergo iudex teſtes in qualibet cauſa ad minus duos (nulla enim cauſa eſt regulariter, quæ vnius teſtimonio quantumvis legitimo terminetur) eosq; diligenter examinabit[e] de ſingulis circunſtantijs diligenter inquirens, de cauſis videlicet, de perſonis, loco, tẽpore, viſu, auditu, ſcientia, credulitate, fama, & certitudine, cęterisq́;, quæ ad rem facere, & negotio convenire exiſtimabit. Illud quoque ſubtiliter animaduertere nõ omittet, quo vultu, qua conſtantia, quáve animi trepidatione teſtes deponát, cùm interdum ex his, vel ipſis invitis teſtibus, magis quàm ex verborum ſerie rerum veritas eluceſcat.

d cap licet vniuerſis. ex. de teſti.

e cap. cũ cauſam. ext. de teſtib.

*Ex cauſa delegabit iudex examẽ teſtiũ. h. d.*

Si qui tamẽ eorum, qui interrogandi ſunt, valetudinarij[f], vel ſenes, vel debilitate confecti habeantur, vel etiam ita paupertate depreſſi, vt ad præſentiam iudicis venire non poſſint, idoneum deliget iudex, quem ad ſuſcipiendas illorum atteſtationes dirigat.

f capit ſi qui teſtiũ exit de teſti.

*Teſtes conſiderantur conditione, natura & uita. h. d.*

Teſtes verò non omnes recipiẽdi ſunt, ſed fideles dũtaxat, & idonei. Cenſentur autem teſtes conditione, natura, & vita. Conditione, ſi liber teſtis ſit, non ſeruus: ſeruus enim ſæpè metu dominantis veritatis teſtimonium ſupprimit. Natura, ſi vir ſit, non fœmina: nam varium, & mutabile ſemper fœmina.

*Mulieres non ſunt in forum trahendæ gratia teſtimonij ferendi, ſed ad eas eſt mittendus tabellio. h. d.*

Cuius tamen teſtimonium, ſi quando neceſſariũ fuerit[g], cùm mulieres honeſtas ipſa, ac naturalis pudor virorũ cœtibus immiſceri prohibeat, quacunque authoritate teſtimonij ferendi cauſa, vel alia, quæ iure non exprimatur, in iudicium perſonaliter euocari, vel trahi non poterit, ſed ad eam mittendus tabellio, & iuxta Bonifacianæ cõſtitutionis tenorem procedendum erit.

g capit. 2. de iudi. in 6.

*Teſtis malæ uitæ caret fide. h. d.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vita cenſetur teſtis, ſi innocens ſit, & integer: nam ſi vita bona defuerit, fide carebit.

*Clerici poſſunt teſtificari pro Eccleſia, & ſingulares perſonæ pro uniuerſitate ſua, niſi tamen aliqua cauſa probabilis impediat. h. d.*

In ſumma, quicũque iure minimè prohibentur, ad teſtimonium perhibendũ ſunt admittendi. Clerici[a] ergo à ferendo teſtimonio ſuper negotio propriæ Eccleſiæ, vel aliæ ſingulares perſonæ, in cauſa ſuę vniuerſitatis arcendi non erunt, niſi ad agendum, reſpondendúmve fuerint inſtituti, vel ipſos alia cauſa probabilis impedierit.

a *cap. cũ nuncius. ext. de teſti.*

*Monachi de conſenſu Abbatis, poſſunt teſtimonium dicere h. d.*

Monachi quoque, & quicunque ſub alterius obedientia cõſtituti ſunt, de ſui præſulis licentia rectè teſtimonium dicent.

*Chriſtianorum teſtimonia aduerſus infideles admittuntur, ſed non contrà. h. d.*

Chriſtianorum[b] quoque teſtimonia aduerſus Iudæos in omnibus cauſis recipienda erunt, nullis ſibi contra hoc principũ priuilegijs ſuffragantibus. Sed contra Chriſtianum, nec Iudæus, nec Paganus, nec Hæreticus, aut aliter infidelis, neque excommunicatus, aut aliter criminoſus rectè teſtimonium dicent.

b *cap Iudæi. ext de teſti. & clem. 1. eod. tit.*

*Criminoſus perſeuerans in crimine non poteſt teſtificari, emẽdatus uerò in cauſa ciuili poteſt, niſi fuerit reus periurij, uel niſi ſit affectus infamia: in cauſa uerò criminali, licet emendatus, difficiliùs admittitur. h d.*

Planè quod de criminoſo diximus, diſtinctionẽ recipit: nã ſi is, cui ab aduerſa parte opponitur[c], adhuc in ipſo crimine ꝑſeuerat, tam in ciuili, quàm in criminali cauſa ab omni prorſus teſtificandi officio excludẽdus erit: ſi verò ſit de crimine emendatus, nec eum comitetur infamia, non eſt in cauſa ciuili, vel etiam cùm de crimine ciuiliter agitur, præterquam ꝓ reatu periurij, repellẽdus. In criminali aũt quæſtione, ſi in alio iudicio contra ipſum accuſatione de crimine inſtituta confeſſus, vel convictus fuit, vel ſi tũc per exceptionem convincatur, aut eius grauata ſit opinio, ex eo quòd quandoq; fuit tali modo repulſus, quamvis hoc caſu nõ excluderetur in cauſa ciuili, poteſt à teſtimonio, licet egerit pœnitentiam, remoueri.

c *cap. teſtimonium. ext. de teſt.*

*Validum ab initio tractu temporis non infirmatur, etiam noua ſuperueniente cauſa. h. d.*

Illud in dubiũ nõ venit, eius teſtimonium, qui integer depoſuit, infringi, debilitarive minimè poſſe, quanquã illũ poſt depoſitionem factum eſſe contigerit criminoſum. Nec enim quod rectè ſemel factum eſt, ex huiuſmodi euẽtu poſtea debet infir-

infirmari, cùm culpandus non ſit, qui idoneum nũc in teſtem producit, ſi aliquando eundem futurũ malum nõ diuinauerit.

*Domeſtici & ſimilem habentes cauſam, nõ poſſunt eſſe teſtes. h. d.*

Domeſtici quoq; [a], & qui ſimilem habentes cauſam conſimili quoque morbo [b] veriſimiliter laborare exiſtimandi ſunt, ſi certum id ſit, aut ſuper eo legitimè conuinci poſsint, ſi ab alterutra partium teſtes adducti fuerint, ad teſtimonium admittendi non erũt.

a cap. in literis. extra. de teſti.
b cap. perſonas extr. de teſti.

*Non poteſt quis eſſe teſtis in cauſa, in qua fuit aduocatus, uel procurator h. d.*

Is quoque [c], qui in prima inſtantia alicuius cauſæ aduocationem & patrocinium ſuſceperit, licet aduocatus & procurator eſſe deſierit, quia tñ adhuc affectus cauſæ prẹſumitur, in iudicio appellationis in teſtem recipiendus non erit.

c can. 2. §. teſtes. uerſ. patroni. 4. q. 3.

*Ad teſtes examinandos etiam tres dilationes dari poſſunt, & ex cauſa etiam quarta, ſub certo tamen iureiurando h. d.*

Dabunt autem iudices tam in Eccleſiaſticis, quàm in ciuilibus cauſis ad exhibẽdos teſtes, non ſolùm vnam, ſed ex cauſa ſecundam etiam & tertiam dilationem: quartam [d] verò diſceptantibus non largientur, niſi præſtito ab eo, qui poſtulat, iuramento, quòd non per calliditatem aliquam quartam productionem poſtulet, ſed quia illorum, quos inſtat nunc de nouo producere, priùs notitiam habere nequiuerit, quodq́ue neq; per ſe, neque per alium teſtificata ſubtraxerit, vel didicerit: quo caſu quartam quoque dilationem accommodabit iudex, maximè ſi productioni teſtium non fuerit à partibus renunciatum [e].

d cap. pen. extr. de teſti.
e cap. conſtitutis. in fin. extr. de de teſtib.

*Multa conceduntur, ne probationes intereant, quæ aliàs non concederentur: quod probatur hîc tribus exemplis h. d.*

Siquidẽ ne probationes depereant, multa permittuntur, quæ alioqui non concederentur, vt ecce [f], ſi is in cauſa iudex datus fuerit, quẽ in teſtem produci ſit neceſſarium, remouendus, & alius in eius locum ſubſtituendus erit. Sic & aliàs citato aduerſario [g] recipiuntur, & publicãtur teſtes, quos reus inducendos duxerit. Sic & Eccleſia neceſſariæ probationis omiſſione læſa, etiam aduerſus Eccleſiam reſtituenda erit.

f cap. dilecto filio. extra. de teſtib.
g cap. ſignificauit. extra. de teſtib.

*Publicato proceſſu nõ poſſunt teſtes examinari ſuper eiſdem, nec in prima, nec in ſecũda inſtantia: ſecùs ſuper emergentibus de nouo. hoc dicit.*

Elapſis igitur tribus dilationibus, poſtquam renunciatum eſt probationibus, & publicata dicta teſtium, regulariter producendi teſtes rurſus non erit danda copia. Et ſicut [h] non licet ſuper eiſdem, vel directò con-

h clem. 2. de teſtib.

trarijs articulis, alios, vel eoſdem teſtes in principali cauſa producere: ſic non debet in cauſa appellationis licere, cùm nõ minus in ea, quàm in principali teſtium ſit timenda ſubornatio. Quòd ſi [a] noua contingat emergere capitula, ſup quibus partes teſtes nouos velint inducere, recepto ſolenni iuramento teſtium, non obſtante publicatione ſuper veteribus facta, nec in primo, nec in ſecundo iudicio reijciendi erunt.

a cap. eũm cauſam. extr. de teſtib.

*Qualiter, & quando poſsit in teſtes obijci. hoc dicit.*

Sed interdum àccidit, vt eos, qui iure in teſtes recipi non debuerant, admiſſos tamen eſſe ab aliqua partium prætendatur: in qua ſpecie ſtatutum eſt [b], vt ſi quid in eos habẽt, ante publicationem debeant obijcere, poſtea verò tunc demum id licebit, cùm iuramento partes firmauerint, quòd nõ dolo velint ad opponendum deſcendere. Sed & ſi oſtendere quis paratus fuerit poſt publicationẽ didiciſſe ſe, quod in perſonas vult obijcere, tunc quoque opponẽdi patẽre debet aditus. Idem iuris eſt, ſi fortè quis ante publicationem id fuerit proteſtatus. Cęterùm cùm quis proteſtatus fuerit, velle ſe poſt publicationem depoſitionum perſonas teſtium repellere, ſi quid in fauorem proteſtantis dixerit, nõ de facili fides adhibebitur.

b cap. præſentium. ext. de teſtib.

*Teſtes probatorios, & reprobatorios probatoriorum reprobare licet, ſed reprobatorios reprobatoriorum non licet. h. d.*

Illud [c] etiam admonendi ſumus, quòd non ſolùm teſtes ſuper principali negotio deponẽtes alijs teſtibus licebit repellere, ſed etiam contra ſecundos primorum reprobatorios probationes proferre licebit. Et nõ admittente iudice, appellationis remedium licitum erit interponere. Vlteriùs autẽ partibus ad reprobationem teſtiũ aſpirare minimè licebit, ne ſi producendi quartos contra tertios, & ſic deinceps partibus licentia tribuatur, negotium contingat in infinitum protelari.

c capit. licet. d 3. extra. de teſtib.

*Qualiter iudex penſare debet dicta teſtiũ, & quòd poteſt illos repetere, & interrogare, uſque ad ſententiam. h. d.*

Publicatis igitur atteſtationibus, non ſolùm [d] ad multitudinem teſtium reſpicere iudicem oportet, ſed etiam ad qualitatẽ illorum: item depoſitiones rimari, & diligenter inſpicere debet, & ex his, quibus potiùs veritatis lucem aſsiſtere iudicabit, animi ſui motum informabit, quòd ſi circa alicuius teſtis dictum iudicis hæſitet intellectus, eundem rurſus ad examen reuocare poterit. Et generaliter iudex vſq; ad prolationem ſententiæ interrogare ſub facto poterit,

d cap. innoſtra. et cap. cum cauſam. ext. de teſti.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

terit, vbicunque aliquid dubitationis [a] inciderit.

a cap. cum clamor. extra. de teſtib.

*Teſti ſtatim ſeipſum corrigenti, non adimitur ob id fides, & poteſt iudex teſtem repetere ſuper omiſsis. h.d.*

Eum quoque, qui nõ ſtudioſè, ſed linguę lubrico errauerit, & ſeſe confeſtim correxerit, reprobare iudex non debet: ſecùs autem, ſi correctioni ſuæ tẽpus interpoſuerit. Repetere autem non ſolùm obſcurè[b] deponentem poterit, ſed etiam[c] ſi à principio ſuper certis capitulis eundem interrogare poſtulante aduerſario, vel negligentia, vel calliditate prætermiſerit.

b ſuprà §. præcedere. in fin.

c cap. per tuas. extra. de teſtib.

*Probationes fiunt non ſolùm teſtibus, ſed & inſtrumentis: & inſtrumentorum appellatione non largè ſumpta continentur ſolùm ſcripturæ, quæ in iudicio exhibentur. h.d.*

At ſi partes viuæ vocis adminiculo in probando deſtitutæ fuerint, ad inſtrumẽtorum productiones decurrere eas oportebit: & licet inſtrumentorum adeò latè pateat appellatio, vt hoc nomine etiam teſtes contineantur, quippe & ipſi cauſam inſtruunt, nos tamen in præſenti pro ſcripturis in iudicio exhibendis magis vtimur, quæ quidem in litibus exercendis eandem cum depoſitione teſtium vim obtinent.

*Inſtrumenta poſſunt exhiberi uſque ad concluſionem in cauſa. h.d.*

d cap. cum dilectus. extr. de fide inſt.

Exhiberi autem [d] in iure poterunt inſtrumenta, non ſolùm ante atteſtationũ publicationẽ, ſed & poſtea vſq; ad diffinitiuũ ſententię calculũ: antea tamen, quàm in cauſa concluſum fuerit. In cauſa [e] autem cõcluſum eſſe tunc dicimus, cùm à partibus omnibus probationibus renunciatum fuerit.

e gloſſ. in d. cap. cum dilectus.

*Scriptura ſolùm publica in iudicio fidem facit, & quæ ſit ſcriptura publica. h.d.*

Non tamen omnis ſcriptura in iudicio producta fidem faciet, ſed ita demum [f], ſi per manum publicam ſcripta fuerit, ita vt appareat publica, aut authentico ſigillo muniatur: alioqui nullius roboris firmitatem obtinebit.

f cap. 2. extr. de fide inſtrum.

*Exempla ſolenniter ſumpta, fidem faciunt. hoc dicit.*

Idem [g] & de exemplis dicendum erit, quæ tamen, ſi ſolenniter ſumpta fuerint, eandem cũ originalibus habitura ſunt authoritatem. Solenniter autem tunc dicentur ſumpta [h], cùm coram Ordinario iudice, vel ad hoc ab ipſo ſpecialiter delegato præſentata fuerint, atque is diligenter inſpecta, dum nulla parte ſui vitiata comperit, per publicam perſonam exempla ſumi præcipit.

g gloſſ. 2. cap. 1. extrau. de fide inſtru.

h cap. fin. ext. de fide inſtrum.

*Redacta in publicam formam poſt mortem tabellionis, faciunt fidem. h.d.*

Eandem etiam authoritatẽ & ea obtinebunt, quæ ad petitionem eorum [i], ad quos pertinẽt, pmiſſu iudicis ordinarij in pu-

i cap. pẽ. ext. de fide inſtrum.

blicā formam redacta fuerint, ſi tabellio morte præuentus ea non perfecerit, ſed in notas tantùm redacta moriens reliquerit.

*Inſtrumentis non uitiatis, & de uitio non ſuſpectis creditur, & error unius literæ, & raſio in loco non ſuſpecto, non uitiat inſtrumētum. h. d.*

Exhibebūtur[a] ergo inſtrumēta publica non cancellata, neq; abolita, nec vlla parte ſui vitiata, aut aliquo pacto de falſitate ſuſpecta, quāquam ſi exceptor literā[b] imprudēs omiſerit, aut documentum in loco nō ſuſpecto[c] interleuerit, non propterea veri fides, & inſtrumenti authoritas vacillabit.

a *cap. inter dilectos. extr. de fide inſtrum.*

b *cap. ex parte. ext. d. tit.*

c *cap. ex literis. d. tit. extra.*

*Ad ſupplendum probationem poteſt iuſiurandum deferri. h. d.*

Quòd[d] ſi nec teſtibus, nec inſtrumentis intentionem ſuam actor legitimè deduxerit, permittente iudice non plenè probationes iuriſiurandi religione ſuppleri, & cauſa terminari poterit. Nec enim aliud eſt iuramentum, quàm veritatis confirmatio, cùm aliquid Deo teſte aſſeritur.

d *cap. fin. de iureiurando.*

*Iuramentum aliud uoluntarium, aliud neceſſarium: & neceſſarium, niſi ex cauſa, recuſari non poteſt. h. d.*

Sed cùm ſit iuramentū multiplex, duplex tantùm in propoſito conſiderari poterit[e]: aut enim eſt neceſſarium, aut volūtarium. Neceſſarium eſt, quod ad ſupplendas probationes à iudice parti defertur: quod propterea neceſſarium nuncupatur, & quòd à iudice illud omnino deferri partibus oportet, & quòd ritè delatum ab eiſdē, niſi ex iuſtis cauſis recuſari non poterit.

e *gloſſ. 1. cap. fin. extr. de iureiuran.*

*Quæ ſint iuſtæ cauſæ recuſandi iuramentum. h. d.*

Sunt autem iuſtæ recuſandi cauſæ, vtputà ſi actor plenè probauerit, aut ſi ſibi non plenè cognitam rem ipſam aſſerat: &, ſi quæ ſunt huiuſmodi.

*Si pro reo ſunt præſumptiones, ſibi deferendum eſt iuramentum, niſi aliter iudex arbitretur. h. d.*

Sed etſi[f] pro reo pręſumptiones fuerint, eidem hoc ſacramētum iudex deferet ad ſuam tuendam innocentiam, niſi inſpectis perſonarū & cauſę qualitatibus, illud actori deferendum cenſeat.

f *cap. fin. § ſi. extra de iureiuran.*

*Voluntarium iuramentū eſt, quod defertur à parte parti, quod deferenti poteſt referri, niſi ſimus in famoſis actionibus. h. d.*

Voluntarium[g] eſt, quod à parte parti in iudicio defertur: qđ quia litem terminat, deciſoriū quoque nuncupari poterit. Et appellatur voluntarium, quia pars, non niſi volens deferet, & ab eo, cui defertur, licitè recuſari ac referri poterit. Planè[h] ſi reus famoſis actionibus conuentus

g *d. cap. fin. in gloſſ. 1. de iureiuran.*

h *capit. fin. in prin. ext. de iureiuran.*

uentus

uẽtus fuerit, huiuſmodi iuſiurã dũ agenti referri minimè pmittetur, cùm non actor, ſed ipſe, qui conuenitur, facti proprij cõſcius eſſe debeat.

*Ponit exempla plura, in quibus probationes reſpiciunt perſonam iudicis. h.d.*

Iudicis inſpectione conſiſtũt probationes: vtputà, cùm pro terminandis finalibus quęſtionibus proprijs oculis loca iudex ſubijcit, aut ex aſpectu corporis ætatem colligit, aut cùm ex literis Ordinarij, vel Apoſtolicis excommunicatus, aut dignitatibus honeſtatus quis deprehẽditur, vel cùm ad probãdam virginitatem ab honeſtis, & prudentibus matronis, vice ſua iudex inſpici mulierem iubet.

*Notorium probatione non indiget. h.d.*

Sed & ſi quid notorium fuerit[a], teſtium depoſitionibus, vel inſtrumentorum exhibitione amplius declarari non debet, cùm talia probationem, vel ordinem iudiciarium non requirant.

*a can. de manifeſta. 2. q. 1. capit. tua nos. extr. de cohabit. cle. & muli.*

*Iudex debet aduertere, ne dubium recipiat pro notorio. h.d.*

Sed cùm multa dicantur notoria[b], quæ non ſunt, proſpicere debet iudex, ne quod dubiũ eſt, pro notorio recipiat.

*b cap. conſuluit nos. extra. de appellat.*

*Vehemens ſuſpicio interdum habet uim notorij. h.d.*

Ad notorium propè accedit vehemens ſuſpicio: nam ſi (exẽpli gratia) de[c] carnali copula quęratur, & ſint, qui ſolum cum ſola, nudum cum nuda, in eodẽ lecto iacentem, locis ſecretis, & ad hoc cõmodis, & horis electis ſe vidiſſe deponant, procul dubio ex ſuſpicionibus tã vehementibus ſequutam copulam pronunciari poterit. Planè ſi de graui crimine actum fuerit, propter ſolam ſuſpicionem[d], quanquam vehemẽtem, nemo condemnabitur.

*c capit. literis fraternitatis. ext. de præſumpti.*

*d cap. literas ueſtras. ext. de præſumption.*

*Fama præſtat adminiculum cæteris probationibus. Et iudex ex uarijs debet animum ſuũ inſtruere. h.d.*

Fama quoque ſi de aliquo facto invulgata fuerit, cęteris pręſumptionibus non leue, præſertim in quibuſdam, præſtabit adminiculum. Demum circumſpectus iudex motum animi ſui non ex vna tantùm re, ſed ex varijs argumentis, & teſtimonijs, quæ rei aptiora eſſe compererit, confirmabit. Iudicaturum enim oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere, nec ſententiam priùs ferre, quàm peractis omnibus nihil habeat in quæſtione, quod proponat.

## DE SENTENTIIS, & re iudicata,

### TITVLVS XV.

*Duæ ſunt ſpecies ſentẽtiarum, interlocutoria, & diffinitiua & interlocutoria poteſt reuocari ante diffinitiuam. h.d.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Videamus nũc de ſentẽtijs, & re iudicata. Eſt aũt ſentẽtia nihil aliud, quàm cõtrouerſiæ propoſitæ à iudice ritè facta diffinitio. Sententiarũ duæ ſunt ſpecies: aut enim interlocutoriæ ſunt, aut diffinitiuæ. Interloquutoria eſt illa, quæ inter principium, & finem cauſæ fertur ſuper his, quæ incidunt, vel emergunt: qualis cùm iudex dandam, vel negandam dilationem ad examinandos teſtes, vel exhibenda inſtrumenta interloquitur, vel ſuper aliquibus exceptionibus pronunciat: quam nec in ſcriptis ferri oportet, & ante diffinitiuã ſententiam quandocunque iudex reuocare poterit.

*Diffinitiua ſententia eſt, quæ condemnãdo, uel abſoluendo liti finem imponit, nec requiritur de neceſsitate in ea uerbum, condemno, uel abſoluo, ſed ſufficit æquipollens. h.d.*

Diffinitiua verò ſententia eſt diffinitio iudicialis, quæ condemnando, vel abſoluẽdo principali controuerſiæ finem imponit. Diffinitiua [a] enim, quę nec condemnationem, nec abſolutionem continet, pro nulla habetur: hanc ſimul ac tulerit, retractandi copia iudici denegabitur. Non tamen vt ſententia valeat, condemnandi, vel abſoluendi verbum neceſſariò cõtinere debebit, ſed ſatis erit, q; verbum ęquivalens contineat. Vnde reſcriptum eſt eius diffinitionem, qui ita ſe ſtatuere, & præcipere pronunciaſſet, legitimæ ſententiæ obtinere firmitatem.

*a can. ei qui appellat. §. diffinitiua. 2.q.6.*

*Sententia debet ferri ſedendo, et de ſcripti recitatione, aliàs non ualet & Epiſcopus facere poteſt, quòd alius pro ſe recitet. h.d.*

Vocatis igitur partibus, loco & tempore cõgruis iudex ipſe ſedens [b] ſententiam de ſcripti recitatione proferet: aliàs ſi nõ iudex, ſed alius legerit, vel ſcriptam litigatoribus tantùm ediderit, vel ſtando, non ſedendo tulerit, nullius penitùs momẽti erit, vt ab ea nec appellare ſit neceſſe. Epiſcopo tamen, quẽ tantæ dignitatis apex attollit, inſtar perſonarum illuſtrium, ſententiam per alium recitare permittitur.

*b cap. fin. eo. tit. in 6.*

*Ex pluribus iudicibus ſufficit, quòd unus recitet ſententiam uſus plurali numero, ſecus in actu electionis. h.d.*

Sed [c] & ſi plures iudices ſint, vel arbitri, ſi cæteris præſentibus, ac mandantibus per vnum tantùm ſententia recitetur, ſi plurali numero perlegendo vſus fuerit, perinde habebitur, ac ſi ab omnibus recitata fuerit, licet aliud in electione ſeruetur.

*c cap. pen. eo. tit. in 6.*

*Si duo iudices ordinarij ſententias diuerſas ferant, tenet ſententia lata pro reo, niſi actoris cauſa ſit fauorabilis: ſi uerò delegati, ſententia pendet ex uoluntate delegantis: ſi uerò arbi-*

bitri,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*bitri, neutra tenet: ſi verò unus tantùm ex pluribus pronunciauerit, nulla erit ſententia. hoc dicit.*

*a cap. fin. extr. eod. tit.*

Ex facto[a] dubitatũ fuit, duobus iudicibus diuerſas proferẽtibus ſententias, vtra ſit habenda potior: in qua ſpecie reſponſum eſt, quòd ſi ex iuriſdictione ordinaria proceſſerunt, tenet pro reo, non pro actore lata ſententia, niſi agentis cauſa ſit fauorabilis: vtputà, libertatis, dotis, ma[illegible]ionij. Si verò ex delegat[illegible]que ex delegantis pend[illegible]bitrio. Quòd ſi ex compromiſſo, vtraque firmitatis robore deſtituetur. Quòd ſi pluribus[b] iudicibus datis vnus tantùm ex eis pronũciaſſe proponatur, adeo nullas ſententia vires obtinebit, vt nec prouocationis remedium neceſſarium ſit futurum.

*b can. ei qui. §. ſi verò. verſ. ſi plures. 2. q. 6.*

*Iudicare ſecundum leges, & conſuetudinẽ, debet quilibet iudex, & ſummus Pontifex, qui tamen ex cauſa poteſt ab illis recedere. hoc dicit.*

Sed ſiue Ordinarius ſit, ſiue delegatus iudex, inprimis illud obſeruare debet, ne contra id iudicet, qđ legibus, aut Canonibus ꝓditũ ſit, alioqui ipſo iure ſentẽtia nõ ſubſiſtet[c]. In cauſis quoque, quę ſummi Pontificis[d] iudicio deciduntur, cùm in ſimilibus cauſis cæteri teneantur iudicare, ſimiliter iuris ordo, & vigor æquitatis ſubtiliter obſeruãdus erit, niſi cùm ille aliquid cauſa neceſſitatis, & vtilitatis diſpenſatiuè duxerit ſtatuendum.

*c cap. 1. extra. eod. tit.*

*d cap. in cauſis. extr. eo. titul.*

*Licet ſententia lata contra ius conſtitutionis ſit nulla, ſecus tamen eſt in ſententia lata contra ius litigatoris. Et quando dicatur lata contra ius conſtitutionis, vel contra ius litigatoris. h. d.*

Si tamen ſententia non contra ius conſtitutionis expreſsè à iudice lata fuerit, ſed contra ius litigatoris[e], cùm iure quidẽ teneat, legitimis medijs retractanda erit. Dicitur autem iudex contra ius conſtitutionis pronunciaſſe, veluti[f] cùm defunctus, & minor quatuordecim annis fuiſſe aſſeritur, & teſtamentum iure feciſſe pronunciatur. Contra ius verò litigatoris[g], veluti cùm minor quatuordecim annis, annum quartumdecimũ impleuiſſe, ac per hoc teſtamentum iure feciſſe aſſeritur.

*e cap. cauſam quæ. extra. eod. tit.*

*f can. ei qui. §. itẽ ſi ſententia. 2. q. 3.*

*g d. can. ei qui. §. ſi verò. 2. q. 3.*

*Qui contra leges, & conſcientiam, corruptus iudicat, variè punitur. h. d.*

Is autẽ[h], qui in grauamen partis alterius in iudicio aliquid iniuſtè fecerit per gratiam, vel per ſordes, ſiue ordinarius, ſiue delegatus ſit, ab executione officij per annum ſuſpendendus erit, & ad æſtimationem litis parti, quam læſerit, nihilo minùs condemnabitur, & ſi ſuſpẽſione durãte diuinis ſeſe ingeſſerit, irregularitatis quoq; laqueo innodabitur, à qua non, niſi per ſummũ Põtificem, liberari po-

*h cap. 1. eod. tit. in 6.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

terit, alijs quoq; legum animaduerſionibus coërcebitur, cùm dignum ſit, vt qui in multis audet offendere, pœnę etiam multiplici ſubdatur.

*Sententia lata, poſtquam per decem dies nõ fuit appellatum, regulariter retractari non poteſt. hoc dicit.*

Lata tamẽ ſententia, niſi per appellationẽ intra terminum lege conſtitutum ſuſpenſa fuerit, amplius reuocari non poterit. Cùm [a] enim poſt decem dierũ ſpacium ſententia in authoritatem rei iudicatę trãſeat, qui ad prouocationis ſubſidiũ intra id temporis ſpacium non recurrit, ideo appellandi ſibi aditum præcludit, quia per hoc videtur interpretatione iuris velle latæ ſententiæ obtemperare. Excipiuntur tamen multi caſus, in quibus ſententiæ etiam poſt decem dies rei iudicatæ firmitatem ſibi vendicare non valent, veluti cùm de matrimonio [b] eſt quæſtio, aut ſeruata ſententia ſalus animæ in diſcrimen adducitur, & alij plures.

a *cap. quod ad conſultationẽ. §. taliter. ext. cod. tit.*

b *cap. lator. ext. cod. tit.*

*Res inter alios acta alijs præiudicium regulariter non adfert. h. d.*

De eo quoq; admonendi ſumus, quòd & ſi ſententia tranſierit in rem iudicatam, præter eos, inter quos dicta fuerit, regulariter neminẽ lædet: ſi quis tamen [c], cùm ſibi primùm de ea re actio, vel defenſio competeret, ſuſtinuit ſequentem agere, aut paſſus eſt eum, à quo cauſam habuit, experiri, ipſe quoq; ſentiet ex re iudicata præiudicium.

c *cap. pen. extra. co. tit.*

## DE EXECVTIONE rei iudicatæ,

### TITVLVS XVI.

*Sententia lata in reali actione mandatur executioni ſtatim, in perſonali uerò poſt quatuor menſes, qui terminus poteſt breuiari, & prorogari. h.*

SI igitur ſententiæ latæ legitima appellatio non occurrerit, intra ſtatuta tempora executioni mandanda erit. Sed multùm intererit, vtrùm ſuper reali, an verò ſuper perſonali actione ſententia lata fuerit. Primo enim caſu, ſtatim: ſecundo nõ, niſi poſt emenſa quatuor menſium ſpacia executioni mãdabitur. Licet autem quadrimeſtre [d] tempus in perſonali actione ſit regulariter ſtatutum, ex cauſa tamẽ nonnunquam & arctari, & prorogari poteſt. Sed qui ab initio terminum recipit ſponte breuiorem, ſibi id imputare debebit, cùm ex voluntate propria iuris beneficiũ contẽpſiſſe videatur. Vnde poſtea nõ audietur appellans, niſi fortè aduerſus eũ modus executionis Canonicus excedatur, ſiue ab ordinario, ſiue à iudice delegato, ſiue etiã ab arbitro res iudicata fuerit.

d *cap. quod ad conſultationem. §. ſed nec. extr. de ſent. & re iudic.*

*Delegatus à Principe poteſt propriam ſententiam intra annum exequi. h. d.*

Sed

a cap. ſignifiſti nobis. ext. de offi. deleg.

Sed[a] ſi ordinarius ad mandatum iudicis à Principe delegati nolit, aut quibuſdam obſiſtentibus ſententiam ab eo latam ſuo effectui mancipare nequeat, datus ipſe iudex illam executioni mandare poterit, & reſiſtentes Eccleſiaſtica ſententia coërcere, & non ſolùm vſque ad quadrimeſtre tempus, quod ad ſoluendum debitum à lege reo cõceditur, ſed vſque ad annum integrum ad exequendam ſententiam, iuriſdictionem exercere poterit.

*Iudex deputatus ſuper executione ſententiæ, admittit exceptionem fraudis, ſeu nullitatis, non ut ſuper ea pronunciet, ſed ut negocium ad ſuperiorem, qui iudicauit, tranſmittat. hoc dicit.*

b cap. de cætero. extra. de ſent. & re iudicat.

Quòd[b] ſi Princeps propriam ſententiam per aliquem executioni mandari iubeat, & circa negotium fraus interueniſſe dicatur, executori de toto negotio cognoſcendi facultas non erit, ſed ad ſuperiorem quæſtiones, ſi quæ inciderint, deferri oportebit.

*Iudex ordinarius tenetur exequi ſententiã delegati à Principe etiam iniuſtam. h. d.*

c cap. paſtoralis officij. §. quia verò. extr. de offi. deleg.

Cùm igitur regulariter contingat, quòd executio ſentẽtiæ Ordinario demandetur, quæri poterit, an ſi ipſam iniuſtã eſſe cognouerit, executioni eã mandare debeat, an ſit ei ſubſiſtendũ potius? in qua ſpecie reſponſum eſt[c], quod cùm Ordinarius Delegato teneatur obſequi, licet ſententiam non eſſe iuſtam nouerit, exequi nihilo minùs tenebitur, cùm ſibi non cognitio, ſed executio tantùm fuerit demandata, niſi à dato iudice impetrare valeat, vt ab hoc onere ipſum liberet: nec enim debet iudicis delegati mandato violẽter reſiſtere[d], ſed & apud eundem inſtare poterit, vt executionem tandiu differri patiatur, donec Principi rei veritas innoteſcat.

d cap. ſi quãdo. extr. de offic. deleg.

*Si Papa ſcienter commiſit appellationẽ interpoſitam à ſuo delegato dato cũ clauſula, appellatiõe remota. iuriſdictio primi delegati eſt ſuſpenſa, quò ad executionem. h. d.*

Sed quid ſi cùm à ſententia lata authoritate literarum Apoſtolicarum, in quibus inhibita fuerat appellatio, prouocatum fuerit, & literæ poſt appellationem ad alios iudices emanauerint, an ad mandatum poſteriorum iudicum executio ſententiæ à prioribus delegata retardari debeat? & quidem cùm Apoſtolicus alijs iudicib. appellationis cauſam ex certa ſcientia committit, & appellationẽ videtur recipere, & ſimul priorum iudicum reuocare iuriſdictionem. Vſq; eò igitur ſententiæ ſuſpendetur executio, donec appellationis merita pleniùs diſcuſſa fuerint.

*Poſtulatio reſtitutionis in integrum differt executionem. h. d.*

Dantur & caſus alij, in quibus licet ſententia in rem trāſierit iudicatam, differenda nihilo minùs erit executio: vtputà, ſi nō protelandi cauſa in integrū reſtitutio [a] petita fuerit, & alij plures.

a cap. ſuſcitata. ext. de in integ. reſti.

## DE APPELLAtionibus,

### TITVLVS XVII.

*Quid ſit appellatio, & quare inuenta. hoc dicit.*

Appellādi vſus præcipuè iudicantium iniquitatē corrigit, & imperitiam detegit. Eſt autem appellatio iuriſdictionis prioris iudicis per ſuperioris inuocationem legitimè facta ſuſpenſio: vel, Appellatio eſt prouocatio ad maiorem iudicem ratione grauaminis illati, vel inferendi.

*Appellatio alia extraiudicialis, alia iudicialis. Et de iure Canonico etiam extra iudiciū appellatur, quæ appellatio prouocatio dicitur.*

Appellationum duę ſunt ſpecies. Aut enim extra iudicium appellatur, aut in iudicio. Extra iudicium appellatur, cùm quis ante litis ingreſſum [b] ab aliquo grauamine appellat, vtputà [c] ab electionibus, poſtulationibus, ꝓuiſionibus, & quibuslibet extraiudicialibus actibus, ex quibus ſe grauatū putet. Licet enim ſeculares leges [d] non, niſi in caſibus, ante ſententiam appellationem admittant; ſacri tamen Canones etiam extra iudicium paſsim appellare permittunt: nec ſolent huiuſmodi dici propriè appellationes, ſed prouocationes [e].

b cap. cū ſit. §. ſi uerò. extra eo.

c cap. concertationi. eo. tit. in 6.

d cap. ſuper eo. el 2. ext. eod.

e d. cap. cùm ſit. ext. eod.

*Appellatio iudicialis diuiditur in duas ſpecies. h. d.*

Rurſus in iudicio appellatur, aut ante diffinitiuam ſententiam, aut poſtea. Antea appellatur, vt cū ab interlocutoria, vel alio grauamine ꝓuocatur. Poſtea, vt cùm ab ipſa diffinitiua ſententia appellatur.

*Appellans ab interlocutoria, debet in ſcriptis appellare, & intra triginta dies apoſtolos petere, et exhibere cōtinētes cauſam appellationis, aliàs cauſa cenſebitur deſerta. h. d.*

Multum autem intereſt, ab interlocutoria quis prouocet, vel alio grauamine, an à diffinitiua: nam [f] primo caſu, & cauſam appellationis in ſcriptis aſsignare, & à iudice infra triginta dies inſtanter petere debet literas dimiſſorias, & eidem intra dictum temporis ſpacium debēt ab eodem iudice exhiberi, cōtinētes & appellationis cauſam, & cur appellatio nō ſit admiſſa, vel ſi appellationi forſan ex ſuperioris reuerentia ſit delatum. Alioqui [g] ſi eos intra idē tempus appellans petere prætermittat, appellationi ſuæ renunciaſſe putabitur, etiam ſi vadat, aut mittat ad appellationē huiuſmodi proſequendam.

f cap. 1. eod. tit. in 6.

g cap. ab eo. eo. tit. in 6.

Ponit

*Ponit tres caſus, in quibus ob non petitos apoſtolos cauſa deſeritur. h. d.*

a *clem. 2. eo. tit. in prin.* Idem iuris[a] eſt, ſi iudex, à quo appellatur, certum terminũ appellanti ad recipiendos apoſtolos aſsignauerit, & appellans in aſsignato ſibi termino non compareat, nec eos ſibi tradi petat: idem & ſi iudex appellanti reſponderit intra iuris terminũ ſe daturum, nec intra dictũ ſpacium congruo loco & tempore inſtanter & ſæpiùs ſaltem vno contextu petierit, vel ſibi oblatos appellans recipere recuſauerit.

*Taciti & expreßi eadem eſt uirtus. h. d.*

b *clem. 2. §. fin. eod. tit.* Quòd ſi iudex[b] in termino per eum præfixo ipſos petenti non dederit, aut ſi dum peterentur, vel intra iuris terminũ, vel nullo certo termino præfixo, ſe daturum aſſeruërit, poſtea per appellantem congruo loco, & tẽpore, ſæpiùs, & inſtanter vnico etiam contextu requiſitus eos exhibere non curauerit, perinde propriam appellationẽ proſequi appellans poterit, ac ſi ei expreſsè fuiſſent apoſtoli denegati. Alia quoque agenda erũt, prout ex tenore tam Innocentianæ[c], quàm aliarum conſtitutionum luculenter apparet.

c *cap. 1. eod. tit. in 6.*

*In appellatione à diffinitiuá non eſt neceſſe cauſam inſerere. h. d.*

d *cap. 1. uerſ. is qui. ubi gloſ. eo. tit. in 6.* In appellationibus autem[d] à ſententia diffinitiua interponẽdis nec cauſam reddere tenetur appellans, nec etiam ſuprà dicta diligens obſeruatio per omnia ſibi locum vendicat.

*In appellatione ab interlocutoria debet talis cauſa allegari, quæ ſi eſſet uera, reputaretur legitima. h. d.*

Cùm autem ex probabili cauſa ab interlocutoria quis duxerit appellandum, talem tenetur proponere, quæ ſi probata fuiſſet, deberet legitima reputari, de quo poſtea ſuperior cognoſcet: nec enim ſufficit[e] appellanti probare, quòd ex cauſa huiuſmodi appellauit, ſi eam non doceat eſſe veram, niſi hoc ſe offerens probaturum non fuiſſet admiſſus.

e *cap. interpoſita. in principio. ext. eo.*

*Is qui minùs rationabiliter appellauit, condemnatus in expenſis ad inferiorem iudicem remittetur, nec poteſt quis alias cauſas proſequi, quàm expreſſas. h. d.*

Quòd[f] ſi iudex minùs probabiliter appellatum eſſe comperit, appellantem ad inferiorẽ iudicem remittet, & in expenſis alteri parti condemnabit, alioqui ipſe procedet, nec licebit appellanti alias cauſas proſequi, quàm quas in appellatione ſua nominatim expreſſerit.

f *cap. cùm appellationib. eo. tit. in 6.*

*Si dicitur ex iniuſta cauſa appellatũ, iudex, ad quem, inhibere non poteſt, niſi priùs recepta appellatione, ut probabili, incipiat cognoſcere de cauſæ ueritate. h. d.*

Quòd ſi obijciatur[g], nõ ex legitima cauſa ante ſententiam appellationem interpoſitam,

g *cap. Romana. §. quòd ſi obijciatur. eod. tit. in 6.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& propterea non admittendá eſſe, niſi priùs appellatione recepta, velut emiſſa ex cauſa probabili, iudex ſuperior cognoſcere incipiat, ne procedatur, inferiori prohibere non poterit.

*Ceſſante cauſa ceſſat effectus. h. d.*

Sed & ſi iudex ſano vſus conſilio [a] ab eius executione deſtiterit, quod comminando, vel interloquendo in grauamen partis protulit, non obſtante, quòd ab huiuſmodi comminatione, vel interlocutione prouocatū fuerit, ne proceſſus negotij friuolis occaſionibus retardetur, in cauſæ cognitione liberè procedere poterit.

a cap. cũ ceſſante. extr. eod. tit.

*Iudex à quo, compellere non poteſt appellantem à grauamine ipſius ueritatem probare, licet citare poßit ad ipſius reuocationem audiendam, qua facta in cauſa procedere poterit eius contumacia non obſtante, ac ſi nunquam appellaſſet. h. d.*

Sed [b] videamus, an ius dicenti obtemperare tenearis, à quo propter grauamen, quod tibi illatum aſſeris, appellaueris, ſi tibi is ad docendum de grauamine, & ſi de ipſo liquerit, ad eiuſdem reuocationem audiẽdam terminũ præfixerit: & ſanè cùm id ipſum à iudice perſpiciendũ ſit, nec coram eo de grauamine docere, nec etiam tanquam coram iudice (cùm per appellationẽ eius ſuſpenſa ſit iuriſdictio) comparêre teneberis. Quòd ſi tantùm, vt reuocationem audias, te vocandum duxerit, licet non compareas, ipſe tamen in termino grauamen reuocauerit, perinde in cauſa procedere poterit, ac ſi appellatio nunquam fuiſſet interpoſita.

b cap. ſi à iudice. eo. tit. in 6.

*Poteſt appellantem ab interlocutoria pœnitere, & facere, ut prior iudex cognoſcat, ſed appellato ſunt reficiendæ expenſæ, quas is fecit ob appellationem. h. d.*

Ac veluti in poteſtate iudicis grauamen reuocantis poſitum eſt, non obſtante appellatione cauſam reſumere, ſic contrà, ſi is, qui vocem appellationis emiſit [c], cuius adhuc nemini eſt demandata cognitio, petierit, vt ad iudicem, à quo prouocauit, rurſus cauſa remittatur, id ei alterius partis contradictione minimè obſtante indulgendum erit. Sed hoc ita, vt in legitimis expenſis aduerſario, quas eum propter hoc feciſſe conſtiterit, condemnetur.

c cap. interpoſita. §. ille. ext. eod. tit.

*Ponit quàm plures caſus, in quibus appellationi non eſt deferendum.*

Non omnis ergo appellatio indiſtinctè recipienda erit: nam ſive adeò ſit vaga, & generalis [d], vt incertitudinem afferat, ſive quòd omiſſo medio ſit interpoſita, à parte opponatur, cauſa nõ deuoluetur. Idem iuris eſt, ſi ſuper notorio crimine [e], vel de quo quis in iure confeſſus fuit, prouocetur: nec enim ad defenſionem iniquitatis, ſed ad præſidium innocentiæ eſt appel-

d cap. 2. & cap. conſuluit. el 2. extr. eod.

e cap. cũ ſit. §. fina. & cap. peruenit. & cap. ſeq. ext. eo. tit. cap. Romana. §. ſi aũt. eod. tit. in 6.

appellationis remedium inſtitutum.

*Regulares non appellant à correctione ſui prælati. Nec à iudice ſeculari ſedi Apoſtolicæ non ſubdito appellatur ad Papam. Et qui non defert legitimæ appellationi, punitur. h. d.*

Et ideo nec regulares[a], cùm pro aliquo exceſſu corrigendi fuerint, contra regularem prælati ſui, vel capituli diſciplinam appellabunt, ſed quòd ſibi pro ſalute iniungitur, humiliter ſuſcipient: ſed nec tunc appellationi deferendum erit[b], cùm à ſeculari iudice, qui temporali ſedis Apoſtolicæ iuriſdictioni non ſubijcitur, ad Apoſtolicum appellatum fuerit: & alijs quibuſdam caſibus. Alioqui is, qui legitimę appellationi etiam de minima cauſa[c] interpoſitæ nõ detulit, Canonicis pœnis coërcendus erit[d].

a *cap. ad noſtrã. et cap. reprehenſibilis. extra. eod. tit.*

b *cap. ſi duobus. §. fin. ext. eod. tit.*

c *cap. de appellationib. ext eod. tit.*

d *cap. de priore. ubi glo. ext. d. tit.*

*Appellans ab Ordinario poteſt coram eodem ſuper alia cauſa conueniri. h. d.*

Licet autẽ prouocatione Canonicè à partibus interiecta, iudicis, à quo appellatum fuit, officium in illa quidem cauſa penitùs conquieſcat, ſi[e] tamen is, qui ab Ordinario appellauit, ſuper alia cauſa coram eodem cõ ueniatur, præſertim pro graui, & manifeſto crimine, appellationis obtentu, quo minùs Canonica cenſura puniatur, effugere non poteſt.

e *cap. ad hæc. ext eod & cap. præter ea. el 1. eo. tit.*

*Innouata per iudicem poſt diffinitiuã ſententiam, à qua appellatũ fuit, reuocantur ſtatim per iudicem Apoſtolicum, etiam ſi ante appellationem fuerint innouata. h. d.*

Interpoſita ergo à diffinitiua ſententia appellatione, non ſolùm poſt eam innouata[f] debẽt per iudicem appellationis penitùs & ante omnia reuocari: (exceptis tamen caſibus, in quibus iura poſt ſententiam prohibent appellare) ſed etiam ea omnia, quę medio tempore inter ſententiam, & appellationẽ contigerit innouari, perinde ac ſi poſt appellationem innouata fuiſſent.

f *cap. non ſolùm. eo. tit. in 6.*

*Attentata poſt appellationem ante diffinitiuam non reuocantur, niſi primò de ueritate conſtiterit, uel niſi poſt inhibitionem debito modo factam attentata fuerint. h. d.*

Illa[g] verò, quæ poſt appellationem interpoſitam ante diffinitiuam ſententiam innouantur, donec appellationis cauſam veram eſſe conſtiterit, reuocari non debent, niſi iudex appellationis, poſtquam ſibi conſtiterit, per appellationẽ emiſſam ex cauſa probabili fore ad ſe negotium deuolutum, inhibeat Canonicè iudici, à quo appellatum fuit, ne procedat: tũc enim, quidquid poſt inhibitionem huiuſmodi fuerit innouatum, eſt per appellationis iudicem ante omnia in ſtatum priſtinum reducendum, licet eandem cauſam non eſſe veram cõ tingat.

g *d. cap. non ſolùm. §. illa. eod. tit. in 6.*

*Non refert, quid ex æquipollentibus fiat,*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*& facta plus operantur, quàm uerba. h. d.*

Appellaſſe autem dicetur nõ ſolùm is, qui vocem appellationis emiſit, ſed etiam qui aliquo indubitato facto prouocandi ꝓpoſitum declarauerit. Vnde reſcriptum [a] eſt, eum, in quẽ poſt iter ad ſedem Apoſtolicam arreptum excommunicationis ſententia ab ordinario promulgata fuerit, excommunicationis vinculo non teneri, quaſi appellatione pendente lata fuerit, cũ plus ſit facto, quàm verbo prouocare. Idem & in eo reſponſum eſt [b], qui licet ex ſimplicitate fortè verbum appellationis non expreſſerit, ſe tamen & Eccleſiam ſuam, cùm moleſtaretur, Romani Pontificis protectioni ſubiecit.

a *cap. dilecti filij. el 2. extra. cod. tit.*

b *cap. ad audiẽtiã. ext. cod. tit.*

*Iuſtus metus excuſat adeò, quòd non appellans habetur pro appellante, ſi fuerit proteſtatus, & cauſas appellationis expreſſerit. h. d.*

Is quoq; [c], quem quo minùs appellaret, iuſtus metus impedierit, ad appellationis beneficium conuolaſſe reputabitur, dum modò infra tempus, quo licitè prouocatur coram iudice, à quo appellaſſe vellet, vel ſi ipſius copiam habere nequiuerit, coram probatis viris conteſtatione ſuper hoc ꝓpoſita cauſas appellationis expreſſerit.

c *cap. fin. ext. cod.*

*Sufficit appellare coram maiori parte iudicum. Et omnium actorũ intimatio parti appellatæ eſt facienda. h. d.*

Quòd [d] ſi à pluribus iudicibus appellãdum fuerit, quia nõ ſemper facilè eorum præſentia ſimul haberi poſſet, coram maiori parte ipſorum appellare, & apoſtolos ſeparatim petere licebit, valebitq; hæc appellatio ꝓinde, atque ſi coram omnibus interpoſita fuiſſet: omnium tamen ſubſecutorum appellato ignorãti intimatio legitimè facienda erit.

d *clem. 1. eo. tit.*

*Si unus ex pluribus appellet, & obtineat in cauſa appellationis, prodeſt uictoria conſortibus, ſi ſit idem negotium, & cauſa. h. d.*

Idem ex contrario [e], ſi plures vna ſententia condemnati fuerint, & vnus ſolus ad appellationis beneficium conuolauerit, iſtius victoria cæteris quoque ſuffragabitur, ſi communi iure iuuentur, idemq; negotiũ & eadem cauſa defenſionis exiſtat.

e *cap. pen. extra. co. tit.*

*Si per reſcriptum committantur plures articuli connexi, & in uno remoueatur appellatio, intelligitur remota etiam in alijs. h. d.*

Iam dubitari poterit, ſi ex pluribus articulis [f] vnis precibus comprehenſis in vno tantùm contingat appellationem vetari, vtrùm appellatio teneat, ſi ſuper alijs prouocatum fuerit: & cùm delegantis hæc ſit intentio, vt de omnibus articulis, qui in precibus ponuntur, iuſtitia ſuum conſequatur effectum, in omnibus appellatio interdicta intelligetur. Vnde nihil intererit, vtrùm appellatio inhibeatur in primo, an in ſecundo: in me-

f *cap. ſecundo requiris. ext. cod. tit.*

medio, an in fine. Sed hoc ita intelligi oportet, ſi capitula connexa fuerint: cæterùm [a] quoties clauſula, per quã appellationis remedium tollitur, in medio literarũ ponitur, ſi ſunt plura negotia ſe minimè cõtingentia, tantùm præmiſſa complectitur, niſi fortè & in fine literarũ prædicta clauſula iteretur.

a cap. inquiſitioni tuæ. ext. eo. tit.

*Appellari poteſt, ſi locus non tutus partibus aſſignatur, uel ſententia contineat manifeſtam iniquitatem, etiam ſi ſit reſcriptum appellatione remota. h. d.*

Interdum etiam non obſtante prohibitione appellari poterit, vt decretum eſt [b] in eo, qui per delegatos iudices in iudicium ad locum non tutum vocatus fuerit: niſi enim locũ idoneum iudices aſſignent, non erit propterea appellationis remedium intercluſum, quòd appellatione remota procedi debere mandatum fuerit. Idem etiam obtinet, cùm ſentẽtia fertur iniqua: licet enim cauſa appellatione remota cõmiſſa fuerit, ſententiæ tamen ſtari nõ debet, ſi iniquitatem cõtineat manifeſtam.

b cap. ex parte tua. el 1. ext. eod. tit.

*Lapſo anno, & ex cauſa biennio, appellatio eſt deſerta. h. d.*

Illud tam iudiciali appellationi, quàm ei, quæ extra iudicium interponitur, commune eſt, quòd [c] huiuſmodi appellantibus annus, & ex iuſta cauſa biennium à die appellationis interpoſitæ indulgetur: quo temporis ſpacio & proſequi, & finire appellationis cauſam compellendi erunt: alioqui ſi per negligentiam [d] appellantis hoc tẽporis ſpaciũ fluxerit, adeò cauſa deſerta cenſebitur, vt etiamſi appellans ipſe cum appellato, aut appellatus etiam per ſe, & principaliter proſequatur, non propterea minùs in rem iudicatam cenſebitur tranſiſſe ſententia, à qua fuerit appellatum.

c cap. cùm ſit Romana. ext. eod. tit. can. ei qui. 2. q. 6.

d clem. pen. de appella.

*Ponit caſus, quibus tempus ad proſequendũ non currit. h. d.*

Quamdiu [e] tamen per compromiſſum, vel aliàs de partiũ expreſſo conſenſu differtur ꝓſecutio, tempus ad proſequendam appellationem ab homine, vel à iure præfixum minimè currit appellãti, niſi fortè iudex ex dilatione periculum imminere videns, in illa procedi præciperet.

e clem. quamdiu. eod. tit.

*Tempus datum à iure ad proſequendã appellationem, poteſt breuiari per iudicem ex cauſa. h. d.*

Et licet anni, vel biennij ſpacium appellantibus indulgeatur, poterit tamen iudex à quo, ſecũdum locorum diſtantiam [f], perſonarũq; & negotij qualitatem breuius tempus moderari, intra quod ſi is, qui appellauit, cauſam appellationis non fuerit proſecutus, tenebit ſententia. Coget ergo iudex partes

f cap. cũ ſit Romana. extra. eo. tit.

a capit. ad hæc. el 3. extra. eod.

appellatione non admiſſa [a], vt vel appellationem interpoſitã proſequantur, vel coram eo iuris pareant æquitati.

*Quando periculum eſt in mora, debet iudex breuiare terminum proſequendæ appellationis. h. d.*

b cap. oblatæ. §. ſuperior. ext. eo.

Superior [b] quoque iudex ſi ex dilatione viderit imminere periculum, poteſt & debet neutro appellationem proſequente, vt periculum euitetur, occurrere: putà ſi à ſententia lata ſuper confirmatione alicuius electi prouocatum fuerit, & vtraq; pars velit etiam ad annum appellationis proſecutionem differre, poteſt vtique, imò debet is, ad quem appellatum fuit, prouidè terminũ moderari, ne diu gregi dominico cura paſtoris deſit.

*Interdum ad proſequendam appellationem datur plus, quàm biennium. h. d.*

c cap. ex ratione. extr. eod.

Accidit tamen aliquando, vt non per annum, vel biennium, ſed etiam vlteriùs cauſam appellationis alicui proſequi concedatur, vtputà ſi quem per impotentiam [c] proſecutionem omiſiſſe conſtiterit, vel cùm iudici ex proprio officio ſuper cauſa electionis etiam lapſo biennio cognoſcere conceditur.

*Pars poteſt ſibi terminũ proſequendæ appellationis breuiare, non prorogare. h. d.*

Pars quoq; interdũ ſibi proſequendę appellationis terminum præfigit. Sed cùm hoc gratia litium citiùs expediendarũ indultum fuerit, iuris terminus à parte præueniri, non prorogari poterit, ſicut nec in vna cauſa tertiò prouocari licebit.

*Confirmatio in forma communi non præiudicat appellationi, nec laudum inualidum roborat, aut proceſſum impedit, ſed obtenta ſuper re ab aliquo pacificè poſſeſſa, facit ut quis non poſſit conueniri abſque mandato ſedis Apoſtolicæ. h. d.*

Poſtremò ſciẽdum eſt, quòd ſi ſententiam appellatione ſuſpenſam, ante quàm ipſius appellationis cauſa commiſſa fuerit, vel laudum contra iuris, vel compromiſsi formam latũ Apoſtolico reſcripto in forma communi confirmari obtentum fuerit, talis confirmatio nec appellationi prẹiudicium afferet, nec inualidum laudum vllo firmitatis robore muniet. Nam etiã ſi ante latam ſententiam litigioſæ rei confirmationem ab Apoſtolica ſede quis impetrauerit, non propterea minùs de cauſa poterit iudex cognoſcere, & eã fine debito terminare. Quanquam ſi rem pacificè quis poſſediſſet, cùm inde confirmationẽ obtinuit, non erit licitum iudici de quæſtione poſtmodũ exorta abſque mandato ſedis Apoſtolicæ decernere: niſi certũ ſit, quòd per falſi ſuggeſtionem fuerit elicita.

DE

## DE RESTITVTIOne in integrum,

### TITVLVS XVIII.

*Minor & Eccleſia reſtituuntur aduerſus ſententiam, etiam à ſede Apoſtolica latam. hoc dicit.*

ADhuc autem ijs, qui appellationis remedio deſtituti ſunt, auxilio reſtitutionis in integrũ ſuccurritur, ſed nec omnibus, nec ſemper, nec ab omnibus. Minor igitur & Eccleſia[a], ſi ſe prolatione ſententiæ grauiter læſos conquerantur, & appellandi tempora iam fluxerint, reſtitutionem in integrũ implorare poterunt. Quod quidem adeò obtinet, vt etiam ſi ab Apoſtolico[b] ſententia lata fuerit, non ꝓpterea magis in integrũ reſtitutionis petitio impediatur. Nec enim negatur[c] Romanæ ſedis ſententiá in melius poſſe commutari, cùm aut ſurreptum aliquid fuerit, aut ipſa pro conſideratione ætatum, & temporum, ſeu grauium neceſſitatum aliquid ordinauit.

a *cap. 1. cap. ex literis. et capit. ſequ. extr. eod.*

b *cap. tuæ ex literis. eod. tit. extra.*

c *d. cap. tuæ. §. nos. uerſ. præſertim.*

*Reſtituitur Eccleſia aduerſus quamlibet læſionem, etiam aduerſus aliam Eccleſiam. hoc dicit.*

Sed & ſi nõ ſententia, ſed vel contractu[d], vel confeſsione[e], vel probationis omiſsione, vel temporis fluxu[f] Eccleſia læſa fuerit, reſtitutio indulgenda erit: nec ſolùm contra priuatos homines, ſed etiam aduerſus aliam Eccleſiam[g].

d *cap. 1. extr. eod.*

e *cap. 2. eod. tit in 6.*

f *clem. uni. eo. titul.*

g *cap. auditis. extra. eod. tit.*

*Beneficium reſtitutionis in integrum non indulgetur, niſi intra quatuor annos, ſi non ſubſit aliqua rationabilis cauſa, ut dictum ſpaciũ prorogetur. h. d.*

Sed[h] ſiue ſententia, ſiue contractu, vel aliter ſe læſam prætẽdat Eccleſia, & propterea ſe ad beneficium reſtitutionis in integrũ admitti poſtulet, ſi quadriennij ſpacium à die læſionis lapſum fuerit, amplius reſtituẽda non erit, niſi præuaricationis, vel manifeſtæ fraudis probetur ſuper hoc interveniſſe cõmentum, aut alia cauſa ſubſit, quæ iudicem ad hoc beneficiũ concedendum mouere debeat. Et[i] ſi tempore lęſa aſſeratur, nõ fiet reſtitutio, niſi ad tantũ temporis, in quantum ſe læſam eſſe, legitimè probauerit.

h *cap. 1. eod. tit. in 6.*

i *clem. uni. eo. titul.*

*Reſtitutio in integrum ſemel negata non cõceditur amplius, etiam in alio iudicio, niſi duobus caſibus hîc contentis. h. d.*

Quòd ſi ſemel[k] reſtitutio in integrum in alio iudicio denegata fuerit, præter quàm ad appellationem omiſſam, non erit eidem amplius concedenda, niſi nouis defenſionibus ad huiuſmodi beneficium admittenda fuerit.

k *cap. fin. eo. tit. extr.*

*Ponit, qui & quando poſſunt de reſtitutione in integrum cognoſcere. h. d.*

Huiuſmodi[l] verò reſtitutionum cauſæ ſolùm coram iudi-

l *cap pen. ext. eod. tit.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cibus ordinarijs adminiſtrationem habentibus, vel delegatis ab eis tractari poterunt, & terminari: ſiue hoc ipſis delegatis ſpecialiter demandatũ fuerit, ſiue commiſſo eis negotio, huiuſmodi quæſtionem incidere contingat. Delegati verò ab Ordinarijs, qui adminiſtrationem non habent, ſed tantummodò iudicandi facultatem, ſiue arbitri de his cauſis cognoſcere nequeunt, niſi coram eis incidenter motæ fuerint.

*Per querelam & ſupplicationem retracta tur ſentẽtia. Et ſub qua forma ſupplicatio porrigatur. h. d.*

a *gloſſ. in uer. ſupplicauit. cap. ex literis. extrau. eod. tit.*

Per ſupplicationem [a] quoque Principi porrectam, aut per querelam appellationis remedio deſtitutis ſubueniri ſolet. Erit autem ſupplicatio intra decem dies poſt ſententiam offerenda: quo ſubſecuto ſententia non aliter executioni mandabitur, quàm ſi victrix pars idoneam fideiuſſionem præbuerit, tantum reſtituendi cum legitimis augmentis, quãtum fuerit in condemnatione, ſi legitima retractatione ſententia reſoluatur. Et niſi ſub hac forma ſupplicatio porrigatur, executio ſententiæ ſine fideiuſsione procedet, retractationis iure illi ſeruando, qui ſe grauatum putauerit, vt intra biennium ſupplicare valeat.

FINIS LIBRI TERTII.

# INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI LIBER QVARTVS.

## DE ACCVSATIONIBUS, denuntiationibus, & Inquiſitionibus,

### TITVLVS I.

*Criminalia Iudicia non habent aliquid ſimile cum Ciuilibus. Et, inſtituuntur per Accuſationem, Denuntiationem, & Inquiſitionem. Et, Accuſationem inſcriptio, denũtiationẽ charitatiua monitio præcedere debet. h. d.*

CRiminalia Iudicia nihil fermè ſimile habent cum cęteris Iudicijs, de quibus proximè locuti ſumus: magnaque diuerſitas eorũ eſt, & in inſtituendis, & in exercendis. Inſtituuntur aũt aut per Accuſationem, aut per Denuntiationem, aut per Inquiſitionem. Per Accuſationem, cùm ſolenni præcedente inſcriptione[a] per Accuſatorem Rei crimen ad Iudicem defertur. Per Denunciationem, vt cùm nulla præcedente inſcriptione, ſed tantùm charitatiua monitione ad Iudicis notitiam crimen deducitur. Ideo autem, cùm in modũ Accuſationis, crimen obijcitur, eſt inſcriptio neceſſaria, non cùm in modum Denũciationis: quoniam ad depoſitionem inſtituitur accuſatio, ſed ad correctionem eſt denunciatio facienda.

a *can. qui crimen. 2. q. 8. & cap. ſuper his. in prin. extra. eod.*

*Accuſator non probans obiectum crimen tenetur ad pœnam talionis, niſi ſuam innocentiam purgauerit, & interim dum purgat, eſt ſuſpendendus. h. d.*

Accuſator igitur, ſi legitimis deſtitutus ſit probationibus, eã pœnam[b] debet incurrere, quam ſi probaſſet, reus ſubſtinere debebat. Denuncians verò licet ad talionem non teneatur, ſi tamen[c] in probatione deficiat, donec ſuam purgauerit innocentiam, ab officio & beneficio ſuſpendendus erit: vt cæteri ſimili pœna perterriti, ad aliorum infamiam facilè non proſiliant.

b *can. qui non probare. 2. q. 3. et can. qui crimen. 2. q. 8.*

c *cap. 2. extr. de calumn.*

*Ponit, quando procedendum ſit per inquiſitionem. h. d.*

Per Inquiſitionem Criminale Iudiciũ inſtituitur, cùm præcedente diffamatione[d], ac quaſi denunciante fama, de crimine Iudex inquirit. Conſtitutũ eſt enim, ne criminum facilis nimis ſit obiectio: vt ſicut ad accuſationem legitima præcedere debet inſcriptio: &[e] denunciationẽ charitatiua monitio: ita & inquiſitionem clamoroſa inſinuatio[f] præcedere debeat.

d *cap. qualiter, & quãdo. el 2. extra. eod.*

e *cap. 2. extr. eod.*

f *cap inquiſitionis. § tertiæ uerſ. ad hæc. ext. eo.*

*Confeſſus crimina coram inquiſitore, non poterit confeſsionem ſuam eo prætextu reuocare, quòd non præceſſerit fama inquiſitionẽ. hoc dicit.*

a cap. 1. eo. tit. in 6.

Si quis[a] tamen, poſtquam coram eo, qui contra ipſum ſuper certis criminibus inquiſitor deputatus fuerat, eadem crimina cōfeſſus fuerit, fruſtra poſtmodum eo prætextu confeſsionem ſuam impugnare contendet, quòd ſuper eiſdem criminibus non fuerit antea diffamatus.

*Si iudex proceſſerit non excipiente inquiſito de non diffamatione, proceſſus tenebit. hoc dicit.*

b cap. fin. eo. tit. in 6.

Idem etiam erit[b], ſi is, cui cōtra te commiſſa ſuper certis criminibus fuerit inquiſitio, te prę ſente, nec quicquam ſuper hoc excipiente, infamiæ inquiſitione omiſſa, ad veritatem eorundem criminum inquirendam proceſſerit. Nec enim proceſſum huiuſmodi, eo quòd non fuit de infamia primitùs inquiſitum, vlteriùs impugnare poteris.

*Si crimen opponatur excipiendo, non eſt neceſſaria inſcriptio. h. d.*

c capit. ſuper his. §. cùm autem. extr. eod. tit.

Accidit autem interdum, vt alicui nec accuſando, nec denũciando, nec inquirẽdo, ſed excipiẽdo crimen opponatur, vtputà[c], cùm quid obijcitur, vt quis ab accuſatione, vel teſtificatione repellatur: quo caſu non erit inſcriptio neceſſaria.

*Non eſt neceſſaria inſcriptio, ſi crimẽ obijciatur, ut quis ab officij uel beneficij aſſecutione excludatur: quo tamen caſu ſi poſt confirmationem opponatur, deficiens in probatione punitur pœna extraordinaria. h. d.*

d d. cap. ſuper his. §. cùm autem. extr. eod. tit.

Sed[d] an, ſi propterea crimen opponatur, vt quis à promotione officij, vel beneficij aſſecutione excludatur, neceſſaria tunc ſit inſcriptio? Et proditum eſt, ſi ante confirmationem obijciatur, non cogi quenquam inſcribere: quia crimen hoc modo pbatum promouẽdum quidem impedit, non tamen iam promotum deijcit. Poſt confirmationem verò, cùm ſcilicet ordinãdus fuerit aliquis, aut etiam conſecrandus, quia & ab obtinendo repellit, & ab obtento deijcit, ad extraordinariam pœnam ſecundum arbitrium iudicis citra vinculum inſcriptionis, ſi defecerit in probando, eſt excipiens aſtringendus.

## DE DVPLICI purgatione,

### TITVLVS II.

*Quid ſit purgatio, & quotuplex. Et quòd uulgaris purgatio eſt penitùs improbata. hoc dicit.*

Contingit etiam interdum, vt licet aduerſus crimino ſum, nec accuſator conſiſtat, neque teſtibus, aut propria ſit

ſit confeſsione conuictus, ita tamen alicuius criminis, vel maculæ publica laborat infamia, quòd ſuper manifeſta ferè nota eidem purgatio ſit indicenda. Eſt autem purgatio, demonſtratio innocentiæ ſuper obiecto crimine. Purgationis duę ſunt ſpecies [a], Vulgaris ſcilicet, & Canonica. Vulgaris purgatio eſt, quam vulgus, vel invenit, vel ſequitur: vt, cùm aquæ frigidæ, vel candentis ferri [b], vel ſingularis certaminis quis ſubit iudicium: quæ, cùm Deus in ea tentari videatur, meritò iuſſa eſt ſacris Canonibus exulare: licet enim quoſdam ſingulare certamen iniuiſſe [c] diuina prodat hiſtoria, nunquam tamen vt id pro lege teneatur diuina ſanxit authoritas.

a gloſſa rub. ext. de pur. vulgari.

b can. mennã. 2. q. 4. & per tot. tit. de purgat. vulg.

c can. monomachiam. 2. q. 4.

*Quæ ſit Canonica purgatio. Et, quales eſſe debent compurgatores. h. d.*

Canonica purgatio dicitur, quæ ſacris Canonibus eſt comprobata: vt cùm [d] de crimine infamatus, iurat ſe non eſſe tali crimine, vel macula inquinatũ, & certa compurgatorũ manus eundem à crimine immunem, & verum credere illum iuraſſe, ipſa quoq; iureiurãdo firmat [e]. Erunt autem compurgatores [f] huiuſmodi honeſtatis & opinionis, vt veriſimile ſit, eos amore, vel odio, vel obtentu pecuniæ non deierare: neceſſe etiam eſt, vt eius, quem purgare intendunt, vitam & mores notos habeant.

d cap. quotiens. extr. de purg. can. & d. can. mennam.

e cap. de teſtibus. extra. de purgat. Canon.

f cap. cùm lex. ext. de pur. Canon.

*Deficiens in purgatione habetur pro conuicto. Et ſuper notorio non eſt indicenda purgatio. h. d.*

Quicunq; [g] verò in Canonica purgatione defecerint, perinde puniendi ſunt, atque ſi de crimine, de quo diffamati fuerint, legitimè convicti, vel confeſsi fuiſſent: niſi tamen aliud iudicantis æquitas ſtatuendum duxerit. Planè ſuper notorio [h] nulli erit indicenda purgatio, ſed tantũ condemnationis promulganda ſententia: cùm patrati ſceleris euidentia, neque accuſatoris clamore indigeat.

g d. cap. cùm lex. ubi glo. & cap. inter ſolicitudines. extra de purgat. Canon.

h cap. pen. extr. d. tit.

*Criminum quædam ſolum Deum lædunt, quædam etiam homines. h. d.*

Criminum autem quædam diuinæ maieſtatis læſionẽ continent: quædam verò & hominibus damnum irrogant. Quæ Deum principaliter lędunt, hęc fermè habentur, ſimonia, hæreſis, ſchiſma, apoſtaſia, ſortilegium, maledicentia, ſacrilegium. Hominibus verò læſionem inferunt, homicidiũ, adulterium, ſtuprum, rapina, furtum, vſura, falſum, iniuriæ: de quibus diſtinctiùs, ſed tamen breuiter videamus.

## DE SIMONIA,

### TITVLVS III.

*Quid ſit ſimonia, & unde dicta. h. d.*

a gloſſ. 1. in ſum. 1. q. 1.

Simonia [a] nihil aliud eſt, q̃; ſtudioſa voluntas, ſiue cupiditas emendi, vel vendendi ſpiritualia, vel ſpiritualibus annexa. Vel, ſimonia eſt rei ſpiritualis, vel ſpiritualibus annexæ, cum aliquo temporali facta commutatio. Appellata eſt autem à Simone mago, qui primus huius deteſtandi ſceleris author fuit.

*Simonia aut eſt ſimplex conuentionalis, aut realis. Et realis ſubdiuiditur in realem conuentionalem, & realem mentalem. h. d.*

Simoniæ duplex eſt ſpecies. Nam aut eſt conuẽtionalis, aut mentalis. Conuentionalis eſt, cùm aut aliquid datum eſt, vel de dando in poſterum tractatus interceſſerit, & cõuentio. Mentalis eſt, cùm nullum quidem interceſsit factum [b], ſed ſola praua dantis, aut recipientis mens & intentio concurrit: & propterea rudi, ſed congruenti vocabulo mentalis appellatur.

b extra. com. 2. eod. tit.

*Cuiuſcunque muneris receptione ſimonia contrahitur. Et appellatione pecuniæ continetur, quidquid homines habent in terra. h. d.*

c gl. ſſ. 1. in ſum. 1. q. 1.

Contrahitur [c] autem ſimonia, nõ modò cùm pecunia ipſa pro re ſacra datur, aut recipitur, vel de danda & recipienda tacitè, vel expreſsè conuentum fuerit: verùm etiam cùm dans à lingua, vel obſequio recipientis munus exigit. Cùm enim ſpiritualia tribuens, manus ab omni munere excutere debeat, id tunc facere intelligitur, cùm pro diuinis rebus non ſolũ pecuniam nullam, ſed nec humanum obſequium, aut gratiam aliquam requirit. Et ſicut pro manus impoſitione non debet Epiſcopus [d], ita nec miniſter, nec notarius, in ordinatione, pro voce, vel calamo, pecuniam recipere. Pecuniam verò hoc loco accipiemus, quidquid homines habent: hoc enim nomine ideò omnia continẽtur, quia antiqui, quidquid fermè habebant, in pecoribus habebant. Contrahitur ergo ſimonia, cùm quis ſacra quodã modo in commercium deducit.

d cap. 1. extra eod. tit.

*Ponit plura capita, ex quibus committitur ſimonia. h. d.*

Sed [e] & tunc quoq; ſimonia committi dicitur, cùm quid pro perſonis Eccleſiaſticis deducẽdis in ſedem, vel ſacerdotibus inſtituẽdis, aut ſepeliendis mortuis, ſeu pro nubentium benedictionibus, accipitur. Is quoque, qui pro electione præmia largitur, quia per electionem peruenitur ad conſecrationem, perinde ſimoniacus habebitur, ac ſi pro conſecratione munera dediſſet.

e cap. nõ ſatis. et cap. ſeq. extr. eo. tit.

*Simoniacè dicitur quis electus, etiamſi quid ignorante eo datum fuerit, uel promiſſum. h. d.*

Nec diſtinguemus [f], ſciente, an ignorante eo, qui promiſsionis, vel dationis alicuius interuentu

f cap. nobis fuit. ex. eo. tit.

uentu poſtmodum electus fuit, promiſſum quid, vel datum fuerit: quamvis enim electus tempore dationis, vel promiſsionis conſcius non fuerit, non propterea minùs electio rei probanda erit.

*Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum electo ſimoniacè, licet ignoranter, ſed bene ſuper aſſeruatione beneficij ſimplicis, præuia tamen reſignatione. h. d.*

Sed videamus, an poſt reprobatam electionem cum eo ſuper prælatione, ad quam quis ſic electus fuerit, poſsit epiſcopus diſpenſare, & conſtitutum eſt, non poſſe: quamvis [a] circa eum, qui per ſimoniacam prauitatem ſimplex beneficium recipit, poſt liberam reſignationē Epiſcopi diſpenſatio toleretur.

a cap pen. ex. de electio.

*Datum in diſpendium eligendi, uel illo etiam reclamante, non facit electionem ſimoniacam. h. d.*

Planè ſi conſtet eos, qui quid dederint, vel promiſerint [b], q. per fraudem in diſpendium eligendi dolo malo id fecerint, aut electo ipſo non modò ignorante, ſed etiam reclamante, nec aliquando ratum habente, ſecuta electio minimè reprobanda erit: alioquin contingeret, quòd factum inſidias inimico parantis innocenti damnoſum exiſteret, et vir malus de fraude ſua commodum reportaret.

b cap. nobis fuit. extr. eod. titul.

*Simoniacè ordinans cum ſuo ordinato & Clerico mediatore eſt deponendus, laicus uerò mediator excommunicatur. h. d.*

Ac veluti varijs modis ſimoniaca labes committitur, ſic etiam varijs pœnis ſimoniacos percelli, admonēdi ſumus. Nā ſi quis, vt ordinetur, pecuniam Epiſcopo obtulerit [c], & qui turpiſsimi lucri commodo ſancti Spiritus gratiam vendere [d] tentauerit, amiſsionis proprij gradus periculo ſubiacebit: & qui ordinatus eſt, à dignitate, quam pecunijs acquiſiuit, erit prorſus alienus. Si quis verò [e] tam turpibus & nefandis datis, vel acceptis mediator extiterit, ſiquidē Clericus, erit à proprio gradu deijciendus: ſi verò Laicus, anathematizandus erit.

c can. ſi quis. 1. q. 1.

d can. quando Epiſcopus. §. quòd ſi aliter. 24. diſtinctio.

e cano. ſi quis epiſcopus. 1. q. 1.

*Ordinatus à ſimoniaco non ſimoniacè, & ſimoniacè non ſimoniacus ordinem conferens, non ſunt deponendi. h. d.*

Hæc tamen de illis intelligere nos oportet, quos nec ignorantia, nec attractionis excuſat violentia, ſed ſimoniaci ſimoniacè ordinati, vel ordinatores exiſtunt. Cæterùm ſi quis à ſimoniaco quidem, non tamen ſimoniacè, ordinem ſuſceperit, aut ſimoniacè non ſimoniacus ordinem contulerit, miſericorditer in Eccleſia ſubſtinendi erūt: hos enim facit ſimoniacos, non reatus criminis, ſed ordinatio, vel ſuſceptio ſimoniaci.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Beneficium conſecutus ſimoniacè per accuſationem conuictus priuatur beneficio & deponitur: per inquiſitionem uerò priuatur quidem beneficio, ſed poſt peractam pœnitentiam in ſuo ordine permittitur miniſtrare. h. d.*

*a cap. dilectus. ubi etiā glo. in uer. amotos. eod. tit. extra.*

Quòd[a] ſi non ordinem quis, ſed beneficium Eccleſiaſticum data pecunia cõſecutus fuerit, multum intereſt, per accuſationem, an per inquiſitionem quis convictus fuerit. Primo enim caſu non ſolùm Eccleſia priuandus, verùm etiam honore ſacerdotij presbyter ſpoliandus erit: poſteriore verò, poſtquam ab Eccleſia, quam ſibi per pecuniam comparauerat, amotus fuerit, & iniunctam pœnitentiam egerit, in ſuſceptis ordinibus miniſtrare permittendus erit.

*Cum paruulis, qui cupiditate parentum Eccleſias ſunt conſecuti, poſt liberam reſignationem poteſt diſpenſari. h. d.*

*b ca. ſicut tuis. §. quamuis. extra. eod.*

Quinimmo[b] qui paruuli parentũ cupiditate Eccleſias per pecuniam ſunt conſecuti, ob paternum factum non modò à ſacris ordinibus non ſunt remouendi: verùm etiam poſtquam eas omnino dimiſerint, ſi Canonicè in eiſdem viuere voluerint, pro magna miſericordia ſubſtineri poterunt.

*Idem iuris eſt de acceſſorio, quod de principali. h. d.*

Nec obijciat quis, non conſecrationes emiſſe ſe, ſed quæ ex conſecratione proueniant. Nam ſicut anima ſine corpore corporaliter viuere non poteſt, ſic corporalis eccleſia, vel dignitas, & ordo Eccleſiaſticus ſine rebus corporalibus parum proficiet. Quiſquis igitur eorũ alterum vendit, ſine quo alterum haberi non contingit, neutrum invenditum reliquiſſe intelligitur.

*Quilibet admittitur ad accuſandum ſimoniacum. Et ſolus ſimoniacus inter peccatores miſſam non celebrat. h. d.*

Huius autem criminis tanta eſt labes[c], vt etiam ſerui aduerſus dominos, & quilibet criminoſi admittantur ad accuſationem. Item omnis peccator miſſam celebrare poteſt, prçter quàm ſimoniacus: quem adeo quilibet, vt ab ordine malè accepto remoueatur, accuſare poteſt, vt nec meretrix excludatur.

*c cap. tanta. ext. eod. tit.*

*Oblatum ſponte, uel datum gratia redimendæ moleſtiæ ſuper iure quæſito indebitè illatæ non inducit ſimoniam. h. d.*

Sciendum tamen eſt, non datione qualibet, aut receptione ſimoniam contrahi: nam ſiquid ſponte, purè[d], ſine pacto, & conuentione, & taxatione qualibet fuerit gratis oblatũ, id ſine ſcrupulo ſimoniacæ prauitatis recipi poterit. Idem obtinet ex contrario, ſiquid non ſponte quis dederit, ſed vt indebitè illatam moleſtationem ſuper quæſito iure redimat, dare coactus fuerit.

*d cap. tuanos. §. ſi uerò. ext. eod. tit.*

Puniuntur

*Puniuntur prælati committentes uices ſuas ſub annuo cenſu. h. d.*

Demum ſciendum eſt tam Lateranenſi, quàm Turonenſi Concilio ſtatuente Canonicæ diſtrictioni prælatos eos ſubiacere, qui vices ſuas [a], vel Eccleſias ſub annuo cenſu concedũt: quia dum ſacerdotium ſub huiuſmodi mercede venale diſponitur, ad æternæ retributionis præmium conſideratio non habetur.

*a cap. 1. 2. & ſeq. extr. ne præla. uic. ſuas.*

*Puniuntur aliquid recipientes pro concedenda docendi licentia. h. d.*

Pro docendi [b] quoque licentia concedenda nullus cuiuſcũque conſuetudinis obtentu aliquid exigere debet, et qui ſecùs fecerit, ab Eccleſiaſtico beneficio fiet alienus: dignum enim videtur, vt in Eccleſia fructus ſui laboris non habeat, qui cupiditate animi, dum vendit docendi licentiam, Eccleſiaſticum profectum nititur impedire.

*b cap. 1. 2. & per totum titul. extr. de magiſ.*

## DE HÆRETICIS, ET Schiſmaticis, & apoſtatis,

### TITVLVS IIII.

*Qui ſint hæretici, & qui ſchiſmatici, & quomodo differant. h. d.*

HÆretici ſunt, qui vanę gloriæ principatúſq; ſui cauſa falſas opiniones gignunt, vel ſequuntur. Schiſmatici ſunt, qui ſe ab vnitate Eccleſiæ per inobedientiam ſeparant. Licet autem inter hos à principio quædam videatur eſſe diuerſitas, nullum tamẽ eſt ſchiſma, quod ſibi aliquam tandem hæreſim non confingat, vt ab Eccleſia rectè receſsiſſe videatur.

*Schiſmatici excommunicatione, depoſitione, bonorum confiſcatione, & à ſe geſtorum annullatione puniuntur. h. d.*

Vtrumque [c] verò crimen atrociſsimis pœnis Eccleſiaſtica diſciplina proſequitur: nam ſchiſmaticos excommunicationis ſententia Canones inſectantur: & ſi nec ſic reſipuerint, ab omni miniſterio Eccleſiaſtico deponentur, adhibito etiã, ſi neceſſe fuerit, brachij ſecularis auxilio, ad illorum inſolentiam coërcendam, cum omnium etiam bonorum confiſcatione. Ordinationes quoq; ab his factas, & dignitatum ſiue beneficiorũ conceſsiones, alienationes rerum Eccleſiaſticarũ, omni penitùs firmitate carere voluêrunt.

*c cap. 1. et per totum titul. de ſchiſm. in 6.*

*Hæretici, niſi hæreſim abiurauerint, omni Eccleſiaſtica prærogatiua nudati, traduntur ſeculari curiæ puniendi. h. d.*

In hæreſi [d] autẽ deprehenſi, prẹter perpetui vinculum anathematis, ſi clerici ſint, vel religioſi, totius ordinis Eccleſiaſtici prẹrogatiua ſpoliandi erunt, & omni officio, & beneficio nudati, ſecularis rẹlinquentur ar-

*d cap. ad abolendam. & cap. excommunicamus. §. 1. ext. eo. tit. de hære.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bitrio poteſtatis, animaduerſione debita puniendi, niſi con-tinuò poſt deprehenſionem erroris ad fidei Catholicę vnitatē recurrere, & errorem ſuum publicè abiurare, & congruam ſatisfactionē exhibere conſenſerint. Laici verò, niſi (provt dictum eſt) abiurata hæreſi, & ſatisfactione exhibita, ad fidem redierint orthodoxam, ſecularis iudicis arbitrio relinquentur, debitam pro qualitate facinoris vltionem recepturi.

*Bona hæreticorum poſt latam ſententiam confiſcantur. h.d.*

Bona quoque [a] damnatorum propter hæreſim ipſo iure, & omni ſpe potiundæ hæreditatis filijs adempta, confiſcata intelligentur: aut ſi Clerici fuerint, Eccleſijs, à quibus ſtipendia receperunt, applicabuntur. Confiſcationis tamen huiuſmodi executio, vel bonorum occupatio facienda nō erit, ante quàm ſuper crimine ſententia fuerit promulgata.

a *cap. cùm ſecundum. eo. tit. in 6.*

*Ob hæreſim maritorum dotes uxorum non ſunt confiſcandæ, niſi ſcienter contraxerint matrimonium cum hæreticis. h.d.*

Sed & cùm alteri per alterū iniqua conditio inferri non debeat, propter hæreſim maritorum, vxorum Catholicarū dotes [b] confiſcari non debent, niſi fortè cū viris matrimonia contraxerint, quos hæreticos eſſe ſciebant.

b *cap. decreuit. de hær. in 6.*

*Etiam poſt mortem bona hæreticorum confiſcantur. h.d.*

Poſt mortem [c] quoq; ob ſceleris immanitatem hæreticos pœna proſequitur: ideóque & ſi criminoſo viuente nihil fuerit ſuper bonorum confiſcatione declaratum, nihilo minùs ad eam etiam ipſo mortuo procedendum erit.

c *cap. accuſatus. §. pen. eo. tit. in 6.*

*Hæretici non poſſunt tradi Eccleſiaſticæ ſepulturæ. Et tumulantes eos excommunicantur, nec antè abſoluuntur, quàm proprijs manibus exhumauerint. h. d.*

Eccleſiaſtica [d] quoque ſepultura vſqueadeo carere debent, vt ſiqui eoſdem credentes aut fautores eorum ſcienter Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradere auſi fuerint, excōmunicationis ſententiæ ſubiacere debeant, nec antea abſolutionis mereantur beneficium, quàm proprijs manibus huiuſmodi corpora extumulent & proijciant: locus autem ille perpetuò carebit ſepultura.

d *cap. 2. in pr. eo. tit. in 6.*

*Deſcendentes ab hæretico uſque ad ſecundum gradum, ab hæretica uſque ad primū non poſſunt habere beneficium Eccleſiaſticum, niſi pater aut mater deceſſerint emendati. h. d.*

Sed [e] & eorundem filij ad beneficia Eccleſiaſtica, ſeu publica officia admittendi nō erunt: quod quidem per paternam lineam vſque ad ſecundum gradum, per maternam verò vſque ad primum tantùm extenditur. Cùm enim ſecūdum legitimas ſanctiones reis læſæ maieſtatis capite

e *cap. ſtatutū. eo. tit. in 6.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

capite punitis, & bonis confiſcatis eorum filijs vita ſolummodò ex miſericordia conſeruetur, quantò magis, qui aberrantes in fide Deum offendunt, muneribus, bonis, honoribus debent ſpoliari? cùm longè ſit grauius, æternam, quàm temporalem lædere Maieſtatem. Hoc [a] tamen intelligendum eſt de filijs & poſteris eorum, qui tales eſſe, vel etiam deceſsiſſe probantur: non autem illorum, quos emendatos & Eccleſiæ vnitati reincorporatos eſſe conſtiterit.

a d. cap. ſtatutum. §. hoc.

*Qui receperunt pœnitentiam Eccleſiæ, uel recipere ſunt parati, ſunt reincorporandi: poſt abiurationem uerò relapſi non ſunt amplius reincorporandi, ſed traduntur Curiæ ſeculari: eis tamen non negatur Sacramentum pœnitentiæ. h. d.*

Sed videamus, qui, & quando incorporari debeant: & conſtat eos, qui pro culpa huiuſmodi ad mandatum Eccleſiæ pœnitentiam acceptauerint, cámque vel perfecerint, vel humiliter proſecutioni eius inſiſtant, recipiendos eſſe. Idẽ iuris eſt, ſi pœnitẽtia nec peracta ſit, nec impoſita, dum tamen crimini obnoxij ad eam recipiendam parati fuerint. Quòd ſi qui poſt [b] abiurationem erroris, vel poſtquam ſe proprij Antiſtitis examinatione purgauerint, in abiuratam hæreſim reincidiſſe deprehenſi fuerint, ſeculari iudicio ſine vlla penitùs audiẽtia relinquendi erunt, licet ſi poſtmodum pœniteant, & pœnitententiæ ſigna in eis apparuerint manifeſta, nequaquam ſint relapſis humiliter petita Sacramenta pœnitentiæ et Euchariſtiæ deneganda.

b cap. ſuper eo. eod. tit. in 6.

*Quando quis dicatur relapſus. h. d.*

Relapſi autem intelligendi ſunt, non ſolùm ij, quorum ante abiurationem crimen plenè probatum fuerit, verùm etiam [c] ij, qui poſtquam accuſati, vel vehementer ſuſpecti ſemel hæreſim in iudicio abiurauerint, & poſtmodum in eandem iterum reincidunt. Planè ſi ex modica & leui ſuſpicione ſemel quis abiurauerit, reincidens, quanquam ex hoc ſit grauiùs puniendus, non tamen debet in hæreſim relapſorum pœna puniri.

c cap. accuſatus. in prin. eo. tit. in 6.

*Qui abiurauerit in uno articulo, ſi poſt ſit hæreticus in alio, dicitur relapſus. h. d.*

Is verò [d], qui in vna hæreſis ſpecie, vel ſecta commiſit, aut in vno fidei articulo, ſeu Eccleſię Sacramento errauit, & poſtmodum hęreſim ſimpliciter vel generaliter abiurauit, ſi deinde in aliam etiam hęreſis ſpeciem, ſiue ſectam, aut alio articulo ſeu ſacramento committat, vt relapſus in hæreſim, iudicandus erit.

d d. cap. accuſatus. §. 1. eo. tit. in 6.

*Suſpecti de hæreſi, niſi ſe purgent, ſunt excommunicandi, & excommunicati ſi in excommunicatione inſorduerint, condemnantur tanquam hæretici. h. d.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Qui [a] verò inuēti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, ob eam quantumvis vehementem de tam graui crimine condemnandi non erunt, ſed niſi iuxta conſiderationem ſuſpicionis, qualitatemq́ue perſonæ propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerint, anathematis gladio ſeſe feriendos exponunt, & vſque ad ſatisfactionem ab omnibus evitabuntur, & ſi per annum in excommunicatione perſtiterint, velut hęretici condemnabuntur.

a cap. cū contumacia. eod. tit. in 6.

*Plura ſpecialiter inducta ſunt in cauſa hæreticorum, & proceſſu contra eos. h. d.*

Plura [b] quoque ad hoc atrociſsimum crimē vindicandum ſpecialiter & pręter ordinarias Iuris regulas inducta ſunt, tam circa iudicium & proceſſum inſtituendum, & teſtium depoſitiones, & carcerum cuſtodiam, et immurationis pœnam: quàm etiam contra fautores, receptatores & defenſores eorum, vt clarè ex lectione ſacrarum conſtitutionum apparere poteſt.

b in 6. & Clem.

*Apoſtatæ qui ſint, & quotuplex apoſtaſia, & qua pœna puniantur apoſtatæ. h. d.*

*Et hæc eſt tertia pars principalis huius Tituli.*

Apoſtatæ ſunt, qui à ſtatu fidei, obedientiæ, vel religionis, quam ſe tenere profeſsi ſunt, temerariè recedūt. Apoſtaſiæ [c] triplex eſt ſpecies: alia enim eſt perfidiæ, alia inobedientiæ, alia irregularitatis. Apoſtaſia perfidiæ eſt, cùm qui à fide recedunt: vtpurà, cùm Chriſtiani effecti in Chriſti fide præuaricātur [d], et ad Iudaicos, vel alios deteſtabiles ritus ſe cōuertunt. Apoſtaſia inobedientiæ eſt [e], cùm quis præceptum ſuperioris ſui ſponte tranſgreditur; ſiue patrum regulis, vel conſtitutionibus non obtemperat. Irregularitatis Apoſtaſia eſt, cùm quis ab ordine ſuo [f], ſiue aſſumptæ religionis recedit. Apoſtatas autē ſacri Canones tam inter infames [g] deputāt, quàm etiam excommunicationis & aliarum pœnarum vinculis innodandos eſſe præcipiunt.

c gloſ. 1. ca. 1. extra de apoſta.

d can. non poteſt. 2. q. 7.

e cap. 2. et ca. illud. extra. de maior. et obedi.

f can. fin. diſt. 50. & cap. 1. extra. de apoſta.

g can. infames. 6. q. 1. gloſſ. in cap. 1. de tempo. ordi. in 6.

## DE SORTILEGIS, maledicis, & ſacrilegis,

### TITVLVS V.

*Inquiſitor hæreticæ prauitatis non poteſt procedere contra ſortilegos, niſi ſortilegium expreſſè contineat hæreſim. h. d.*

Sciendum eſt hæreticę peſtis Inquiſitores de diuinationibus & ſortilegijs, niſi hæreſim ſaperent manifeſtè, ſeſe intromittere non debere, nec talia exercentes poſſe punire, ſed eos ſuis debere iudicibus puniendos relinquere, cùm negotium fidei, quod ſummè priuilegiatum eſſe conuenit, per occupationes alias non debeat impediri.

Qui

*Qui ſint ſortilegi & quòd ab Eccleſia ſunt omninò eijciendi. h. d.*

Sunt autem [a] ſortilegi, qui prætextu religionis per quaſdā ſortes diuinationis ſcientiam profitentur, aut quarumcunq; ſcripturarum inſpectione facta, futura promittunt. Ariolorū [b] igitur, aruſpicum, Incantatorū, & omnium ſortilegorum artes, cùm ſint ex quadam peſtifera ſocietate dæmonum atque hominum quaſi pacta infidelis & doloſæ amicitiæ conſtituta, penitùs ſunt ab Eccleſia eliminādæ, & ſuperſtitioſi artifices, niſi per pœnitentiam reſipiſcant, perpetuo anathemate feriendi: &, ſi Clerici ſint, degradandi.

[a] can. 1. 26. q. 1.

[b] ext. de ſortileg. & 26. q. 1. 2. 3. 4. & 5.

*Si blaſphemus iniunctam ſibi pœnitentiam peragere recuſet, & uiuens ab ingreſſu Eccleſiæ arcebitur, & mortuus Eccleſiaſtica carebit ſepultura. h. d.*

Diuerſa eſt pœna maledicorum [c]: nam ſi quis in Deum, vel aliquem ſanctorum linguam in blaſphemiam publicè relaxare auſus fuerit, pœnæ, iuxta Gregorianæ conſtitutionis tenorē, ſubdendus erit: quam ſi recipere, & pœnitentiam peragere recuſauerit, & Eccleſię eidem interdicetur ingreſſus, & in obitu Eccleſiaſtica carebit ſepultura.

[c] cap. 2. extr. de maledic.

*Sacrilegi uarijs pœnis puniuntur. h. d.*

Similibus, interdumque acrioribus vrgentur pœnis, qui in ſacrilegij crimen incidūt, & Eccleſias incendere & violare minimè verentur: nam pro modo ſceleris admiſsi, facinoriſq; perpetrati, niſi plenè ſatisfecerint, aut de ſatisfaciendo plenā ſecuritatem exhibuerint, nunc pœnitentiæ beneficium ſacrilego penitùs denegatur, nunc anathemate vincitur, nunc perpetua damnatus infamia carceri traditur, aut exilio perpetuæ deportationis, & depoſitionis animaduerſione coërcetur: aliquando etiam pecuniaria pœna mulctabitur.

*Conſentientes ſacrilegis, & ſacerdotes ipſis pœnitentiam dantes, uel ſepulturæ eorum interuenientes, uel ab eis eleëmoſynas recipientes, pari pœna cum eis puniuntur. h. d.*

Nec ſolùm talibus pœnis illi plectendi erunt, qui ſacrilegium admiſerint, ſed etiam cōſentientes eis. Presbyteri quoque, vel Clerici, qui in vita, vel morte ſacrilegis pœnitentias dare, aut ſepulturæ intereſſe, vel eorum eleëmoſynas accipere auſi fuerint, ſiue rapinæ participes inuēti fuerint, Eccleſiaſtico beneficio priuati ordinis ſui damnum irrecuperabiliter patientur.

*Sacrilegium cōmittitur tam intuitu rerum, quàm perſonarum. Et, qualiter intuitu rerum.*

Sacrilegium autem admitti dicitur tam ratione rerum, quàm perſonarum. Rerum [d],

[d] can. quiſquis. §. ſacrilegium. 17. q. 4.

vt cùm quis ſacrũ de ſacro, vel ſacrum de non ſacro, vel non ſacrum de ſacro aufert. Sed & ſi non de ſacro aliquid ablatum fuerit, ſed intra certos paſſus, qui in circuitu Eccleſiæ ſunt, adhuc ſacrilegium committi dicitur.

*Ratione perſonarum committitur ſacrilegium, cùm quis Clericum percutit: uel cum Moniali rem habet h. d.*

Perſonarum ratione ſacrilegium perpetratur, cùm quis in Clericum, vel Monachũ violentas & impias manus [a] injicit: vel cùm perſonæ Deo dicatæ per coïtum appetuntur: de quibus infrà ſuo loco latiùs dicturi ſumus.

a can. ſi quis contumax. §. ſacrilegium. 17. q. 4.

## DE FVRTIS, TITVLVS VI.

*Furti nomine omnis illicita uſurpatio continetur, & fures promoueri non poſſunt, imo promoti deponuntur, & ſi ſint incorrigibiles, debent excommunicari, & ſi occiſi fuerint in furto, non eſt pro eis orandum, niſi ante mortẽ ſint confeſsi. h. d.*

Furti quidem nomine omnis illicita vſurpatio alienę rei concluditur: ſed nunc de ijs tantùm agimus, quæ ſpeciali nomine deſtituta generali furti appellatione cõtinentur. Fures autem non ſolùm ſeculares leges, verùm etiam Canones acriter inſectãtur: nam nec ad ſacros ordines promoueri, niſi ſecundum ea, quæ ſuprà primo libro diximus, & promoti ab ijſdem deijci, & ſi depoſiti incorrigibiles fuerint, excommunicari, & demum poteſtati ſeculari tradi debent. Et ſi [b], dũ furtum committitur, occîſi fuerint, pro eis minimè orandum erit: quanquam ſi comprehenſi, aut vulnerati confeſsi fuerint, communio eis non ſit deneganda.

b cap. 2. extra eod.

*Furtum committentes ob neceſſitatem mitiùs puniuntur, & pœna furum puniuntur partientes cum eis, & qui furtorum ſunt conſcij.*

Sed hæc de illis intelligere nos oportet, q nulla neceſsitate adacti furtũ cõmiſerunt. Cęterùm ſi quis propter neceſsitatem [c], cibaria, veſtem, vel pecus furatus fuerit, lõgè mitiori pœna puniendus erit. Nec fures ſolùm ſuprà dictis pœnis tenentur, ſed ij quoq; [d], qui aut cum furibus partiuntur, aut qui furtorum conſcij fures quærentibus poſſeſſoribus non indicant.

c cap. ſi quis propter. extra. eod.

d cap. qui cum fure. eod. tit. extra.

## DE VSVRIS, TITVLVS VII.

*Vſura quid ſit, & unde dicta, & habens poſſeſsionem in pignus, recepta propria pecunia, ſi recuſet fructus in ſortem computare, uſuras committit. h. d.*

Vſura eſt, quicquid vltra ſortem mutuatã percipitur: dicta ab vſu, quia ſcilicet pro vſu pecuniæ recipitur. Vnde [e] & ſi quis pignoris obtentu rei alicuius nactus fuerit poſſeſſionem, ſi fortè ſuam deductis expen-

e cap. 1. 2. & cap. conqueſtus extra eod. tit.

expẽſis de fructibus iam pcepe rit, ſi eandẽ debitori reſtituere recuſet, & perceptos fructus in ſortẽ cõputare, procul dubio vſurarum committitur crimen.

*Pœnæ uſurariorum ſunt, Infamia, excommunicatio, beneficiorum & officiorum & Eccleſiaſticæ ſepulturæ amiſsio. h. d.*

Multiplicibus autem pœnis ſacri Canones vſurarios inſequuntur: nam præter invſtam infamiam, nec ad * Chriſtianã, nec ad communionem [a] admittuntur altaris, nec quiſquam de manu eorum oblationes accipiet. Et ſi Clerici fuerint [b], tam officij, quàm beneficij Eccleſiaſtici periculum patientur. Nùllus quoque ſub pœnis Gregoriana [c] conſtitutione comprehẽſis, manifeſtis Vſurarijs, aut locabit domus, aut conductas habere permittet: ſed & ſi in hoc ſcelere deceſſerint, Eccleſiaſtica carebunt ſepultura.

a *cap. quia in. extra. eod.*

b *cap. præter ea. eod. tit. extra.*

c *cap. 1. & ſeq. eod. tit. in 6.*

*Licet quis de uſuris ſatisfieri mandet per hæredem, non tamen eſt tradendus Eccleſiaſticæ ſepulturæ, donec fuerit ſatisfactum, et contrà faciens incurrit pœnas eorundem, & teſtamenta uſurariorum non ualent. h. d.*

Et id adeo obtinet, vt [d] etiam ſi morituri in vltima volũtate de vſuris ſatisfieri expreſſa quantitate, vel indiſtinctè mandauerint, donec ſecundum Gregorianæ conſtitutionis tenorẽ ſatisfactum fuerit, Eccleſiaſtica ſepultura carêre debeât. Quicunque verò manifeſtos Vſurarios contra prędictæ ſanctionis formam tumulare auſi fuerint, pœnæ Lateranenſis concilij cõtra vſurarios promulgatæ ſubijciendi erũt. Teſtamẽtą [e] quoq; ab eiſdem facta, aliter quàm ſecundum dictæ Conſtitutionis formam non valebunt, ſed ipſo Iure erunt irrita.

d *cap. 2. eod. tit. in 6.*

e *d. cap. 2. in fin.*

*Non debemus facere malum, ut poſtea faciamus bonum, & ſi non ſint, quibus reſtitui poſsint uſuræ, erogandæ ſunt in pauperes, & paupertas excuſat à reſtitutione. h. d.*

Nec quicquam [f] proficiet, ꝙ quis pro captiuis redimendis, vel eleëmoſynis dãdis ſeſe vſuras exercuiſſe alleget: nec enim propterea magis cum vſurario diſpenſari poterit, cùm pro vita alterius nec mentiri [g] quidem, nedum rapere liceat. Planè [h] ſi nec ij, à quibus quis vſuras extorſerit, nec illorum ſint hæredes ſuperſtites, non ſolùm pauperibus vſurarum nomine acceptum erogare poterit, verùm etiam compellendus erit: niſi eum nota paupertas euidenter excuſet.

f *ca. ſuper eo. ubi gloſſ. extra. eod.*

g *can. ne quis. 22. q. 2.*

h *cap. cùm tu. extra. eod. tit.*

*Non ſolùm fœneratores, ſed etiam illorum hæredes debent uſuras reſtituere, nulla obſtãte appellatione. h. d.*

Nec is tantùm Eccleſiaſtica diſtrictione extortas vſuras reſtituere cogendus erit, q fœneratus eſt, verùm etiam [i] filij, & quicunque extranei hæredes, qui omnes ſuper vſuris conuẽti nullius appellationis remedio reſtitutionem ſubterfuge-

i *cap. tua nos. extr. eo. tit.*

re permittendi erunt.

*Iudex fœneratori poteſt præcipere ſub pœna excommunicatinois, tam ne uſuras exigat, quàm ut exactas reſtituat, non obſtante iuramento præſtito de non repetendis uſuris. hoc dicit.*

Sed & ſi quis ſub vſuris pecuniam acceperit, & de eis nunquam repetendis fœneratori iurauerit [a], adhuc Iudex vſurarios per cēſuram Eccleſiaſticam cōpellere poterit, tam vt ab earum deſiſtant exactione, & iuramentum remittant, quàm etiam, vt exactas reſtituant, ne de dolo & fraude quenquam contingat commodum reportare.

a *cap. tua dudum. extra. eod.*

*Iudæi ſatisfacere debent de immoderato grauamine Chriſtianis, aliàs excommunicantur modo quo poſſunt. h. d.*

Iudæi [b] quoque, ſi à Chriſtianis quocunque prætextu graues immoderatáſve vſuras extorſerint, & per ſeculares principes & poteſtates illas remittere ſunt compellendi: & donec de immoderato grauamine competenter ſatisfecerint, ab vniuerſis Chriſti fidelibus tā in mercimonijs, quàm in alijs per excommunicationis ſentētiam eis omnimoda cōmunio denegabitur.

b *cap. poſt miſerabilem. cū ſeq. extr. eod. tit.*

*Ponuntur plures caſus, quibus quis fructus in ſortem computare non tenetur. h. d.*

Sunt tamen caſus, in quibus aliquid vltra ſortem abſque vitio vſurarū licitè recipitur: vtputà, ſi Clericus Eccleſiaſticum beneficium aliter redimere nō valens, prætextu pignoris de manu laici illud acceperit: nec enim hîc in ſortem fructus tenebitur computare. Idem, ſi terra non ſit beneficij alicuius Eccleſiaſtici, ſed ad accipientem in pignus Iure dominij directi pertinere noſcatur. Idem [c], ſi poſſeſsiones pro non numerata dote genero à ſocero pignori obligatæ fuerint: cùm enim frequenter dotis fructus nō ſufficiant ad onera matrimonij ſupportāda, pignoratarū poſſeſſionum fructus in ſortem computandi non erunt.

c *cap. ſalubriter. extr. eo.*

*Non eſt uſurarius rem emens minùs iuſto pretio, ſi tunc uериſimiliter dubitetur, an tempore ſolutionis plus uel minus eſt res ualitura, uel aliter dubius euētus uſurarum ſuſpicionem remouet. h. d.*

Ille [d] quoque, qui dat decem ſolidos, vt alio tempore totidē ſibi grani, vini, vel olei menſuræ reddantur, ex hoc vſurarius cenſeri nō debet: quia licet tūc plus valeant, vtrùm plus vel minus ſolutionis tempore fuerint valituræ, veriſimiliter dubitatur.

d *cap. fi. §. ille. extr. eod. tit.*

*Vſurarius eſt, qui à debitore recipit aliquid ultra ſortem, etiam ſi ſuſcipiat in ſe periculum. hoc dicit.*

Aliud tamen Iuris eſt, ſi quis nauiganti [e], vel ad nūdinas eunti certā pecuniæ quantitatē mutuatur,

e *cap. fin. in prin. extra. eod.*

tuatur, & ex eo, quòd in ſe mutuans periculũ ſuſcipit, aliquid vltra ſortem vt recipiat, conuenit: nam hic vſurarius reputandus erit.

## DE ADVLTERIIS, & alijs coniunctionibus illicitis,

### TITVLVS VIII.

*Adulterij appellatio eſt generalis: propriè tamen in nuptam committitur, & quæ ſit adulterij pœna. h. d.*

Adulterij generalis eſt appellatio: cõtinet enim non modò alieni thori [a] violationem, ſed omnem propè illicitam fornicationem. Propriè tamen adulterium in nuptam committitur. Pœna [b] in laico, excommunicatio: in Clerico, depoſitio: vel in vtroque, certæ pœnitentiæ impoſitio.

a can. 2. §. adulterii. 36 q. 1.

b cap. clerici. extr. de exceſſ. prælat.

*Arbitraria eſt pœna inceſtus, Sodomiæ, et rei habitæ cum brutis. h. d.*

Eadem vel etiam pro Iudicis arbitrio maior, aut minor, eos manet pœna, qui inceſtum cõmiſerunt: vtputà, cùm qui contra naturam humanæ ſocietatis parentibus, vel liberis, vel alijs eiuſmodi perſonis impudicè adhærent: aut ſi cum illa, quã quis de ſacro fonte ſuſceperit, aut quam ante Epiſcopum tenuerit, cùm ſacro Chriſmate invngeretur, fornicationis ſcelus perpetrauerit: aut cùm relicto naturali vſu contra naturã [c] more Sodomitico fornicabitur: aut humani generis naturam tranſgreſſus, ſeſe brutis commiſcuërit.

c cap. clerici. extr. de exceſſ. prælat.

*Quæ pœna ſit ſtuprantis mulierem & honeſtè uiuentem, & uirginem deflorantis. hoc dicit.*

Quòd ſi quis ſtuprum admiſerit, multum intererit, vtrùm cum muliere honeſtè viuente rem habuerit, an virginem deflorauerit. Primo enim caſu ſtuprator pœnitentiæ ſubditus, pecuniaria etiam pœna coërcendus erit: poſteriore verò [d] dotata virgine eandem patre cõſentiente habebit vxorem: ſi verò pater virginis dare noluerit, aut ſtuprator eam vxorem habere legibus impediatur, reddet pecuniam iuxta modũ dotis, quã virgines accipere conſueuerũt. Quòd ſi conſentiente patre ſtuprator ipſe corruptam virginẽ in vxorem ducere renuërit, corporaliter caſtigatus excommunicatusq́; , in monaſterium ad agendam pœnitẽtiam retrudatur, de quo nulla erit ei egrediendi ſine iudicis permiſsione licentia.

d cap. 1. & ſeq. ext. eo. tit.

*Raptorum pœna excommunicatio, depoſitio, & ſeruitus, cum facultate tamen ſeipſum redimendi. h. d.*

Maior [e] legum ſeueritas raptores cohibet: nam præter ſecularium ſanctionũ pœnas, anathemate cum ſuis adiutoribus

e can. 1. 36. q. 2.

feriri, aut ſi Clerici ſint, proprij ordinis & honoris amiſsionem ſubſtinere debent.

*In propria ſponſa non cadit raptus, & raptus per conſenſum purgari poteſt. h. d.*

a cap. pen. et fin. extr. de raptor.

Raptus[a] autem tunc committi dicitur, cùm illa, de cuius nuptijs nihil actum fuerit antea, abducitur. Vnde qui ſibi deſpõſatam, vel parentibus reclamantibus, abduxerit, in crimen raptus, & in pœnas minimè incidit. Rapta quoque puella legitimè cum raptore matrimonium contrahet, ſi prior diſſenſio in conſenſum tranſeat. Raptor enim & rapta nomina ſunt vitiorum, non perſonarum: vitia autem cùm purgata fuerint, eorum etiam nomina abolentur.

*Raptus Monialis purgari non poteſt. h. d.*

Sed hæc de illis intelligenda ſunt, qui mulierum laicarũ conſenſum habuerunt: nam ſi quis Deo dicatas virgines[b], vel rapuerit, vel volẽtes matrimonio ſibi ſociare tentauerit, tanquã ſacrilegium admittens, pro tã nephandi criminis atrocitate plectendus erit, nulla[c] prorſus voluntatis ſacratarum virginum habita ratione.

b can. 2. 36. q. 2. cũ ſeq.

c gloſſ. 1. d. can. 2.

*Pœna ſimplicis fornicationis eſt arbitraria. h. d.*

Demum ſi quis cum muliere ſoluta & impudica ſimpliciter fornicatus fuerit, tam pœnitentię modus, quàm etiam alia pœna in Iudicis potiſsimùm reponetur arbitrio, qui ex qualitatibus varijs minorem, vel maiorem pœnam ſtatuet.

## DE CRIMINE FALSI,

### TITVLVS IX.

*Qui per ſe, uel per alios literas Papæ falſant, excommunicati ſunt cum ſuis fautoribus, & Clerici officijs & beneficijs priuantur, et degradati traduntur Curiæ ſeculari. h. d.*

ADuerſus eos quoque, qui falſi crimen commiſerunt, variè ſtatutum reperitur: illos tamen cæteris acriùs Canones inſectantur, qui literis Apoſtolicis falſis vſi fuerint. Taliũ enim literarum falſarij[d] cũ fautoribus & defenſoribus ſuis, anathemate feriuntur: &, ſi Clerici fuerint, omnibus officijs & beneficijs Eccleſiaſticis perpetuò priuabuntur, ita, vt qui per ſe falſitatis vitium exercuerint, poſtquam per Eccleſiaſticũ Iudicem degradati fuerint, ſeculari poteſtati tradendi ſint ſecundum legitimas conſtitutiones puniendi: per quam & laici, qui fuerint de falſitate conuicti, legitimè punientur.

d cap. ad falſariorum, extra. eo. tit.

*Qui falſis literis utitur, ſi Clericus eſt, officijs & beneficijs priuatur: ſi laicus, excommunicatur. h. d.*

Mitiùs[e] cum illis agitur, qui licet his vtantur, tamen ipſi nõ falſificauerunt: ſi enim Clerici fuerint, officijs & beneficijs Eccleſiaſticis ſpoliandi erũt: ſi laici,

e d. capit. ad falſariorũ. §. qui uerò. ext. eod. tit.

ei, tamdiu excommunicationi ſubijcientur, quamdiu competenter ſatisfecerint. In vtriſque tamē malitia grauiùs, quàm negligentia punietur: quod & de his, qui falſas literas impetrāt, obſeruabitur.

## DE HOMICIDIO, TITVLVS X.

*Aſſaſinium, ſicuti omnium homicidiorum eſt atrociſſimum, ita etiam atrociſſimè punitur h. d.*

CVm non ad opera tantùm ſit reſpiciendum, ſed tempus, cauſa, voluntas, perſonarum differētia, & omnia quæ operibus accidunt, ſint peruestiganda, ſequitur, vt non ſit omniū homicidiorum eadē conditio. Cunctorum verò illud atrociſsimum [a] videtur, quod *Aſſaſinium* vulgò nuncupant. Vnde non ſolùm aſſaſini ipſi, ſed etiam receptatores, occultatores, conſultores & defenſores eorum, & qui per eoſdem quēquam interfici fecerit, aut mandauerit, dignitatibus, honoribus, officijs, beneficijs, omnibusq; bonis nudatus, excommunicationis & depoſitionis incurret ipſo iure ſententiam, & tanquam Chriſtianæ religionis hoſtis à toto Chriſtiano populo perpetuò diffidatus erit.

a cap. 1. eod. tit. in 6.

*Interficiens per induſtriam ſimilis eſt Aſſaſino. h. d.*

Non [b] abſimilis eū tenet pœna, qui licet nō per aſſaſinium, per inſidias tamen & induſtriā hominem interfecerit.

b cap. 1. ext. eod. tit.

*Interficiens latronem nō ex neceſſitate, punitur: ſecus, ſi ex neceſſitate. h. d.*

Quòd ſi [c] quis latronē, vel furem peremerit, videamus, an ſit puniendus: & ſi quidem furem abſque occiſione comprehendere potuit, certa aduerſus eum ſtatuta pœnitentia reperitur: quòd ſi non potuit, nulla occiſori erit ex neceſsitate iniungenda pœna.

c cap. 2. ext. eod. tit.

*Non punitur homicidium fortuitum, ſi nulla culpa caſum præceſſit. h. d.*

Idem etiam obtinebit, ſi caſu perpetratum fuerit homicidiū, vtputà, ſi quis [d] neceſſario inſiſtens operi, arborem inciderit, & aliquis ſubtùs tranſiens opprimatur: nam ſi neque voluntate, nec vlla incidentis culpa factum fuerit, vt pertranſiens opprimeretur, arborē incidens homicidij pœnis obnoxius nō erit.

d can. ſæpè cōtingit. 50 diſtin.

*Pœnitentia certorum annorum eſt iniungēda parentibus opprimentibus filios. h. d.*

Alia [e] ratio eſt eorum, qui proprios filios oppreſsiſſe reperiūtur. Cùm enim hos grauiter deliquiſſe non ſit dubium, certorum annorum erit illis iniungēda pœnitentia.

e cap. fi. extr. de his qui fili. diſtraxe.

*Filius à patre, uel ab alio, patre ſciente, expoſitus, liberatur à patria poteſtate: & expoſitum ſuſcipiens nullum in eo habet ius. h. d.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

a cap.uni.extra.de infan. langu. & expoſi.

Quòdſi [a] filius à patre, vel ab alio, patre ſciente, fuerit expoſitus, aut eidem alimenta denegata fuerint, hoc ipſo à poteſtate patria liberabitur. Nec tamē propterea, qui expoſitos ſuſceperit, aliquod in eis ius vendicare poterit.

*Impediens conceptionem, uel abortū procurans, punitur ut homicida: ſecus, ſi id caſu fieri contingat. h.d.*

b cap. ſi aliquis. ext. eodem tit.

Is [b] quoque, qui vel cauſa explendæ libidinis, vel odij meditatione viro aut mulieri aliqd fecerit, vel potandum dederit, quo minùs poſsit generare, vel concipere, vel naſci ſoboles, vt homicida puniēdus erit. Quanquam aliàs, ſi conceptus nondum viuificatus fuerit, nec vt abigeretur, quiſquam dolo malo fecerit, qui abortui [c] occaſionem tradidit, puniendus non erit.

c cap. ſicut ex literarū. extra. eo.

*Qui ſibi mortem inferunt, habentur ſimiles illis qui impœnitentes moriuntur. h.d.*

Nouiſsimè ſciendum eſt pro his, qui quocunque prætextu voluntariè ferro, vel veneno, vel ſuſpendio, vel quolibet modo ſibi mortem inferunt, nullam in oblatione faciēdam eſſe commemorationem, & eccleſiaſtica eos debere carere ſepultura, non aliter atque illos, qui pro ſuis ſceleribus impœnitentes moriuntur.

## DE INIVRIIS, ET damno dato,

### TITVLVS XI.

*Inferens iniuriam & damnum, debet damnum paſſo ſatisfacere, nec illum excuſat ignorantia. h.d.*

Mitiùs [d] cum his agitur, qui in pugna, vel rixa aliquē lapide, vel pugno percuſſerint. Si enim ille mortuus nō fuerit, ſed in lecto iacuerit, vel operas exercere fuerit impeditus, qui percuſſerit, & opera eius, & impenſas *immodicas reſtituet. Et generaliter, ſi culpa [e] tua datum eſt damnum, vel iniuria irrogata, vel alijs irrogantibus opem tuliſti, aut hæc imperitia tua, ſiue negligentia euenerunt, iure te ſuper his ſatisfacere oportebit: nec te excuſabit ignorantia, ſi ſcire debuiſti ex facto tuo iniuriam veriſimiliter poſſe contingere, vel iacturam.

d cap. 1. ext. eod. tit.

* in medicos, melìús.

e cap. fin. extra. eo. tit.

*Si tuum animal damnum dabit, potes liberari illud dedēdo, niſi ſit ferum animal & nocere ſolitum, & non fuerit adhibita debita diligentia. h.d.*

Quòdſi [f] animalia tua nocuiſſe proponantur, nihilo minùs ad ſatisfactionem teneberis, niſi ea pro noxa dando damnum paſsis, te ipſum velis liberari: quod tamē ad liberationem nō ſufficit, ſi fera fuiſſent animalia, & quæ nocere conſueuerant, & quam debueras, diligentiā non adhibuiſti. Diuerſum ſtatuitur in

f cap. fin. §. quod. extr. eod. tit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in eo, qui vt damnum non contingeret, nihil omiſit.

*Iniuriæ inferũtur re, uerbis, literis, & pœna eſt arbitraria. h.d.*

a gloſ. in uer. iniuria. cap. fin. ext. eo. Inferuntur[a] autem iniuriȩ tribus modis: Re, Verbis, & literis. Re, vt cùm manus inferuntur. Verbis, vt cùm conuicium dicitur. Literis, vt cùm in alterius vituperationẽ carmen, aut famoſus libellus conſcribitur: quibus omnibus caſibus ꝓ qualitatibus admiſsi & atrocitate, prudens iudex pœnas irrogabit.

*Conficiens famoſum libellum, & manifeſtans, pari pœna puniuntur. h.d.*

Eo amplius ſi quis famoſum libellum inuenerit, & non ſtatim corruperit, vel combuſſerit, ſed eius tenorem doloſè manifeſtauerit, quaſi author, plectendus erit.

## DE ECCLESIASTICIS Cenſuris,

### TITVLVS XII.

*Ponit cõtinuationem præcedentiũ, & ſubſequentium. h.d.*

POſtquam tam primo libro perſonarũ, quàm ſecundo rerum Eccleſiaſticarũ tractatũ cum his, quȩ annexa ſunt, ſummatim complexi fuimus, ſubinde ad reliquos venientes, iudiciorũ tam Ciuilium, quàm Criminalium materiam & ſeriẽ explanauimus, delictorum & naturã & pœnas breuiter perſtringentes: cùm tam ratione contumaciæ, quàm etiam aliorũ exceſſuum Eccleſiaſticis cenſuris interdum aliquos innodari varijs locis admonuerimus, ſupeſt nunc, vt operi finem imponentes, de ipſis cẽſuris fuſiùs & diſtinctiùs diſſeramus.

*Quid ueniat appellatione cenſuræ Eccleſiaſticæ, quid ſit excommunicatio, quid interdictum, quid ſuſpenſio. h.d.*

Eccleſiaſticæ cenſuræ nuncupatio tria regulariter complectitur: ſcilicet, Excommunicationis, interdicti, & ſuſpenſionis ſententiam. Excommunicatio, eſt à communione excluſio. Interdictum Eccleſiaſticũ, eſt à certis ſacramentis, & omnibus diuinis officijs & ſepultura Eccleſiaſtica facta prohibitio. Suſpenſio, eſt inhabilitas quædam ordinum, vel officiorum executionem impediens.

Sed ne de omnibus ſimul tractantes, legentibus difficultatẽ ingeramus, diſtinctè de ſingulis diſſeramus, ac primùm de Excõmunicatione.

## DE SENTENTIA excommunicationis,

### TITVLVS XIII.

*Minor excommunicatio à perceptione ſacramentorum, Maior etiam à fidelium communione ſeparat. h.d.*

EXcommunicationum duæ ſunt ſpecies, minor ſcilicet, & maior. Minor eſt, per quã quis à ſacramentorum participatione conſcientia, vel ſententia arcetur. Maior eſt, per quã quis non ſolùm à ſacramentorũ excluditur perceptione, verùm etiam à communione fidelium, quæ ab omni actu legitimo ſeparat ac diuidit: & hæc alio nomine [a] *Anathema* appellatur.

a can. ſi. 3. q. 4.

*Excommunicationum aliæ ſunt latæ ſentẽtiæ, aliæ ferendæ. Et latæ ſententiæ eſt, cùm quis ſine facto iudicis à iure excommunicatur.*

Rurſus excõmunicationũ alia Canonis, alia Iudicis. Canonis eſt, qua qs ab ipſo ſolùm Canone abſque iudicis miniſterio innodatur, q̃ etiã alio vocabulo *latæ ſententiæ excommunicatio nuncupatur.* Sciendum eſt enim, complures eſſe caſus, in quibus adeo quis delinquere exiſtimatur, vt nulla expectata iudicis pronunciatione ipſo iure excommunicationis vinculis innodetur: qđ quidem, quanquam innumerabilibus propè exemplis declarari poſsit, vnius tamen tantùm proſecutione contenti erimus.

*Qui Deo dicatos homines corporaliter offendunt, incidunt in excommunicationem latæ ſententiæ, à qua non poſſunt abſolui, niſi per Papam h. d.*

Si quis igitur [b] in clericos, regulares, monachos, profeſſos, vel nouitios, vel conuerſos violentas & impias manus iniecerit, ipſo iure Canonis incurret ſententiam, à qua præter quàm à Romano Põtifice, vel eius de latere legato [c], à quoquam abſolui non poterit.

b cap. nõ dubiũ. ext. eo.

c cap. ad eminentiam. extra. eod.

*Complices inferentiũ manus uiolentas clericis, pari pœna cum inferentibus puniuntur. hoc dicit.*

Sed & ſi manus quis violentas non iniecerit, inferenti tamen, vel author [d], vel fautor, vel adiutor fuerit, aut factum ratũ habuerit, pari pœna illum plectendum Catholica ſanxit authoritas, eos etiam delinquentibus fauere interpretata, qui cũ poſſunt, manifeſto ſceleri deſinunt obuiare.

d cap. mulieris. in fi. extra. eod. et cap. quãiæ præſcriptionis. d. titu.

*Detinens, uel ducens clericos in uincula, incurrit excommunicationem latæ ſentẽtiæ, niſi faciat de uoluntate ſuorum prælatorum. h. d.*

Interdum etiam ſi nullã corporis læſionem clericis quis intulerit, excommunicationis tamen pœnam non euadet: vtputa [e], ſi laicus in publica, vel priuata cuſtodia illos detinuerit, vel in vincula coniecerit, niſi tamen id de mandato faciat prælatorum, quorum illi ſunt iuriſdictioni ſubiecti: tunc enim citra excommunicationis metũ, & capere clericos, & ad iudiciũ violenter ducere laici poterũt: cùm hoc non ipſi, ſed illi, quorum authoritate hoc faciunt, agere videantur, dum tamen nõ am-

e cap. nuper à nobis. extra. eod. tit.

amplius eorum ſe extendat vio lentia, quàm defenſio clericorũ exigit.

*Si Abbas imperet laico, ut monachum etiã cauſa diſciplinæ uerberet, uterq; incidit in excommunicationem: ſecus autem, ſi imperet clerico ex cauſa neceßitatis. h. d.*

Quod autem diximus, nõ facientes, ſed eos, quorum fit authoritate, quid facere videri, abſolutè non procedit. Nam[a] ſi laicus, qui in Abbatis ipſius ſeruitio commoratur, eiuſdem iuſſu in clericum, vel conuerſum, vel monachũ etiam ſubſiſtente cauſa manus iniecerit, tam qui tales verberari præcipit, quàm q mandato verberat alterius, excommunicationis ſententiam non euadent. Nam ſi diſciplinę regularis gratia id faciendũ ſit, vel Abbas id per ſe ipſum faciet, vel ſi neceſsitas vrgeat, per clericum, vel monachum id fieri iubebit.

a cap. uniuerſitatis. ext. eod. tit.

*Tam percutiens uolentem clericum, quàm clericus conſentiens, ſunt excommunicati. h. d.*

Volentem[b] quoq; clericum ſi quis percuſſerit, nihilo minùs excommunicationis cenſuram incurret: vt reſponſum eſt de eo clerico, qui cùm laico iniuriam intuliſſet, volens ſecundum cõſuetudinem patriæ pro iniuria illata offenſo ſatisfacere, ſponte ſua fuſtiũ ſe ſubiecit percuſſionibus. Quanquam enim hęc manuum iniectio non ſit violẽta, tamen iniurioſa videtur: & Canon reſpexit non tam fauorem clerici ordinati, quàm clericalis ordinis: vnde hoc caſu tã percutiens, quàm ſeipſum percuſsionibus ſponte ſubijciens excommunicationis ſententia innodabitur.

b cap. contingit interdũ. extr. eo. tit.

*Ponit tres caſus, in quibus percutiens clericos in Canonem latæ ſententiæ non incidit. hoc dicit.*

Ex contrario áccidit interdũ, vt etiam pro violenta manuum iniectione excommunicationi quis non ſubijciatur: veluti[c] ſi clericum ſibi manus inferentẽ ita quis incontinenti vi repellat, vt læſionem inferat, aut in eum, quẽ cum vxore, matre, ſorore, vel filia turpiter ſe gerentem inuenerit, manus violentas iniecerit. Idem ſtatuitur[d] & de eo, qui illum percuſſerit, quem probabiliter ignorabat eſſe clericum.

c cap. ſi uerò. el 1. §. ſi uerò. extra. eod.

d cap. ſi uerò. el 2. extra. eod. tit.

*Interficientes clericos qui poſthabito habitu cõmittunt enormitates, non ſunt excommunicati. h d.*

Quinimò[e] etſi occiderit quis clericos, vel presbyteros, qui contempto clericali habitu ſceleribus ſeſe immiſcuerint, in odium clericalis exceſſus Canone latæ ſententiæ minimè coërcebitur: fruſtrà enim Eccleſiæ implorat auxilium, qui in eccleſiam ipſam committit[f].

e cap. cũ non ab homine. §. in articulo. ext. eod. tit.

f cap. in audientia. §. ad hæc. extra. eod. tit.

*Qui ratione officij, uel intuitu diſciplinæ clericos percutiũt, non ſunt excõmunicati. h. d.*

Item ſi qui ratione[g] officij,

g cap. cum uolũtate. §. fi. ext. eod.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quod obtinent in Eccleſia, aut ſi clerici ſeniores, pueros, vel adoleſcentes in minoribus ordinibus conſtitutos diuinum turbãtes officium, vel etiam ſi qui magiſterij, vel prælationis obtentu ſubditos & ſcholares correctionis cauſa percuſſerint, excommunicationis ſententiam non incurrent. Quod & de his intelligendum eſt, qui aliquos de familia ſua, vel propinquos inferiorum graduum ſimili modo, vt ab exceſsibus prohibeantur, & ſciẽtia bonisq; moribus informentur, corrigendos duxerint, & alijs caſibus compluribus.

*Ex cauſa poteſt quis abſolui ab alio, quàm ab Apoſtolico. h. d.*

a cap. quãuis incidẽs. ext. eod. tit.

Quod[a] autem ſuprà diximus, ab hac excommunicatione, ab alio quàm ab Apoſtolico, aut eius legato abſolui neminẽ poſſe, non eſt perpetuum. Nam ſi quis excommunicationis latæ ſententiæ vinculis innodatus, in mortis articulo conſtitutus reperiatur, aut capitales habeat inimicitias, aut alias iuſtas excuſationes, ita vt ſine periculo Apoſtolico ſe nequeat cóſpectui præſentare, licebit Diœceſano Epiſcopo, iuramẽto ſecundũ morẽ Eccleſiæ recepto, ſibi abſolutionis gratiã impertiri.

*Ceſſante cauſa ceſſat effectus. h. d.*

b capit. eos qui. eod. tit. in 6.

Periculo[b] tamen & impedimento ceſſantibus, quàm citò cómodè poterunt, ad ſedẽ Apoſtolicam ſe præſentabũt, mãdatũ illius ſuper negotijs, pro quibus excommunicati fuerãt, humiliter recepturi, & prout iuſtitia ſuadebit, ſatisfacturi: alioq; ſi id facere cótempſerint, ne temere & impune cenſuræ Eccleſiaſticæ illudatur, ipſo iure in eandem ſententiam récident: quod generaliter conſtitutum eſt, quotieſcunq; legitima ſubſiſtẽte cauſa, ab alio quis, quàm ab eo, à quo aliàs de iure abſoluendus fuerat, abſolutionis beneficium conſecutus fuerit: & quibuſdam caſibus ſimilibus.

*Si modica ſit illata iniuria clerico, uel qui intulit, non prouectæ ſit ætatis, poteſt Ordinarius abſoluere eum, qui incidit in Canonem latæ ſententiæ. h. d.*

Item[c] ſi nõ enormis, ſed modica & leuis iniuria fuerit clericis irrogata, inferẽs per Epiſcopum abſolui poterit. Itẽ ætatis intuitu Iuris rigor manſuetudine tẽperatur. Vnde[d] ſi in pueritia conſtitutus in Canonem inciderit ſententiæ promulgatæ, ſiue ante, ſiue poſt pubertatem ſeſe abſolui poſtulet, diœceſanus[e] Epiſcopus abſolutionis beneficium impertiri poterit.

c cap. penult. ext. eod. tit.

d cap. fin. h. tit.

e cap. quãuis ante pen. extra. d. tit.

*Monachi, uel Moniales ſe inuicem, uel conuerſos percutientes, ſunt ab Abbate, uel Epiſcopo abſoluendi. h. d.*

Monachi quoque, & alij Regulares quomodocũq; [f] in clauſtro ſeſe inuicem percuſſerint, non

f cap. canonica ext. eod. tit.

non ad Apoſtolicam ſedem remittendi, ſed ſecundum prouidentiam proprij Abbatis coërcendi erunt: quòd ſi Abbas non ſufficit, Epiſcopus adhibendus erit. Simile ſtatuitur de monialibus[a]: nã ſi vel in ſe inuicẽ, vel conuerſos, aut conuerſas ſuas, aut etiam in clericos violentas manus iniecerint, ne cõtra muliebris ſexus verecundiam, & regularis obſeruantiæ decorẽ peregrinari compellantur, per Epiſcopũ, in cuius diœceſi monaſteria fuerint, abſolutionem conſequentur. Sunt & alij caſus, quibus ab alio quis, quàm ab Apoſtolico ab hac excommunicatione abſolui poterit, vt ex ipſis Decretaliũ libris facilè apparere poteſt.

a cap. de monialibus. ext. cod. tit.

*Ex cauſa certis caſibus abſolutio poteſt delegari. h. d.*

His autem[b], quibus id certis caſibus ex officio competit, nõ ſolùm per ſeipſos abſoluere, verùm etiam alijs, cùm expedire viderint, huiuſmodi abſolutionem committere poterunt.

b cap. fin. ext. de offi. ord.

*Excommunicatio iudicialis eſt, quam infert iudex, & cui cauſa committitur, omnia quæ cauſam contingunt, cenſentur permiſſa. h. d.*

Iudicis, ſiue iudicialis excõmunicatio eſt, quę iudicis miniſterio infertur. Iudicẽ autẽ hoc loco intelligimus, nõ ſolùm ordinarium, verùm etiam delegatum. Nam ſi cui[c] per Apoſtolicum cauſa etiam ſimpliciter delegetur, nec literæ cõmiſsionis de excõmunicatione quicquam contineant, poterit nihilo minùs delegatus conceſſę ſibi authoritatis ratione contumaces, vt ſuprà diximus, Eccleſiaſtica ſeueritate coërcere.

c cap. paſtoralis. §. præterea. extra. de off. ordi.

*Excommunicationis ſententiam debet præcedere monitio: & debet ferri in ſcriptis, ita ut cauſam contineat. h. d.*

Quoties autẽ cauſa ſuberit, vt iudex ſubditum ſuum Eccleſiaſtica diſtrictione coërceat (cùm medicinalis[d], nõ lethalis excommunicatio eſſe debeat) non aliter, quàm competentibus præmiſsis monitionibus[e] ad huiuſmodi ſententiam deſcendet: quam etiam de ſcripti recitatione proferet, ita vt cauſam, ob quam profertur, expreſsè contineat, aliàque obſeruabit, quæ tam generali, quàm Lugdunenſi concilio editis cõſtitutionibus ſunt comprehenſa, earundem pœnis, ſi contrà fecerit, ſubijciendus.

d cap. 1. eod. tit. in 6.

e cap. ſacro approbãte. ext. eo. ti.

*Iudex aliquem excommunicans, in dubio cẽſetur inferre maiorem excommunicationẽ. h. d.*

Sed quæri poterit[f], ſi iudex illa verborum formula vſus fuerit, *Illum excommunico*, vel ſimili, qua de maiori, vel minori excõmunicatione quicquam nõ expreſſerit, vtra magis quis excõmunicatus cenſeatur? Et reſpõſum eſt, non tantùm minorem,

f capit. pen. extra. eod.

ſed etiam maiorem cenſeri per Iudicem illatam: quã non modò à ſacramentis, & fidelium participatione excluſio, ſed alij præterea multi conſequuntur effectus.

*Communicans excommunicatis incidit in excommunicationem: & iudices curare debẽt, quòd excommunicati ab actis legitimis, & cõmercio aliorum abſtineant. h. d.*

Quorum ille prætereundus non eſt, quòd quandiu de excõmunicatorum abſolutione legitimè non conſtat, qui cum ipſis cõmunicauerint, ipſi quoque nullo obſtante priuilegio, ipſo iure excommunicationẽ incurrunt, decretumq́ue eſt [a] propterea, vt ab Eccleſiaſticis iudicibus ſeculares iudices Canonica pr̨æmiſſa monitione Eccleſiaſtica cenſura compellantur, vt excommunicatos ab agẽdo, patrocinando, & teſtificando in ſuis curijs & iudicijs repellant.

a *cap. decernimus. eo. tit. in 6.*

*Defectu, qui obuenit mihi ex te, non potes uti contra me ad tuum commodum. h. d.*

Dubitatum [b] tamen fuit, num is, qui excommunicato in locutione, vel oratione ſcienter communicat, excommunicatũ ipſum à iudicio contra ſe inſtituẽdo ſummouere poſsit: cùm ille communionem huiuſmodi contra eum replicet: & cùm is, qui impetitur, à ſacramentorũ perceptione ſit remotus, alius verò etiam à fidelium communione, replicatione minimè ſuffragãte iudiciũ procedere non poterit.

b *cap. 2. extr. de exceptio.*

*Excommunicato communicari non poteſt ante abſolutionem, etiamſi dederit cautionem iuratoriam de parendo mandatis Eccleſiæ, & Epiſcopus ei communionem reddiderit, etiam ſi morte præuentus non potuerit abſolui. h. d.*

Nec [c] ideo magis agere volẽti communicari poterit, quòd ipſe ex conſuetudine de parendo mandatis Eccleſiæ iuratoriã dederit cautionem, eíque communionem Epiſcopus reddiderit, aut quòd eos, cum quibus participauit, poſtmodum impugnauit: nã niſi poſt iuramentum præſtitum ſecundum formam Eccleſię abſolutus fuerit, nec cautio, nec perperam reſtituta communio quicquam proderit. Quod ipſum obtinet [d] etiam, ſi pòſt prædicta morte quis præuentus, abſolutionis beneficium obtinere non potuerit: nec enim is, cui viuo non communicamus, defuncto cõmunicabimus.

c *cap. cùm deſideras. & cap. à nobis, el 2. extra. eod. tit.*

d *d. cap. à nobis.*

*Excommunicatus ſi ante mortem oſtenderit ſigna pœnitentiæ, etiam mortuus poteſt abſolui. h. d.*

Planè [e] ſi de mortui pœnitentia per euidentia ſigna, dum viueret, conſtiterit, defuncto quoque abſolutionis beneficium à ꝓprio iudice impendendũ erit, hęredéſq; eius, vt ꝓ ipſo ſatisfaciant, ſi ſpõte nolint, Eccleſiaſtica cenſura compelli poterunt.

e *cap. à nobis, el 2. uer. poteſt. extra. eod. tit. et in fin.*

Diſſa-

*Diffamato de excõmunicatione non poſſumus communicare, niſi ſe purget, uel ad cautelam ſe faciat abſolui: & toleratus ab Eccleſia non debet uitari, niſi in occulto. h. d.*

Sed [a] etſi qui ꝑ ſacrilega manuum iniectione in edictum excommunicationis incidit, denunciatus quidem non ſit, ſed de patrato ſcelere publica laboret infamia, nemo ſibi pari ratione communicare debet, niſi vel ad arbitriũ Epiſcopi de hoc ſe purgauerit, vel ad cautelam abſolutionis beneficium conſequatur, niſi fortè [b] ſoli tibi de facinore cõſtet: hoc enim caſu, quandiu toleratur ab Eccleſia, priuatim tantummodò à te vitandus erit, vt ſaltem verecundiæ rubore ſuffuſus, pro latenti exceſſu ſatisfacere cõpellatur.

a cap. cùm de ſideras. §. ſecundum. extr. eo. tit.

b cap. cùm nõ ab homine. extr. eo. tit.

*Participatio crimino ſa cum excõmunicatis implicat participantem eadem excommunicatione. h. d.*

Sed multùm intereſt, qualiter excommunicato communicatur: nam ſi quidem crimini & crimino ſo communicarit quis cõſilium, putà auxilium, vel fauorem impendendo, vel fortè cum clericis ab Apoſtolico excommunicatis ſcienter [c] & ſpõtè participauerit, & ipſos in officijs receperit, eadem excommunicationis ſententia involuetur, qua illi ipſi ſunt obſtricti: quibus cùm ita ab eo communicatum fuit, cumq; ratione damnati criminis [d] in eum, qui damnauit, delinquere videatur, meritò ab eo, vel ſi videtur, eius ſuperiore iuramento præſtito, delicti tunc erit abſolutio requirenda. Et idem ſtatuetur, ſi qui cum participibus ſuis excõmunicati fuerint.

c cap. ſignificauit nobis. extr. eo. tit.

d cap. nuper à nobis. §. in primo. extra. eod.

*Participatio cum excommunicato non criminoſa, illigat participantem minori excommunicatione, à qua per Ordinarium abſolui poteſt. h. d.*

Quòdſi aliter, putà [e] in choro, in menſa, in oſculo, aut ſermone excommunicato communicatum fuerit, tunc minor tantùm incurritur, & nulla interueniente iuratoria cautione à proprio ſacerdote, vel Epiſcopo, abſolutionis beneficiũ obtineri poterit: quamvis enim & tunc non iudicis, ſed iuris ſententia excommunicato cõmunicans ſit illigatus, quia tamen conditor Canonis eius abſolutionem ſibi ſpecialiter non retinuit, eo ipſo relaxandi facultatem alijs conceſsiſſe videtur.

e cap. nuper à nobis. §. in ſecundo. extra. eod. tit.

*Communicans excommunicato in contemptum, incidit in maiorem excommunicationem. hoc dicit.*

Hoc [f] tamen tunc obtinet, cùm non in contemptũ Eccleſiaſticæ diſciplinæ cũ excõmunicatis quis commerciũ habuerit: nam qui contra prohibitionem ſui pręſulis excommunicatorũ communioni ſeſe ingeſſerit, anathemate feriendus erit.

f cap. fin. extr. de cleri. excommuni.

*Si excommunicatus minori indureſcat, in ea poterit excommunicari maiori. h. d.*

Quòdſi ex locutione & alijs ſimilibus minori excommunicatione irretitus fortiùs indureſcat, poterit iudex poſt Canonicam monitionem [a] etiam maiori excommunicatione, & cõſimili participantem illigare. Quod & in ſuſpenſionis, & interdicti ſententijs obſeruandum erit.

a cap. conſtitutionem. co. tit. in 6.

*Quæ ſit monitio Canonica. h. d.*

Tunc [b] autem Canonica cenſebitur eſſe monitio, ſi competentibus interuallis, atque alijs ritè obſeruatis, eos, qui monentur, exprimat nominatim.

b d. cap. conſtitutionẽ. cod. tit. in 6.

*Ignorantia excuſat participantem cum excommunicato. h. d.*

Interdum [c] tamen excommunicato communicans neutrius excõmunicationis vinculo obſtringitur, vt áccidit in eo, qui cum illo cõuerſatus fuerit, quẽ excommunicatum probabiliter ignorabat.

c can. excellentiſſimus. & ſeq. 11. q. 3.

*Epiſcopi debent propalare nomina excommunicatorum. h. d.*

Vnde vt excuſationis cauſa omnibus auferatur, prouidere debent Epiſcopi [d], vt excommunicatorum omnium nomina tam ſuis parochianis, quàm vicinis Epiſcopis pariter indicent, eaque in celebri loco poſita pro foribus Eccleſiæ cunctis conuenientibus inculcent, vt huiuſmodi adhibita diligentia excõmunicatis Eccleſiaſticus aditus adimatur.

d can. curæ ſit. 11. q. 3.

*Omnes qui ante prolationem ſententiæ tenebantur excommunicato communicare, tenentur etiam poſt. h. d.*

Vxores [e] quoque excommunicatorum, filij, ſerui, ancillæ, ruſtici, ſeruientes, & omnes qui ante ſentẽtiæ prolationẽ excõmunicati obſequio tenebantur familiariter adhærere, non ſolùm à communione excuſantur: verùm etiam (pręter quàm [f] in criminibus) communicare tenentur, cùm ſine illa debita præſtare nequeant obſequia.

e can. quoniã multos. 11. q. 3. et cap. inter alia. eo. tit. extr.

f cap. ſi concubinæ. ext. eod. tit.

*Neceſſitas, uel ſimplicitas excuſat à cõmunione cum hæreticis. h. d.*

Mercatores [g] autem, & viatores, niſi aut creditores ſint excommunicatorum, aut neceſſitatis immineat articulus, abſtinere debent: ſed ſi in terram [h] excommunicatorum deuenerint, vbi vel nõ poſſint ab alijs emere, vel vnde emant, non habeant, ab eiſdem accipere poterunt: nec illos excommunicationis metus impediet. Prædicatores [i] quoque, præſertim qui aliàs ſubſtentari non poſſunt, ab excommunicatis, & alienorum bonorum detentoribus eleëmoſynam licitè recipere poſſunt. Idem iuris eſt de ijs, qui adeo ſunt rudes, vt eorũ cõſilio veriſimiliter ſcelera perpetrari

g can. quoniã multos. §. quicunq. 11. q. 3.

h cap. ſi vere. §. eſt autem. ext. eod. tit.

i cap. cum voluntate. §. pen. ext. eo.

petrari non poſsint: aut q̃ cũ ijs cõmunicant, qui cõmunicant excommunicatis.

*Omnino coactus excommunicatis communicans non cadit in excommunicationem: ſecus, ſi quis ſolùm metu communicet.h.d.*

a *cap.ſacris eſt canonibus. extra. de iis quæ fiu. ui, met.ue.cau.*

Sed an inuitus[a] excommunicatis communicans excommunicationis labe inquinetur, videamus: & ſi quidem ſit per coactionem aſtrictus, cùm magis hoc caſu pati, quàm agere videatur, excommunicatione non tenebitur. Aliud ſtatuendũ erit, ſi quis per metum ſit inductus: licet enim metus culpam minuat, quia tamẽ eam nõ prorſus excludit, cùm nullius metus obtentu mortale peccatum quis incurrere debeat, excommunicationis pœnã nõ euadet.

*Communicans excommunicato in conuertendo, non eſt excommunicatus.h.d.*

b *cap.cum uoluntate.ext. eod. tit.*

Item cùm voluntate[b] & propoſito maleficia diſtinguantur, excommunicationis ſententiã non incurrit is, qui excommunicato in his, quæ ad abſolutionem, vel aliàs ad ſalutem eius pertinent, in locutione participat, licet & alia verba incidenter, vt apud eum magis proficiat, interponat.

*Abſolutio ab excõmunicatione ad cautelam peti poteſt.h.d.*

c *cap.2.eod. tit.in 6.*

Si quis tamẽ[c] ex his dubitet, vel ex alijs, ne non iudicis, vel Canonis ſententia ſit innodatus, ſeſe per competentem iudicem, iuxta Innocentianarũ conſtitutionum tenorem ad cautelam abſolui poſtulare poterit: quod & is, qui minori innodatus eſt excommunicationi, exequi poterit.

*Excommunicationis abſolutio nõ debet peti omiſſo medio, niſi in contrarium ſit conſuetudo.hoc dicit.*

Sed hoc caſu aduertendum erit, ne omiſſo medio[d] ab eo, qui tuus iudex non ſit, abſolutionis beneficium poſtules. Pone enim, quòd ſuffraganei cuiuſdã ſubditus, putà, Archidiaconus, excommunicationis in te tulit ſententiam, non iam à Metropolitano, cùm nec excõmunicantis iudex ſit, nec excõmunicati, ſed ab ipſo ſuffraganeo abſolutio petenda erit, niſi conſuetudo[e] contrarium induxerit.

d *cap. dilecti. el 3. extra. de appella. & cap. Romana. eod. tit. in 6.*

e *gloſſ.2.cap. referente. extr.de præben.*

*Sede uacante is abſoluit, qui habet Epiſcopalem iuriſdictionem.h.d.*

Epiſcopali verò ſede vacante[f], capitulum, ſeu is, ad quem Epiſcopalis iuriſdictio tunc tẽporis pertinere noſcitur, his, quibus poſſet Epiſcopus, ſi viueret, ab excommunicationis ſententia, ſiue iuris, ſiue hominis fuerit, abſolutionis beneficiũ impertiri poterit: niſi ei fuerit ab Apoſtolica ſede ſpecialiter interdicta poteſtas.

f *cap.uni. de maior. & obedi. in 6.*

*Superior de excommunicatione cognoſcẽs, uidens illam iuſtam, debet excommunicatum ad inferiorem remittere, niſi is malitioſè differat*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*abſoluere: ſecus autem, ſi comperiat illam iniuſtam: ſed ſi dubitetur, honeſtè faciet, ſi remittet. h d.*

Vbi verò ſuperiori competit de excommunicatione cognoſcere, ſi eam iuſtam eſſe conſtiterit, veluti [a] cùm propter manifeſtum exceſſum eſt in aliquem promulgata, ſuperior iudex, niſi ſit in mora periculum, excommunicatũ ad excommunicatorem prorſus remittere debet: nec eum abſoluet, niſi excommunicator requiſitus dolo illi abſolutionis beneficium exhibere deneget. Si verò huiuſmodi ſententiam iniuſtam eſſe cõſtet, excommunicatus ad ſuum excommunicatorẽ nequaquã remittendus erit, ſed ſine difficultate debet abſolui. Quòd ſi dubitetur, vtrùm iuſta ſit, vel iniuſta, ſuperior illam tollere poterit: quanquam hoc caſu honeſtiùs & conuenientiùs egerit, ſi excommunicatori deferat.

*a cap. uenerabilibus. §. ſanè. eod. tit. in 6.*

*Vbi manifeſtum eſt delictum, non conceditur abſolutio, niſi præuia cautione: aliàs, ſecus.*

Manifeſtũ [b] autem exceſſum illum eſſe intelligemus, qui vel per confeſsionem, vel probationem iuridicè notus fuerit, vel ſi ſit adeo res euidens, vt nulla poſsit tergiuerſatione celari. Quo caſu [c] non antè concedenda erit abſolutio, quàm idonea ꝑ delicto præſtetur ſatisfactio: cæterùm ſi de admiſſo dubitetur, vt ſententia relaxetur, ſufficiet, ſi de parendo mandatis Eccleſiæ legitimè cautum fuerit: quanquam ſi pro ſimplici contumacia excommunicatus, ſolam de ſtando iuri cautionem exhibuerit, abſoluendus erit.

*b cap. cùm olim. extra. de uerb. ſig.*

*c cap. ex parte. in fin. de uerb. ſignif. extra.*

*Si pars ſe dicat poſt appellationẽ, uel aliàs nulliter fuiſſe excommunicatã, ſunt ſuper hoc partium admittẽdæ probationes, ut appareat, an quis indigeat abſolutione. h. d.*

Multum etiã intererit, vtrùm abſolutionis beneficium poſtulans, ſe poſt appellationem ad Rom. Pontificem legitimè interpoſitã, vel aliàs nulliter excommunicatione innodatum conqueratur: an verò ſimpliciter iniuſtè ſe proponat excommunicatum. In prima [d] enim ſpecie, ſi Epiſcopus ſit probare paratus, ſe in illum, ante quàm vocem appellationis emitteret, ſententiam protuliſſe, ante quàm decernatur aliqd, vtriuſque partis ſuper hoc probationes ſunt admittendæ: per quas denique apparebit, an abſolutione indigeat conquerens, vel potiùs non ligatus ſit denuntiandus.

*d cap. cùm contingat. §. ad quod. extra. de offic. de leg.*

*Si quis dicat ſe iniuſtè excommunicatum, priùs eſt abſoluendus, ante quàm ſint admittẽdæ probationes ſuper iuſtitia excommunicationis. h. d.*

Aliud [e] iuris erit, cùm iniuſtè ſe quis excommunicatum aſſerit: tunc enim ſi Epiſcopus, vt oſtendat quòd iuſtè excommunicauerit, probationes ſuas admitti

*e d. cap. cùm contingat. §. uerùm. extra de offi. deleg.*

mitti poſtulet, audiendus non erit: nam etſi conſtaret excom municationis ſententiam iuſtè promulgatam, nihilo minùs hu militer poſtulanti eſſet abſolu-tio impendenda: ideóque hoc caſu protinus iuxta formã Ec-cleſiæ congruentem abſoluen-dus erit, vt demum probationi bus vtriuſque partis admiſsis, vtrùm iuſtè, vel iniuſtè quis li-gatus fuerit, decernatur.

*Innodatus pluribus non poteſt ab una tantùm excommunicatione abſolui. Et, abſolutio ſurreptitia non tenet. h. d.*

a cap. cùm pro cauſa. extr. eod. tit.

Quòd ſi quis pluribus innodatus[a] excommunicationibus, etiam ex eodem facto deſcendentibus, de vna tantùm cauſa velit ſatisfacere, communioni ob id reſtituendus non erit, nec p veritatis ſuppreſsioné extorta abſolutio ſibi quicquam proderit[b].

b cap. officij. in fin. extr. d. tit.

*Si Ordinarius ſciat per ſurreptionem impetratam ab Apoſtolica ſede abſolutionem, debet remittere perperam abſolutum ad ſedem Apoſtolicam: ſi uerò hoc ſibi non conſtet, ſed ſuſpicetur, debet abſolutum cogere ad purgationem. h. d.*

c cap. ex parte tua. extr. de offi. ordi.

Quinimò ſi conſtiterit[c], excommunicatum occultatis exceſsibus, pro quibus in eum ſententia lata fuerit, excommunicationis ſuę cauſam aliam prætendentem, ab Apoſtolica ſede abſolutionis beneficium impetraſſe, eundem debet Ordinarius Eccleſiaſtica cenſura compellere, vt cum literis ſuis rei veritatem continentibus ad ſedé Apoſtolicã redeat: ſi verò illud liquidò non conſtiterit, eum tamen Ordinarius, quòd veritaté confeſſus nõ fuerit, ſuſpectum habeat, ad purgationem præſtã dam, quòd verum faſſus fuerit, compellet.

*Abſolutus ui, uel metu, duplici excommunicatione innodatur. h. d.*

Illud etiam admonendi ſumus, quòd licet vi, vel metu facta regulariter mero iure teneant: ſi quis tamen ab excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ſentẽtia, abſolutionis, aut reuocationis cuiuſcunque beneficium per vim, vel metũ extorſerit, viribus omninò carĩ turum: quin potiùs ne ſine vindicta violentię creſcat audacia, qui abſolutionem, vel reuocationem vi, vel metu extorſerit, quaſi propria cõfoſſus ſagitta, iteratè excõmunicationis ſententiæ ſubiacebit.

*Excommunicatus, cui Papa communicat, non propterea cenſetur abſolutus, niſi Papa id exprimat. hoc dicit.*

Nouiſsimè[d] ſciendum eſt, quòd ſi Apoſtolicus etiam ſciẽter excommunicato participet literis fortè cũ ſalutationis allo quio deſtinatis verbis[e], oſculo, ſeu alio quovis mõ, ipſũ p hoc abſoluere nulla ratione cenſetur, niſi forſitan exprimat, vel-

d clem. fin. eod. tit.

e cap. ſi aliquãdo. extr. eo. tit.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

le illum ex hoc pro abſoluto haberi. HÆC de excōmunicationis ſententia delibaſſe ſufficiat: nunc de interdicto Eccleſiaſtico & ſuſpēſione paucis diſpiciamus.

## DE ECCLESIAſtico interdicto,

### TITVLVS XIIII.

*Interdictum aliud iuris, aliud iudicis: quæ diſtinctio exemplis declaratur. h. d.*

HAbent Eccleſiaſtica interdicta cum excommunicatione multa communia: nam & illorum alia ipſo iure inducuntur, alia Iudicis ſentētia. Iuris ipſius diſpoſitione interdictū inducitur, veluti cùm ciuitas, vel vniuerſitas in electione [a] Romani Pontificis ſeruanda nō ſeruauerit, aut in necem Cardinalis [b] aliquid machinata fuerit, ſiue ab Eccleſijs, vel perſonis Eccleſiaſticis aliquid extorſerit, aut vſurarijs [c] domos commodauerit. Item cùm in Eccleſia [d] ſanguinis, vel humani ſeminis effuſione polluta, aut ſimoniacè conſecrata, celebrari iure vetatur.

a cap. ubi periculū. §. præterea. de elect. in 6.

b cap. felicis. de pœnis. in 6.

c cap. 1. & ſeq. de uſuris. in 6.

d cap. is qui de ſenten. excom. in 6.

*Celebrans in Eccleſia polluta, uel ſimoniacè conſecrata, non incurrit irregularitatem: ſecus, ſi alia ratione uiolat interdictum. h. d.*

Eſt [e] autem inter hæc differētia non modica: nam ſi quis in ea Eccleſia celebret, quę vel polluta ſit, vel ſimoniacè conſecrata, licet hoc temerariè faciat, nullū tamen ob id irregularitatis laqueum incurrit: is verò [f], qui ſcienter celebrat in locis alia ratione interdicto ſuppoſitis, irregularitatem incurrit, à qua per alium, quàm per Romanum Pontificem, liberari non poterit: niſi aliqui ſuper hoc priuilegio, vel iure muniti fuerint.

e cap. is qui. de ſenten. excom. in 6.

f d. cap. is qui. §. fin.

*Quid ſit iudiciale interdictum. h. d.*

Iudicis ſententiâ tunc inducitur interdictum, cùm competens iudex ex aliqua cauſa terram, vel homines à diuinis arcendos pronunciat ac præcipit.

*Interdictorum quædam generalia, quædam ſpecialia. h. d.*

Rurſus interdictum, quod prolatione iudicis inducitur, aliud eſt generale, aliud ſpeciale. Generale interdictum eſt, non ſolùm cùm Regno & prouinciæ, ſed etiam cùm caſtro & villæ diuinis interdicitur. Speciale eſt, cùm inter plures Eccleſias paucæ, vel vna interdicitur.

*Interdicto loco principali cenſetur interdictus acceſſorius uicinus & contiguus: &, diſpoſitio iudicis non debet poſſe reddi eluſoria. hoc dicit.*

Et ſi quidē ciuitas, caſtrū, aut villa [g] generali ſubijciatur interdicto, non ſolùm quę murorum continentur ambitu, cenſentur interdicto ſuppoſita, ſed etiam

g cap. ſi ciuitas. de ſenten. excom. in 6.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

etiam illorum ſubvrbia & ædificia *cõtinẽtia: alioquin ſi in illis locis poſſet licitè celebrari, Eccleſiaſtica cẽſura facilè cõtemni poſſet. Eadem quoque ratione ſi ſpecialiter Eccleſia ſit interdicto ſuppoſita, nec in Capella eius celebrari, nec in Cœmeterio eidem Eccleſiæ contiguis ſepeliri poterit.

* cõtigua, forté.

*Reſpectu perſonarum interdictum Eccleſiaſticum eſt ſtrictè interpretandum, & unus non poteſt pro delicto alterius excommunicari. h.d.*

At non, ſicuti in locis, ita & in perſonis lata ſit interpretatio: ideoq;[a], ſi ſententia interdicti proferatur in populum, clerus interdictus nõ intelligitur: nec econuerſo: vnde interdicto altervtro ad diuina licitè alter admittitur. Sed & ſi propter delictum domini, (nam pro pecuniaria cauſa ſine ſpeciali ſedis Apoſtolicæ, & per patentes literas expreſſa licentia, interdicti ſententia ferri non poterit) vel rectoris ciuitas ſit interdicta, ciues, qui culpabiles non exiſtũt, alibi diuinis licitè intereſſe poterunt, niſi ciues quoque ꝓpter dominum, vel rectorem puniẽdum interdicti fuerint. Quod quidem in excommunicationis ſententia contingere nõ poterit: neq; enim pro peccato vnius alius, putà ipſius familia, excommunicari poterit.

a cap. ſi ſentẽtia. de ſenten. excom. in 6.

*Interdicta uniuerſitate & ſinguli de uniuerſitate cenſentur interdicti, ne interdictum reddatur cluſorium. h.d.*

Item[b] cùm loci alicuius populus Eccleſiaſtico ſupponitur interdicto, ſingulares ex eo perſonæ, quas interdictas eſſe cõſtat, ne ſententia effectu careat, non debent alicubi, caſibus expreſſis à iure duntaxat exceptis, audire diuina, vel Eccleſiaſtica recipere ſacramenta: cùm diuinorum auditio, & ſacramẽtorum perceptio populo, vt vniuerſis, non competat.

b cap. ſi ſententia. §. cũ verò. de ſentent. excom. in 6.

*Regulariter tempore interdicti poteſt quis baptizari, chriſmari, & uerbum diuinum audire. h.d.*

Excepti[c] verò caſus ſunt: ſi q ad baptiſmi, chriſmatis, & pœnitentiæ ſacramentum, vel ad verbum diuinum audiendum admitti velint, tã ſi infirmi ſint, quàm ſi ſint in bona valetudine conſtituti. Quod tamen in his, qui interdicto cauſam dederũt, non obtinet indiſtinctè: ſed in eis Bonifacianę[d] conſtitutionis forma obſeruanda erit. Quæ & alia quædam interdicti tempore fieri benignè indulget, vt ex ipſius conſtitutionis perpenſo tenore facilè apparere poterit.

c cap. reſponſo noſtro. extra. de ſenten. excom.

d cap. fin. de ſentent. excom. in 6.

*Tempore interdicti poteſt confici ſacrum Chriſma, ſed Vnctio extrema, Eccleſiaſtica ſepultura, & diuinorum celebratio ſunt probibita, niſi conceſſa quibuſdam ſint ex priuilegio: &, uiolantes interdictũ incurrunt excommunicationem non obſtantibus priuilegijs. h.d.*

Velut[e] igitur interdicti tempore iure Chriſmatis vtimur vn

e cap. quoniam in. de ſentent. excom. in 6.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctione, ſic licet regio ſit interdicto ſuppoſita, Chriſma die cœnæ Domini poſſe confici dubiũ eſſe non debet. Vnctio autẽ extrema, & Eccleſiaſtica ſepultura, & diuinorum officiorum celebratio tempore generalis interdicti omnibus denegatur, niſi quibuſdam, quibus id ex gratia certa ſeruata forma conceditur: cæteri autem, ſiue clerici, ſiue laici, qui interdictum violando neruum Eccleſiaſticæ diſciplinæ conantur infringere, quibuſcunq; priuilegijs non obſtãtibus, ſententiæ excommunicationis ſubijcientur: à qua per ſedem duntaxat Apoſtolicã abſolui poterunt.

*Appellationis prætextus uiolatoribus interdicti minimè ſuffragatur. h. d.*

Nec aliquid violatoribus ꝓderit, quòd appellaſſe, atq; ideo ſe interdicti ſententia minimè teneri contendant: ſicut enim poſt appellationem excommunicari non poſſunt, ſic interdictum, cui ante appellationem eos conſtat eſſe ſuppoſitos, declinare nequeunt.

## DE SVSPENSIONE,

### TITVLVS XV.

*Suſpenſio eſt duplex, ut excommunicatio, & interdictum. h. d.*

SVſpenſio quoque alia eſt Canonis, alia iudicis, ſicuti excommunicatio, & interdictum. Canonis eſt, veluti cùm quis ob ſimoniam, vel ob notoriam fornicationem, vel aliud crimẽ ipſo iure à ſui executione ordinis, vel officij arcetur.

*Ob mortale peccatum non notorium eſt quis ſuſpenſus, quò ad ſeipſum, non quò ad alios. h. d.*

At ſi [a] crimen per ſentẽtiam, vel per confeſsionem factam in iure, aut per rei ipſius euidẽtiam notorium nõ ſit: & ſi quilibet pro mortali peccato, quò ad ſeipſum, ſit ſuſpẽſus, quò ad alios tamen pro ſuſpenſo non habetur: ideoque in officijs Eccleſiaſticis vitandus non erit.

[a] *cap. ſi. ext. de cohabit. cleric. & mulier.*

*Quæ ſit ſuſpenſio iudicis. h. d.*

Iudicis ſuſpenſio eſt, vt cùm ſententia quis ab eadem executione ex cauſa remouetur.

*Suſpenſio ſolùm ordinem & ſtatum Eccleſiaſticum reſpicit: &, priuatio præſupponit habitum. h. d.*

Eſt autem ſuſpẽſio (velut Eccleſiaſtica cenſura conſiderata) reſpectu quodam, aliquanto q̃ excommunicatio, vel interdictum, ſtrictior: quippe quòd & excommunicatio, & interdictũ non ſolùm clericos, verùm etiã laicos innectere poſſunt: at ſuſpenſio cũ nihil aliud ſit, quàm inhabilitas quædam ad exequẽdos ordines, & officia Eccleſiaſtica, nullos præter quàm ipſos clericos attingere poteſt. Nec enim vlli eius ordinis, vel offi-

cij,

cij, cuius eſt penitùs expers, adminiſtratio vetari & interdici poteſt.

*Ingerens ſe diuinis, incurrit irregularitatẽ. Et quid ſit irregularitas. h. d.*

Cauebunt[a] igitur clerici, iudices, & Eccleſiarum Prælati, ne pœnam hâc ſuſpenſionis incurrant, ſcituri, quòdſi ea duráte ſeſe diuinis ingeſſerint (ſecũdum Canonicarum ſanctionũ tenorem & diſtinctionem) irregularitatis laqueo ſeſe inuoluent, à quo interdum non, niſi per ſummum Pontificem liberari poterunt. Eſt autem irregularitas, nota quædam, ſeu Canonicum impedimẽtum, ex facto ſeu defectu proveniẽs, quo quis tam ad Eccleſiaſticos ordines promoueri, quàm promotus in iiſdem miniſtrare prohibetur: quod qualiter accidat, tã ſuprà ex primo libro, quàm etiam ex varijs Decretalium locis facile eſt legentibus cognoſcere.

*a cap. 1. in fi. & cap. is cui. de ſenten. excom. in 6.*

*Epiſcopi & ſuperiores nunquam incurrũt ſententiam interdicti, uel ſuſpenſionis, ipſo iure, niſi de ipſis expreſſa mentio habeatur. h. d.*

Ea propter optima ratione Innocẽtiana[b] cõſtitutione cautum eſt, ne Epiſcopi eorumque ſuperiores, vllius conſtitutionis, ſententiæ, ſiue mandati occaſione, interdicti, vel ſuſpenſionis ſententiam (niſi in ipſis de Epiſcopis expreſſa mentio habeatur) ipſo iure incurrant: eſſet enim hoc nimis periculoſum, ob Põtificalis officij, quod frequenter exercere compelluntur, executionem.

*b cap. quia periculoſum. de ſentent. excõ. in 6.*

Explicit liber quartus, & vltimus INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI, in quibus, ſi quid diuerſum Lector inveneris ab his, quæ in Commentario iampridem edito delineata inveniuntur, ſcito ea authorem, cùm vltimam Operi limam adhiberet, meliora ſecutum immutaſſe.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

# INDEX LOCVPLETISSIMVS OMNIVM RERVM, QVAE IN QVATVOR libris INSTITVTIONVM Iuris Canonici IO. PAVLI LANCELOTTI, continentur, in ſtudioſorum gratiam editus,

*Per LVDOVICVM ALFERIVM I. V. D. Cortonenſem.*


ABBAS quomodo & qualis ſit eligendus, columna 117, §. ut autem

Abbas ſi imperet laico, ut monachum etiam cauſa diſciplinæ uerberet, uterq; incidit in excommunicationem: ſecùs autem, ſi imperet clerico ex cauſa neceſſitatis 405, §. quod autem

in Abbatē non poteſt eligi, qui non eſt profeſſus, ſed bene in Epiſcopum 117, §. & propterea. Cætera uide infrà in uer. Epiſcopus.

abbates debent perquirere fugitiuos. Et monachi non poſſunt præeſſe eccleſijs parochialibus, licet ſecùs ſit in regularibus 116, §. fugitiuus uerò

Abortum procurans punitur, ut homicida, ſecùs ſi id caſu fieri contingat 399, §. is quoque.

Abſciſi ex neceſſitate promoueri poſſunt, ſecus ſi ex uoluntate 77, §. idem iuris

Abſens poteſt uni de capitulo uotum ſuum demandare 16, §. ſed etſi

Abſentia & mors æquiparātur re non integra 265, §. quæſitum eſt. Cætera uide infrà in uer. Probatio ſpolij

Abſolui quis poteſt ex cauſa, ab alio, quàm ab Apoſtolico 407, §. quod autem

Abſolutio poteſt delegari ex cauſa certis caſibus 409, §. his autem

abſolutio ab excommunicatione ad cautelam peti poteſt 417, §. ſi quis tamen

abſolutio non conceditur, ubi manifeſtum eſt delictū, niſi præuia cautione, aliàs ſecus 419, §. manifeſtum

abſolutio ſurreptitia non tenet, & innodatus pluribus non poteſt ab una tantùm excommunicatione abſolui 421, §. quòd ſi quis.

Abſolutus ui, uel metu, duplici excommunicatione innodatur 422, §. illud autem

Abſtrahens inuitum à ſacris locis, excommunicatur: & quaſi ſacrilegus punitur 209, §. ſacrorum locorum

Abſtrahi non poteſt quis inuitus à domo Epiſcopi, uel ab Eccleſiæ circuitu intra triginta paſſus 210, §. nec ab atrijs

abſtrahi non debet liber homo uiolenter ab eccleſia, niſi impetrata uita & membrorum incolumitate, cad. §. hæc tamen ſecuritas.

Acceſſorij idem iuris eſt, quod de principali 375, §. nec obijciat

Accuſare matrimonium nō permittitur, qui tempore denuntiationis ſiluit, niſi iuret de calumnia, et quòd poſt denuntiationem nouit, quæ obiecturus eſt, & negligentia authoris mei non intelligitur eſſe mea 179, §. non tamen

accuſare poteſt quis matrimonium etiam poſt denunciationem ex cauſa 180, §. idem iuris erit

accuſare matrimonium non ex cauſa delicti ſoli coniuges admittuntur cad. §. ſed nec omnes

accuſare matrimonium ex cauſa delicti omnes admittuntur: ſed potiſſimum coniunctiores, antiquiores & honeſtiores 181, §. quòd ſi delictum

Accuſator non probans obiectum crimē, tenetur


E

ad pœnam talionis, niſi ſuam innocentiam purgauerit, & interim dum purgat, eſt ſuſpendendus 366, §. accuſator igitur

Accuſato excipienti de ſpolio à tertio facto, debet indulgeri tempus, intra quod reſtitutionem petat, & cauſam ſi poteſt, finiat: quo elapſo non obſtante tali exceptione accuſari poterit 303, §. inter ſcholares

Acolytatus, eſt de minoribus ordinibus 61, §. ſunt igitur

Acta cum procuratore reuocato, donec ignoratur reuocatio, tenent 277, §. ad hæc etiam

acta iudicij poſt reuocationem procuratoris nō ignoratam non tenent, eadem, §. quòd ſi ſcientibus

actorum omnium intimatio parti appellatæ eſt facienda: &, Appellare ſufficit coram maiori parte iudicum 355, §. quòd ſi à pluribus

Actor ſequi debet forum rei 257, §. quòd ſi inter

actor mittitur in poſſeſsionem rerum rei contumacis, & poſt annum efficitur uerus poſſeſſor, reſeruata quæſtione ſuper proprietate 289, §. illud quoque uidetur

actor, ſi ob potentiam aduerſarij contumacis nō poſsit poſſeſsionem ingredi, uel illam amiſerit, nihilo minùs efficitur uerus poſſeſſor elapſo anno 290, §. ſi tamen propter

actor anno elapſo non reputatur poſſeſſor, ſi per eum ſteterit, quo minus intrauerit poſſeſſionem 290, §. idem iuris eſt

actor ſi non uenerit in termino, ad quem reum citari fecerit, debet reo reficere expenſas, et cauere de in poſterum comparendo, aliàs nō admittitur ad aliam citationē 293, §. idem quoque actor

actor reo comparente debet clarum iudici libellum offerre, & quid ſit libellus 293, §. in primis igitur

actor recuſans ſubire iuramentum calumniæ cadit ab actione, & reus habetur pro confeſſo 319, §. ſed, ut ueritate

Actoris & rei conuenientis æqualis debet eſſe conditio in iudicio 307, §. utriuſque autem

Actus præcedens ſubſequentem limitat & interpretatur 276, §. ſed ſi eundem

Adminiſtratores hoſpitalium æquiparantur tutoribus 222, §. ut autem hi.

Suprà dicta non habent locum in hoſpitalibus militarium ordinum, aut religioſorum 223, §. prædicta uerò ad

Adulterij appellatio eſt generalis, propriè tamen in nuptam cōmittitur, & quæ ſit adulterij pœna 393, §. adulterij generalis eſt

Aduocatus non poteſt eſſe teſtis in cauſa, in qua aduocauit 329, §. is quoque qui

aduocati reſponſio niſi ſit ſtatim reuocata, facit litis conteſtationem 316, §. an aduocati

Aedificans ritè, uel dotans acquirit ius patronatus, eum'que debent ſequi commoda, quem ſequuntur incommoda 99, §. ædificatione acquiritur

Aegrotantes, muti, & ſurdi baptizari poſſunt 127, §. muti quoque, &

Aequipollentium non refert quid fiat 355, §. appellaſſe autem

Affectus punitur, licet non ſequatur effectus 194, §. ſed etſi

Affinitas ſuperueniens dirimit ſponſalia de futuro 154, §. item ſi inter

affinitas quid ſit 172, §. naturalis cognatio

affinitas & conſanguinitas contrahitur etiam ex damnato coitu 173, §. nec intererit

affinitas ſubſequens nō dirimit matrimonium, ſed præcedens legitimè probata 176, §. ergo præcedens

Agenti petitorio ad coniugem obſtat conſanguinitatis exceptio, ſecus ſi poſſeſſorio: quia ante quàm de exceptione cognoſcatur, plenaria reſtitutio eſt facienda, niſi conuentus excipiens iuret de malitia, & probationes habeat in promptu: quo caſu fiet reſtitutio quoad alia, non quoad copulam 190, §. ergo niſi

Alienatio rei Eccleſiaſticæ facta ſine utilitate

Eccleſiæ,

Eccleſiæ & clericorum conſenſu, non ualet: & quid conti[illegible]at Alienationis uerbum 245, §. ex his conſequens
propter Altaris detrimentum, ipſum altare, nõ Eccleſia, eſt iterum conſecrandum 201, §. de eo dubitari
in Altari qui laborat, de altari debet & uiuere 78, §. præbenda nihil
Amens ſi ante amentiam habuit propoſitum baptizandi, baptizari poteſt 127, §. de dormientibus, &
Animal tuum ſi damnum dabit, potes liberari illud dedendo, niſi ſit ferum animal, & nocere ſolitum, & non fuerit adhibita debita diligentia 400, §. quòd ſi animalia
Animus & propoſitum diſtinguunt maleficia 193, §. diuerſa ratione
Apoſtatæ qui ſint, & quotuplex apoſtaſia, et qua pœna puniantur apoſtatæ 383, §. apoſtatæ ſunt
Appellans ab interlocutoria debet in ſcriptis appellare: & intra triginta dies apoſtolos petere, & exhibere continentes cauſam appellationis, aliàs cauſa cenſebitur deſerta 348, §. multum autem intereſt
appellans minus rationabiliter condemnatus in expenſis ad inferiorem iudicem remittetur: nec poteſt quis alias cauſas proſequi, quàm expreſſas 350, §. quòd ſi iudex
appellans ab ordinario poteſt coram eodem ſuper alia cauſa conueniri 353, paragr. licet autem
appellans unus ex pluribus, ſi obtineat in cauſa appellationis, prodeſt uictoria conſortibus, ſi ſit idem negotium & cauſa 356, §. idem ex contrario
appellantem poteſt ab interlocutoria pœnitere, & facere: ut prior iudex cognoſcat, ſed appelato ſunt reficiendæ expenſæ, quas is fecit ob appellationem 352, §. ac ueluti in
Appellare ſufficit coram maiori parte iudicum 355, §. quod ſi à pluribus
appellatur à uicario ad Archiepiſcopum, ab Archidiacono ad Epiſcopum 42, §. inter uicarium autem
Appellari non poteſt ad Papam à iudice ſeculari ſedi Apoſtolicæ non ſubdito 353, §. & ideo nec
appellari poteſt, ſi locus nõ tutus parti aſsignatur, uel ſententia contineat manifeſtam iniquitatem, etiam ſi ſit reſcriptum appellatione remota 357, §. interdum etiam
Appellatio quid ſit, & quare inuenta 347. §. appellandi uſus
appellatio alia extraiudicialis, alia iudicialis, et de iure Canonico etiam extra iudiciũ appellatur, quæ appellatio Prouocatio dicitur, eadem, §. appellationum duæ
appellatio Iudicialis diuiditur in duas ſpecies 348, §. rurſus in iudicio
appellatio eſt deſerta lapſo anno, & ex cauſa biennio 357, §. illud tam iudiciali
appellationis prætextus uiolatoribus interdicti minimè ſuffragatur 427, §. nec aliquid uiolatoribus
appellationi in quibus caſibus non eſt deferendum 352, §. non omnis ergo
appellationi legitimæ qui non defert, punitur 353, §. & ideo nec
ad Appellationem proſequendam interdum datur plus, quàm biennium 359, §. accidit tamen aliquando
in Appellatione à diffinitiua non eſt neceſſe cauſam inſerere 349, §. in appellationib.
in Appellatione ab interlocutoria debet talis cauſa allegari, quæ ſi eſſet uera, reputaretur legitima 350, §. cum autem ex. Reliqua uide infrà in uer. Regulares
Arbiter ſuper pluribus ſi ſuper uno tãtum pronuntiet, non expirat compromiſſum, niſi habuerit à partibus facultatem ita pronuntiandi 283, §. pleræq; etiam
arbitri qui propriè ſint 281, parag. arbitri dicũtur. Cætera uide infrà in uerb. Electio.
Arbitrorum poteſtas non expirat re non integra, etiam non ſequuta electione 20, §. quòd ſi intra
Archidiaconus eſt à iure conſtitutus uicarius,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

et quaſi oculus Epiſcopi, & inter clericos cognoſcit, uiſitat, & corrigenda emendat, & ardua ad Epiſcopum defert, de cuius licentia poterit etiam excommunicare 39, §. quoniam uero grauis

Archiepiſcopus impeditus, conſecrationem ſui ſuffraganei alteri committere poteſt 32, §. quòd ſi Metropolitanus

archiepiſcopus poteſt uiſitare prouinciam, etiã quando ſuffraganei non ſint negligentes 219, §. uiſitandi uerò

archiepiſcopi ſunt præſules epiſcoporum unius prouinciæ 13, §. archiepiſcopi ſunt

Archipresbyter eſt uicarius Epiſcopi, circa diuina, & archipresbyterorum duæ ſunt ſpecies 40, §. non abſimiles

archipresbyterorum foraneorum quæ ſit poteſtas, ead. §. exteri ſunt, qui

Argumentum à regulari ad monachum, regulariter ualet, & econtra 109, §. quoniam uerò

argumentum per dationem inſtantiæ ſoluitur 165, §. nec refert, quod

Articuli plures connexi ſi per reſcriptum plures committantur, & in uno remoueatur appellatio, intelligitur remota etiam in alijs 356, §. iam dubitari poterit

Aſſaßinium ſicuti omnium homicidiorum eſt atrociſsimum, ita etiam atrociſsimè punitur 397, §. cum non ad

Aſſecutus Epiſcopatum ſimoniacè, ſed ignoranter, ſi fiat poſteà regularis, licet ad primum reuerti non poſsit, alium tamen Epiſcopatum conſequi poteſt 51, §. rurſus, ſi quis

Attentata poſt appellationem ante diffinitiuã non reuocantur, niſi primò de ueritate conſtiterit, uel niſi poſt inhibitionem debito modo factam attentata fuerint 354, §. illa uerò, quæ

B

BAptiſmus operatur animæ ablutionem, & in locũ circumciſionis eſt inſtitutus 123, §. baptiſmus eſt ablutio

Baptiſmus alius fluminis, alius flaminis, alius ſanguinis 126, §. quod quidem, &

Baptiſmus non debet conferri in priuatis domibus, niſi ex neceſsitate, uel ob magnam nobilitatem 130, § illud etiam nouiſsime

baptiſmus, nec chriſma poſſunt iterari, & utrũque conferri poteſt tempore interdicti 132, §. commune etiam

baptiſmum iterantes ſunt deponẽdi ab officio, & beneficijs 129, §. ille quoq; qui

in Baptiſmo multa fiunt, quæ non ſunt de eius ſubſtantia, ead. §. poſtremò ſciendum eſt

in Baptiſmo, confirmatione, & catechiſmo debent patrini interuenire 131, §. illud commune eſt

in Baptiſmo licet plena contingat peccatorum remiſsio, non tamẽ contingit plena nouitas 124, §. non tamen ex

Baptizare ſeipſum nemo poteſt 125, § ſed quã quam

baptizandi cura ad ſolos ſacerdotes ſpectat, ſed ex cauſa neceſsitatis quilibet poteſt baptizare 124, §. baptizandi autem cura

baptizantur paruuli in fide parentum, & Eccleſiæ, & non debet minor eſſe uirtus baptiſmi, quàm circumciſionis 126, §. non tamen, quia

baptizari poſſunt ſeparatim tam mater, quàm filius in ipſo articulo parturiendi, nec ob id creditur baptiſmus iteratus 127, §. is quoque, cuius

baptizari poſſunt muti, ſurdi, & ægrotantes 127, §. muti quoq;, &

baptizari poſſunt dormiens & amens, ſi ante ſomnum et amẽtiam habuerint propoſitum baptizandi 127, §. de dormientibus, &

baptizari ſine metu iterationis is, de quo non eſt præſumptio, quòd ſit baptizatus, poteſt 128, §. illud in dubium

baptizatus in ægritudine non debet ordinari regulariter, & rebaptizati nunquam ordinãtur 74, §. ſed etſi nullum

baptizatus ab hæreticis, ſchiſmaticis, paganis, uel aliàs facinoroſis, non ſunt denuo rebaptizandi 125, §. ſed etſi quis

Bapti-

Baptizatus inuitus characterem ſuſcipit, & cogendus eſt ad obſeruantiam fidei, ſecus ſi penitus ſit coactus 128, §. ſed etſi quis
baptizatus iterum ſciēter debet ſeueriſsimè puniri, ignoranter uerò bis baptizatus non poteſt ordinari, niſi ex neceſsitate 129. para. quòd ſi quis ſciens
Beneficium
Ex ſimplici mandato de prouidendo non poteſt prouideri obtinēti aliud beneficium, niſi fuerit id expreſſum, quo caſu ſolum unicum & non curatum beneficium obtinenti prouideri poterit: et pluralis locutio reſtringitur ad duo 96, par. nam & is, cui
beneficium nemo ſibi confert, ueluti nemo ſe præſentat, nec uacaturi beneficij tenet collatio, aut præſentationis promiſsio 105, §. ſunt autem inſtitutiones
beneficium ſi conferatur non idoneo ad reſidēdum, & prouiſus priuandus eſt beneficio, & collator conferendi poteſtate 107, §. debent autem hi
beneficium non uacat per religionis ingreſſum ante profeſsionem, niſi de conſenſu ingreſsi 113, par. etſi contigerit eum
beneficium reſtitutionis in integrum non indulgetur, niſi intra quatuor annos, ſi non ſubſit aliqua rationabilis cauſa, ut dictum ſpacium prorogetur 362. par. ſed ſiue ſententia
beneficium conſecutus ſimoniacè per accuſationem conuictus, priuatur beneficio, & deponitur, per inquiſitionem uerò priuatur quidem beneficio, ſed poſt peractam pœnitentiam in ſuo ordine permittitur miniſtrare 375, §. quod ſi non ordinem
beneficij collati pluribus ubi de prioritate non conſtat, primò poſſeſſor, deinde maior prærogatiua præfertur 91, paragra. item ſi à ſede
beneficij appellatione non uenit penſio 93, §. & ſi quis literas
beneficij ſpectantis ad prouiſionē plurium, cui mandatur prouideri, intelligitur coniunctim 95, §. ſi uero de beneficio
beneficia Eccleſiaſtica debent ſine diminutione conferri 98, paragr. poſtremo illud ſciendum eſt
beneficiorum permutatio ſi completa eſt ex una parte, & per alteram ſtat quo minus impleatur, reſtituitur pars ad ſuum beneficium 47. par. ſubuentum eſt
ſuper Beneficiorum pluralitate reſcripto Apoſtolico diſpenſatur, maximè circa literatas perſonas 90, §. inde etiam licet
Bigamus, et qui uxorem duxit uiduam, eiectam, uel meretricem, ordinari non poſſunt 75, §. item repellendi ſunt
bigamus eſt, qui duas duxit uxores, & qui ſecundas nuptias tantum de facto contraxit, reputatur bigamus: idem ſi cum uidua de facto contraxerit 76, paragr. eſt autem bigamus
Blaſphemus ſi iniunctam ſibi pœnitentiam peragere recuſet, & uiuens ab ingreſſu Eccleſiæ arcebitur, & mortuus Eccleſiaſtica carebit ſepultura 385, para. diuerſa eſt pœna
Bonum aliquod ſubſecutum, præcedens delictum, & eius pœnam non abolet 193, §. uſqueadeo autem
bona quæſita ſacerdotibus intuitu Eccleſiæ, debent remanere apud Eccleſiam, nec de his poteſt quis teſtari, & quid cōtineatur nomine Eccleſiæ 252, §. generaliter igitur
bona ſerui promoti ad ſacros ordines ab inteſtato decedentis diuiduntur in quatuor partes 254, § ſi uero ſeruus
bona hæreticorum poſt latam ſententiam confiſcantur 379, para. bona quoque damnatorum
bona hæreticorum etiam poſt mortem confiſcàtur 380, §. poſt mortem quoq;

C

CAdauera punitorum pœnitentium ſunt tradenda ſepulturæ Eccleſiaſticæ 228, §. ex his apparet
Canones quibus conſtent, & quotuplicīa ſunt Concilia, & quæ Concilia uniuerſalia 8.

§.Canonum quidem alij
Canonica portio quid ſit, & quod eſt duplex, parochialis & Epiſcopalis, & quòd parochialis debetur curato de relictis factis Eccleſiæ, in qua quis poſthabita propria Eccleſia elegit ſepeliri 230, parag. Canonica portio
canonica portio, de his quæ quis uiuens & ſanus contulit alicui Eccleſiæ, curato non debetur: ſecus ſi infirmus, & ex eadem infirmitate decedens 231, §. ſed etſi nihil
canonica portio ſoluitur Eccleſiæ, in qua quis diuina percipit, & ſi duo quis habeat domicilia, diuidetur inter Eccleſias duorum domiciliorum 231, §. dubitari tamen poteſt
canonica portio de quibus relictis non detrabatur 232, §. ſunt tamen quædam
canonica epiſcopalis eſt, quam detrahit Epiſcopus de relictis pro anima, quam teſtator prohibere non poteſt, & ubi eadem ratio, eadē debet eſſe iuris diſpoſitio 233, §. Canonica portio
canonica portio Eccleſiæ debetur de relictis Epiſcopo, quam tamen poteſt teſtator prohibere 233, §. item ex contrario
canonica portio, ſi quid ſimpliciter Epiſcopo à coniuncto fuerit relictum, in dubio non debetur Eccleſiæ, ſecus ſi ab extraneo 234, §. ſed in hac ſpecie
Canonica purgatio quæ ſit: &, quales eſſe debent purgatores 369, §. Canonica purgatio
Capitulum ſede uacante poteſt inſtituere præſentatos. Idem poteſt uicarius ſine ſpeciali mandato Epiſcopi 105, §. diſsimilis ſunt
capitulum ſede uacante non fungitur uice Epiſcopi in conferendo 83, §. licet autem
Caſus, in quibus ſolennis libelli porrectio nō eſt neceſſaria 295, §. ſunt tamen caſus
caſus excepti ab illa regula, ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus 313, §. ſunt & alij
caſus reſignationis non includitur, nec uerificatur in caſu mortis 93, §. eodem ſpectat
caſus futuræ uacationis non uerificatur in caſu nouæ creationis 93, §. idem obtinet
Cauſa quid ſit, & quid iudicium 255, §. reſtat
cauſa ſuſpicionis qualiter cognoſcatur & expediatur 267, §. recuſationis autem
cauſa deſeritur in tribus caſibus ob non petitos apoſtolos 349, §. idem iuris eſt
cauſa ceſſante ceſſat effectus 83, §. licet autem ob 351, §. ſed etſi iudex, & 407, §. periculo tamen
cauſæ uniēdi ſunt, neceſsitas, & utilitas 203, §. uelut ergo ex
Cautio, uide infrà in uer. Receptio.
Celebrare non licet, niſi in templis conſecratis, niſi ex priuilegio, uel ex cauſa neceſsitatis 195, §. Eccleſiam quoq;
celebrare licet ſub dio conſtitutis in itinere, & celebrans in priuatis domibus eſt deponendus 196, §. in itinere quoq;
Celebrans in Eccleſia polluta, uel ſimoniacè cōſecrata, non incurrit irregularitatem, ſecus ſi alia ratione uiolat interdictum 423, §. eſt autem inter hæc
Cenſuræ Eccleſiaſticæ appellatione quid ueniat, quid ſit excommunicatio, quid interdictum, quid ſuſpenſio 402, §. Eccleſiaſticæ cenſuræ
Cenſus & tributa de fructib. de quibus decimæ ſoluendæ ſunt, non debent deduci 239, §. ſed nec caſus
cenſus generaliter ſumptus continet omnem pēſionem, ſpecialiter uerò tantum cathedraticū 215, §. cenſus appellatio
cenſus quibus temporibus, & quibus cauſis poteſt conſtitui in eccleſijs 215, §. conſtituitur
Chriſma ieiunis età ieiuno dari debet, niſi neceſſitas aliud cogat 131, §. accedent igitur
chriſma non poteſt iterari, & conferri poteſt tempore interdicti 131, §. commune etiam
chriſmatis ſacramentum operatur augmentum gratiæ, & ſoli Epiſcopi chriſmant 131, §. igitur omnes fideles
Chriſtiani non debent nubere infidelibus, & ſi illis nubant, ſunt excōmunicandi 163, §. cultus quoque diſparitas

Chriſtianorū quidam ſunt laici, quidam clerici:
& clericorum quidam ſunt in ſacerdotio cō
ſtituti, quidā in ſacris non in ſacerdotio, quī
dam nec in ſacerdotio nec in ſacris 11, §.
perſonarum genera
chriſtianorum teſtimonia aduerſus infideles ad-
mittuntur, ſed non contrà 327, §. Chriſtia
norum quoq;
Citandi ſunt in confirmatione faciēda, quorum
intereſſe poteſt: & calumnioſe opponentes
puniuntur 29, §. illud etiam
Citatio eſt initium iudiciorum, ſine qua omnes a
ctus regulariter ſunt nulli 285, §. omnium
autem iudiciorum
citatio ex quatuor capitibus eluſoria redditur
285, §. fit tamen interdum
citatio ex qualitate loci non arctat ad comparē
dum 286, §. locus quoque, ad Cætera
uide infrà in uer. Diebus.
Citatus à non ſuo iudice nō tenetur comparere
285, §. fit tamen interdum
citatus legitimè qui mutauit iudicem, non pro-
pterea poteſt declinare iudicem, cū ſit præ
uentus 285, §. ſi tamen contigerit
citatus ad inſtantiā ſpoliatoris non tenetur com
parere 286, §. idem iuris eſt, ſi
citatus poteſt ex legitimo impedimēto non cōpa
rere, quo tamen ceſſante debet ſe iudici præ
ſentare 288, §. adhuc, tametſi Reliqua ui
de infrà in uer. Electio.
Clericus ſi, cùm mandatur ei prouideri de bene
ficio uacaturo, negligat petere præbendam,
nō poterit poſteà aliam petere, niſi fuerit in
Canonicum receptus 89, §. quo tamen
caſu
clericus in cauſa ſuæ Eccleſiæ non cogitur iura
re de calumnia, ſecus in propria, quo caſu
iurat propoſitis tantum ſcripturis, non ta-
ctis 319, §. in hac tamen parte
clerico ingenuo, deficiētibus ſucceſſoribus ab in
teſtato, ſuccedit in totū Eccleſia 254, §.
quòd ſi deceſſerint
clerico ſi modica ſit lata iniuria, uel qui intulit,
non prouectæ ſit ætatis, poteſt ordinarius
abſoluere eum, qui incidit in canonem latæ
ſententiæ 408, §. item ſi non enormis
Clerici qui aliquando fuerunt dæmoniaci, non
poſſūt ad ulteriores ordines promoueri 78,
§. is quoque, qui
clericum uolentem percutiens, & clericus con-
ſentiens, ſunt excommunicati 406, § quin
imo etſi ceciderit
clerici facientes querelam de ſuis malefactorib.
non fiunt irregulares, etiam ſi iudex mortem
illis inferat 72, §. idem & de clericis
clerici pro ſepultura non poſſunt aliquid exige
re, nec conſuetudo in contrarium ualet, poſ-
ſunt tamen ſponte oblatum accipere 229,
§. illud etiam atq; etiam
clerici communiter uiuentes ſoluunt prædiales
decimas 240, § de monachis & reg.
clerici poſſunt, maximè accedente iuſta cauſa,
de bonis eccleſiaſticis facere eleemoſynam
253. §. licet autem clerici
clerici poſſunt teſtari de his, quæ acquiſiuerunt
non intuitu eccleſiæ 253, §. de his uerò,
clerici habent priuilegium, ne coram iudice laico
conueniri ualeant, cui non poteſt ullo pacto
renuntiari: in iudicem tamen Eccleſiaſticum
non ſuum poſſunt conſentire accedente con
ſenſu diœceſani 256, §. pari ratione tam
clerici & monachi non poſſunt eſſe procurato-
res, niſi propriæ Eccleſiæ urgente neceſſi-
tate, & ſuperioris iuſſu 273. §. ſed nec
clerici regulariter coram ſecularibus iudicibus
poſtulare non poſſunt 274, §. poſtulandi
quoque
clerici poſſunt teſtificari pro Eccleſia, & ſin-
gulares perſonæ pro uniuerſitate ſua, niſi
tamen aliqua cauſa probabilis impediat
327, §. in ſumma, quæcunque
clerici & monachi deſeruientes Eccleſiæ, ſunt
exempti à muneri b. perſonalibus 211, §. per
ſonalis immunitas
clerici miſerabilium perſonarum tutelam debēt
ſuſcipere 212, §. uiduarum autem
clerici tenentur ad murorum cuſtodiam tempo-
re neceſſitatis 212, §. excipitur etiam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Clerici ob magnam neceſsitatem, uel utilitatem, conſulto Pontifice poſſunt, ſine tamen coactione, laicis ſubuenire 213, §. ſi tanta tamen ſit

clericos detinens, uel ducens in uincula incurrit excommunicationem latæ ſententiæ, niſi faciat de uolũtate ſuorum Prælatorum 404, §. interdum etiam ſi nullam

clericos qui ratione officij, uel intuitu diſciplinæ percutiunt, non ſunt excommunicati 406, §. item ſi qui ratione  Reliqua uide ſuprà in uer. Chriſtianorum, & infrà in uer. Laicus

Coactus omnino excommunicatis communicãs, non cadit in excommunicationem, ſecus ſi quis ſolo metu communicet 417, §. ſed an inuitus

Coadutor ex cauſa datur epiſcopo, cuius datio ad ſedem Apoſtolicam pertinet 42, para. accidit etiam

coadiutor etiam inferioribus ab Epiſcopis dandus eſt, & utriſque de facultatibus Eccleſiæ erit ſubueniendum 43, §. nec ſolũm Epiſcopis

Coeundi impotentia & frigiditas matrimonium impediunt 167, parag. item frigiditas

Cognatio eſt triplex, ſpiritualis, legalis & naturalis, & ſpiritualis cognatio impedit matrimonium contrahendum 169, §. multo magis cognatio

cognatio impeditiua matrimonij non oritur ex ſacramentis, exceptis baptiſmate & confirmatione 170, paragr. eiſdem modis ex

cognatio ſpiritualis per Catechiſmum contracta impedit matrimonium contrahendum, ſed non dirimit contractum 170, §. per Catechiſmum

cognatio ſpiritualis non dirimit matrimonium antea contractum 171, parag. diximus autem

cognatio, licet plures non debeant eſſe patrini, ſi plures tamen fuerint, cum omnibus ſpiritualis contrahitur 171, §. de eo quoque admonendi

Cognatio legalis modo affert temporale impedimentum matrimonij, modò perpetuum 172, §. legalis cognatio

cognatio naturalis quid ſit 172. par. naturalis cognatio

Collatio de beneficijs cauſa permutationis uacãtibus, facta alijs quàm permutantibus, non tenet 47, §. & generaliter

collatio per reſcriptum Apoſtolicum mandatur fieri, cum alicui ſimpliciter de beneficio prouidetur, & pura eſt 86. §. per reſcriptum Apoſt.

collatio Apoſtolici in diem facta accedente decreto irritante ligat manus ordinarij 86, §. dies adijcitur

collatio conditionalis, & concurrente decreto non impletis conditionibus, non ligat manus ordinarij 87, para. ſub conditione mandatur

collatio facta motu proprio pluribus beneficijs in eadem Eccleſia ſimul uacantibus, intelligitur facta de pinguiori, ſi beneficia ſint æqualia, ad eum ſpectat electio, cui gratia eſt conceſſa: collatio uero facta ad petitionem alterius, ad minus beneficium reſtringitur, ſi ſint æqualia, eligit qui aliàs conferebat & motu proprio tunc cenſetur gratia fieri cum id exprimitur 88, §. item ſi pluribus

circa Collationem factã poſt deuolutionem diſpenſari poteſt 83, §. is quoque qui

Collator

Licet ante acceptionem beneficij quis nullum habeat in eo ius, tamen collator de eo alteri primo non conſentiente, prouidere non poteſt: tamen primo prouiſo præfigitur terminus ad acceptandum, quo lapſo poterit beneficium alteri conferri, niſi primus etiam lapſo termino acceptauerit 85, §. illud autem tam

Commiſſum

Cum quid committitur, cẽſentur omnia commiſſa, per quæ peruenitur ad illud 262, §. ſed

§.ſed ſiue uni, ſiue

Commoda eum ſequi debent, quem ſequuntur incommoda 99, §. ædificatione acquiritur

Communicans excommunicatis incidit in excommunicationem, & iudices curare debẽt, quòd excommunicati ab actis legitimis & cõmercio aliorum abſtineant 411, §. quorũ ille prætereundus

communicans excommunicato in contemptum, incidit in maiorem excommunicationem 414, par. hoc tamen tunc

communicans excommunicato in conuertendo non eſt excommunicatus 417, §. itẽ cùm uoluntate

Complices inferentium manus uiolentas clericis, pari pœna cum inferentibus puniuntur 404, par. ſed etſi manus

Compromiſſum termini lapſu expirat 283, §. lapſu termini

compromiſſum morte tam arbitrorum, quàm cõpromittentium expirat, niſi ſpecialiter ſit dictum de hæredibus compromittẽtium 284, par. mortis quoque interuentu

compromiſſum recipere poteſt, qui non prohibetur 282, §. fœminæ quoque

Compromittere qui nõ poſſunt, reperiuntur quidam, & qui illi ſint 282, §. ſicuti autem ij, quos

compromitti poteſt tam in iudicem ordinarium, quàm delegatum 281, par. ſed etſi qui

compromitti in quibus perſonis nõ poſsit 281, §. ſed neq; ſerui

compromitti non poteſt in laicum de re ſpirituali, niſi ſit clerico adiunctus, uel in eum ſit cõpromiſſum authoritate Apoſtolica 282, §. ſed nec in eum

compromitti non poteſt in fœminas, niſi id permittat regionis conſuetudo et ordinis 282, §. fœminæ quoque

compromitti in quibus cauſis non poſsit: &, quòd ſuper matrimonio ſpirituali poteſt cõpromitti: ſecus ſuper carnali 283, §. pleræque etiam cauſæ

Conceſſum inferiori multò magis conceditur ſuperiori 94, paragr. quod autem diximus

Conceſsio generalis non comprehendit ea, quæ quis non eſſet ueriſimiliter in ſpecie conceſſurus 137, §. de eo tamen

Concilia quotuplicia ſint, & quæ concilia uniuerſalia 8, §. Canonum quidem alij

concilia principalia quatuor ſunt, Nicenum, Cõſtantinopolitanum, Epheſinum & Chalcedonenſe 9, §. in cætera autem

inter Concilia diſcordantia proponitur ſententia eius, qui eſt maioris authoritatis 9, §. alia uerò Concilia

concilia prouincialia, quæ ſint, & quam authoritatem habeant 9, §. Prouincialia Concilia

concilia epiſcopalia quæ ſint, & qui ipſis ligentur 10, §. Epiſcopalia Concilia

conciliorũ uniuerſalium celebrandorum initium poſt Apoſtolos cœpit temporibus Conſtantini: & ipſorum celebrandorum eſt apud ſedem Apoſtolicam authoritas 8, §. quorũ celebrandorum

Conditiones turpes adiectæ ſponſalibus uel matrimonio, non uitiant, ſed uitiantur, niſi ſint contra ſubſtantiam & naturam coniugij 149, par. hoc tamen de his

Conferre

Gradus quidam circa poteſtatem conferendi inter ordinarium, legatum & ſummum Pontificem 80, parag eſt ergo inter

Conferens ſe propria authoritate ad aliam Eccleſiam, & habita carebit & ambita 45, §. ea propter quicunque

Conficiens famoſum libellum, & manifeſtans, pari pœna puniuntur 401, par. inferũtur autem iniuriæ

Confirmatio non conceditur niſi cum cauſæ cognitione 28, §. is autem, ad quem

confirmatio in forma communi non præiudicat appellationi, nec laudum inualidum roborat, aut proceſſum impedit, ſed obtenta ſuper re ab aliquo pacificè poſſeſſa, facit ut

quis non poſsit conueniri ſedi Apoſtolicæ 360, §. poſtremò ſciendum eſt

in Confirmatione facienda citandi ſunt, quorum intereſſe poteſt 29. par. illud etiam cõfirmantem

Confirmatus qui non eſt, non poteſt res Eccleſiæ adminiſtrare 27, parag. quandiu autem

confirmatus, & nondum conſecratus, exercet ſolùm quæ ſunt iuriſdictionis, & non quæ ſunt ordinis: &, nemo dat, quod non habet 30, §. igitur confirmatione. Reliqua habes ſuprà in uer. Citandi

Confiteri debet unuſquiſque ſemel in anno, & Euchariſtiam ſumere, niſi de conſilio ſacerdotis abſtineat 134, parag. priuata, aut ſecreta

confiteri non proprio ſacerdoti tribus caſibus quis poteſt: ſi obtineat licentiam ab eodem, uel ab Epiſcopo, uel ſi confiteatur fratribus habentibus generalem poteſtatem audiendi confeſſiones 135, par. quod autem dicitur

confitendi qui habuit propoſitum, poteſt abſolui, ſi ſæuitia morbi non poſſet confiteri 138, §. ſi quis autem

Confeſsio, & contritio ſine ſatisfactione parum proficiunt 137, para. ſed nec contritio

confeſsionem qui reuelat, in perpetuum eſt in monaſterium detrudendus 136, par. ſed ſiue proprius

Confeſſorem eligendi licentiam poteſt Epiſcopus ſuo ſubdito concedere 136, §. Epiſcopus quoque

Confeſſus & probationibus conuictus æquiparantur: & confeſsio erronea ſi ſtatim reuocatur, non affert præiudicium 323, par. redditis igitur

confeſſus crimina coram inquiſitore, non poterit confeſsionem ſuam eo prætextu reuocare, quòd non præceſſerit fama inquiſitionẽ 367, §. ſi quis tamen

Coniuges facta ſeparatione thori ob fornicationem carnalem poſt emendationem non compelluntur ſe reſtituere, ſecùs ſi ob ſpiritualem, niſi alter uelit monaſterium ingredi 137, par. multum autem intereſt

Cõiugum altero inuito, poteſt quis uouere peregrinationem 139, parag. licet autem alter

coniugum infidelium unus ſi conuertatur ad fidem, & alter nolit ſibi cohabitare, uel nõ ſine peccato mortali, ſoluitur coniugium, et conuerſus cum alia contrahere poterit, & proles cõmunis conuerſo aſsignabitur 163, §. item ſi alter

coniugum infidelium ſi alter conuertatur, & ante quàm alij legitimè coniunctus fuerit, alius quoque conuertatur, debent ſe inuicem recipere 164, §. quòd ſi conuerſum

Coniugium ſpirituale diſſoluitur per degradationem 53, §. per degradationem

coniugiorum aliud eſt legitimum, & non ratũ, aliud legitimum & ratum, aliud ratum & non legitimum 165, para. ex his apparet

Coniuncti uxoris non impediuntur matrimoniũ contrahere cum coniunctis uiri 175, para. quanquam autem omnes

Connexa & dependentia ſunt ſimul tractanda 78, par. poſthæc uideamus

Conſanguineam uxoris ſuæ qui cognouit, non poteſt debitum petere, licet reddere teneatur: & uxori ſuperſtes carebit ſpe coniugij 176, §. ſi quis autem

Conſanguinitas quid ſit 172, §. naturalis cognatio

conſanguinitas contrahitur etiam ex damnato coitu 173, . nec intererit, quòd

Conſecratio expediri debet intra tres menſes poſt conſecrationem 31, parag. debet igitur

conſecrationi intereſſe debent ad minus tres Epiſcopi, alioqui non ualet 31, par. ordinationi autem

Conſentientes ſacrilegis, & ſacerdotes ipſis pœnitentiam dantes, uel ſepulturæ eorum interuenientes, & ab eis eleemoſynas recipiet

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cipientes pari pœna cũ eis puniuntur 386, §. nec ſolum talibus

Conſilia publica, nundinæ & negotia ſecularia non debent tractari in Eccleſijs 208, par. publicæ quoq;

Conſtitutio quid ſit, & quotuplex, & ciuiles conſtitutiones, quæ non ſunt contra Euangelium & Canones, ſunt honorandæ, licet ipſis Eccleſia non ligetur 7, par. conſtitutio eſt lex

Conſtitutum in Eccleſijs Epiſcopalibus, trahitur etiam ad Eccleſias inferiores 45, par. non abſimilis iuris

Conſtitutus non in ſacris præſentari poteſt in rectorem parochialis Eccleſiæ, licet ſecus in libera collatione, in qua tamen poteſt diſpẽſari cum eo qui eſt conſtitutus in minoribus ordinibus 106, par. ſunt etiam in eo

Conſtruenti nouam Eccleſiam poteſt nouum opus nunciari 199, parag. ſed ſiquis, dum

Cõſuetudo quid ſit, & unde duxerit originem, & quam uim habeat 7, parag. ius conſuetudinis

conſuetudo praua non ligat 7, par. hæc tamẽ de ea

Contractus matrimonij ſuſpenditur, donec extat præſumptio quòd non poſsit contrahi 178, §. cũus ſi apparuerit

Contrahens ſponſalia cum impubere coactè, nõ tenetur expectare impuberem 152, §. hæc tamen de his

contrahentium ſi alter utitur uerbis dubijs animo decipiendi mulierem, & eam poſt modum carnaliter cognoſcit, iudicatur pro matrimonio in foro iudiciali, ſecus in pœnitentiali 160, §. de eo quæſitum eſt

Contritio & confeſsio ſine ſatisfactione parum proficiunt 137, parag. ſed nec contritio

Contumax quis dicatur: quid ſit contumacia, & quibus pœnis puniatur 289, par. ergo iuridicè uocatus

Conueniri poteſt quis uigore literarum poſteriorum, etiam non facientium mentionem anteriorum, quas aduerſarius impetrauit, ſed per annum non fiat uſus 267, §. nõ abſimili ratione

Coreſpiſcoporum uſus ſublatus eſt 44, par. erant olim

Corpore uitiatus, niſi modica ſit læſio, ordinari non poteſt 76, paragr. cauenda ſunt autem

Conuiuia non debent fieri in Eccleſijs, niſi ex neceſsitate: & quod dicitur de Eccleſijs, intelligitur etiam de non conſecratis, & oratorijs 209, §. ſed & conuiuia

Crimen ob quod renuntiari poſsit, quale eſſe debeat 48, §. propter conſcientiam

crimen ſi opponatur excipiendo, non eſt neceſſaria inſcriptio 367, §. accidit autem

criminum quædam ſolum Deum lædunt, quædam etiam homines 170, §. criminum autem quædam. Reliqua uide infrà in uer. Inſcriptio.

Criminalia iudicia nõ habent aliquid ſimile cũ ciuilibus, & inſtituuntur per accuſationẽ, denunciationem, & inquiſitionem: &, accuſationem inſcriptio, denunciationem charitatiua monitio, præcedere debet 365, §. criminalia iudicia

Criminoſus perſeuerans in crimine non poteſt teſtificari, emendatus uerò in cauſa ciuili poteſt, niſi fuerit reus periurij, uel niſi ſit affectus infamia, in cauſa uerò criminali, licet emendatus difficiliùs admittitur 328, §. planè quod de

Cultus diſparitas, & creatoris cõtumelia, ſunt iuſta cauſa dirimendi matrimonij: &, quod facit Papa, Deus cenſetur facere 185, §. ſed etſi inter

D

DAtum in diſpendium eligendi, uel illo etiã reclamante, non facit electionem ſimoniacam 373, § planè ſi conſtet

Debilitas corporis quæ renuntiandi cauſam præbeat 48, para. non abſimilis

Decima quid ſit 237, §. decima eſt

Decimæ perſonales, quæ ſoluuntur ex rebus uenditis & paratis pecunia decimata, ſoluuntur deductis impendijs, ſecus uerò prædiales: &, fructus non niſi cum onere decimarum alienari poſſunt 238, §. item ſi perſonales

de quibus Decimæ tam perſonales, quàm reales ſoluendæ ſunt, de ijs rebus non deducuntur impenſæ factæ pro ijs inſtaurandis 239, par. illud commune tamen eſt

decimæ de omnibus prouentibus ſolui debent 239. par. eadem ratione conſtitutum

decimæ & oblationes præſcribi non poſſunt 251, §. prouentus tamen

decimarum aliæ perſonales, aliæ prædiales 237, §. decimarum ſunt

decimas omnes ſoluere tenentur, tam Chriſtiani, quàm Iudæi: Iudæi tamen tantùm prædiales tenentur ſoluere, Chriſtiani & prædiales & perſonales 240, par. illud etiam nullam

decimas prædiales ſoluunt monachi, regulares, & clerici communiter uiuentes: &, quòd nouale eſt ager de nouo redactus ad culturam 240, §. de monachis

decimas ſoluere tenentur monachi, & alij communiter uiuentes, & de prædijs de nouo acquiſitis, & proprijs manibus excultis, niſi obſtet aliquod priuilegium 241, para. ſed etſi eiſdem

Declinatoriæ exceptiones proponi debent ante omnem exceptionem, alioqui amplius opponi non poterunt 297, para. hæ uerò regulariter

Decreta Pontificum Romanorum æquipollent decretis conciliorum 10, par. decreta quoq; Pont.

Defectus magnus ſcientiæ tribuit legitimam cauſam renuntiandi 49, §. propter defectum

defectu, qui obuenit mihi ex te, non potes uti cõtra me ad tuum commodum 411, §. dubitatum tamen fuit

Deficiens in purgatione, habetur pro conuicto: & ſuper notorio non eſt indicenda purgatio 370, §. quicunque uerò

Degradatio duplex eſt, uerbalis & actualis 53, par. eſt autem degradatio

in Degradatione ſacerdotum ob cauſam hæreſis poteſt procedere ſolus Epiſcopus delinquentium cum ſuis minoribus prælatis 54, §. quinimo interdum

Degradatus traditur curiæ ſeculari: & pro eo debet Eccleſia intercedere: &, degradatus ſe immiſcens ſacris excommunicatur 55, §. clericus igitur

Delatio habitus tacitam oſtendit profeſſionem: &, unuſquiſque debet ſe conformare cum habitu quem gerit 112, §. tacitè profitetur quis

Delegare poſſunt, non ſolùm Princeps, ſed etiã alij ordinarij, licet delegatus à Principe ſit magis priuilegiatus 260, §. poſſunt autẽ iuriſdict.

delegari poteſt una cauſa etiam pluribus, & ſi in reſcripto non fuerit adiecta clauſula, Quòd ſi non omnes, ualebit proceſſus: ſecus ſi talis clauſula fuerit adiecta, quo caſu procedere poterunt, ſi conſtet aliquos nõ poſſe, uel nolle intereſſe 261, par. item mandari poteſt

Delegatio ſoluitur reuocatione iuriſdictionis re integra 264, parag. ſoluitur autem delegatio

delegatio ſoluitur morte tam delegãtium, quàm delegatorum: &, ſi unus ex pluribus delegatis moriatur, adhuc ſoluitur delegatio, niſi aliud expreſſum ſit in reſcripto, uel ſub nomine dignitatis facta ſit delegatio 265, §. morte extinguitur

delegatio perimitur impedimento delegati, tã iuris quàm facti 265, para. ſed etſi delegatus

delegatio recuſatione extinguitur, cum iudex datus ſuſpectus poſtulatur, & pronũtiatur 267, §. recuſatione quoque

Delegatus à Principe regulariter non poteſt quem citare, ut compareat perſonaliter

260

260, non tamen in ciuili
Delegatus à Papa non ſubdelegat niſi perſonis enumeratis 261, parag. ſed nec omnibus
delegatus unus ex pluribus, ſi negotium inchoauerit, alij non poſſunt ſe intromittere, niſi ex cauſa 262, §. porro uno illorum
delegatus debet diligenter ſeruare fines mandati: & cùm quid committitur, cenſentur omnia commiſſa, per quæ peruenitur ad illud 262. par. ſed ſiue uni
delegatus admittit rationabiles exceptiones, niſi uerba reſcripti ſonent in contrarium 263, §. rationabiles quoq;
delegatus habet iuriſdictionem etiam in eum, in quem facta fuit alienatio poſt impetratum reſcriptum, licet reſcriptum de eo non faciat mentionem 263. §. ſed etſi literas
delegatus ſedis Apoſtolicæ in cauſis quæ agitantur coram ſe pro minori quatuordecim annorum, poteſt eidem curatorem dare, uel authoritatem conſtituendi procuratorem: & omnis qui non prohibetur, poteſt eſſe procurator 271, para. quin etiam Apoſtolicæ
delegatus debet in citatione inſerere tenorem ſuæ commiſsionis, & deſignare ſuum auditorium: ſecus eſt in ordinario 287, §. iam uerò multum
delegatus à Principe poteſt propriam ſententiam intra annum exequi 341, §. ſed etſi ordinarius
delegato quid ſit agendum, ſi iuriſdictio eius expiret in peremptorio 287, §. item in delegato
Delicta publica etiam publica pœnitentia lui debent 134, §. publica pœnitentia
Delinquens captus ſi prætendatur clericus, utrùm ita ſit, debet cognoſcere iudex clerici uocato iudice ſeculari 257, §. dubitari tamen poteſt
delinquens captus habitus pro clerico ſtatim debet reſtitui iudici Eccleſiaſtico 258, §. ſed ſi notorium
Demonſtrari debet per exteriora, qualis quis ſit interiùs 38, parag. oportet item
Dependentia & connexa ſunt ſimul tractanda 78, §. poſthæc uideamus
Deponere proprius ſolus Epiſcopus poteſt cõſtitutos in minoribus ordinibus, ſecus in maioribus 54, para. quod autem dictum eſt
Depræhenſi in ſcelere, & uulnerati, ſi confeſsi ex uulneribus mortui fuerint: item improuiſo caſu oppreſsi, non priuantur eccleſiaſtica ſepultura 229, §. quin etiam ſi
Deputatis ultimo ſupplicio ſacramentum pœnitentiæ & Euchariſtiæ nõ negatur 139, §. nec infirmis ſolùm
Deſcendentes ab hæretico uſque ad ſecundũ gradum, ab hæretica uſque ad primum, non poſſunt habere beneficium Eccleſiaſticum, niſi pater aut mater deceſſerint emendati 380, §. ſed & eorundem
Detinens, uel ducens clericos in uincula, incurrit excommunicationem latæ ſententiæ, niſi faciat de uoluntate ſuorum prælatorũ 404, §. interdum etiamſi
Deuolutio fit ad Ordinariũ, Regularibus prælatis non conferentib. infra ſex menſes 82, §. idem ſtatuitur
deuolutio non habet locum in Eccleſia non numerata, & quando dignitas eſt ſuppreſſa 83, par. hæc autem ita
deuolutionis tempus currit tantùm non impeditis, & à die notitiæ 82, §. tempus autem ſex
Deo dicatos homines qui corporaliter offendũt, incidunt in excommunicationem latæ ſententiæ, à qua non poſſunt abſolui, niſi per Papam 403, par ſiquis igitur
Diaconi in uigeſimo anno ordinari poſſũt 60, §. ſicut autem ſubdiacono
diaconi in ſacris conſtituti ſunt, & ſubdiaconi: &, diaconi debent Epiſcopum cuſtodire, ſacerdotibus celebrantibus aſsiſtere, Nouũ teſtamentum prædicare: Euchariſtiam uerò præſente Epiſcopo, uel presbytero populo erogare non poſſunt 58, par. ſicut autem

Dicenti ſe uelle ingredi religionem, eſt certum tempus præfigendum, intra quod uel ingrediatur, uel ad uxorem redeat 154, §. ei autem qui

Diebus feriatis in honorem Dei, etiam ex conſenſu partium non poteſt procedi: &, anguſtia temporis ad comparendum dati, uitiat citationem 286, para. ſed etſi te iudex

Diffamato de excommunicatione non poſſumus communicare, niſi ſe purget, uel ad cautelam ſe faciat abſolui, & toleratus ab Eccleſia non debet uitari, niſi in occulto 413, §. ſed etſi, qui

Dignum maius trahit ad ſe minus dignũ 144, §. ſanctificatum autem

Dilationes ad teſtes examinandos tres dari poſſunt, & ex cauſa etiam quarta ſub certo tamen iureiurando 329, para. dabunt autem iudices

Dilatoriæ exceptiones, non declinatoriæ regulariter proponuntur ante litem conteſtatam, quandoque tamen etiam poſt 298, §. ergo in initio

Diſpenſari poteſt cum paruulis, qui cupiditate parentum Eccleſias ſunt conſecuti, poſt liberam reſignationem 375, §. quinimo qui paruuli

diſpẽſari poteſt circa collationem factam poſt deuolutionem 83, §. is quoque, qui

Diſpoſitio regulariter reſtringitur ad tempus præſens, & mentio potentiæ intelligitur de præſenti 94, §. eodem etiam ſpectat. Cætera uide infrà in uer. Interdicto

Diuortium eſt diſſolutio matrimonij, & ſeparatio thori poteſt appellari diuortium 183, §. diuortium eſt

Domeſtici, & ſimilem habentes cauſam, non poſſunt eſſe teſtes 329, para. domeſtici quoque

Dominus, præſtito iuramento de impunitate, poteſt ſeruum ſuum etiam inuitum ab Eccleſia abducere 211, parag. quòd ſi ſeruus ſit

Dormiens, & amens, ſi ante ſomnum & amentiam habuerunt propoſitum baptizandi, baptizari poſſunt 27, para. de dormientibus

dormientes ex commiſſo homicidio non incurrunt irregularitatem 72, par. idem conſtitutum eſt

Dotans, uide ſuprà in uer. Aedificans

Dotes uxorum ob hæreſim maritorum non ſunt confiſcandæ, niſi ſcienter contraxerint matrimonium cum hæreticis 379, §. ſed & cùm alteri

Ducenti in uxorem ſcienter publicam meretricem, peccata remittuntur 161, para. quin potius qui Reliqua uide ſuprà in uer. Detinens

E

Eccleſia primitiua non habuit ſubdiaconos: &, apud antiquos ſubdiaconatus non reponebatur inter ſacros ordines, ſed poſteà & is ordo inter ſacros cœptus eſt haberi. &, ſubdiaconus poteſt eligi in Epiſcopũ 59, §. ſubdiaconos licet

Eccleſia ſi ſteterit uacans per ſex menſes, beneficium deuoluitur ad capitulum 81, §. eadẽ ratione, ubi

eccleſia ſi ob patronorum diſcordiam detrimentum patiatur, poteſt Epiſcopus interdicere diuinis 102, paragra. quòd ſi ita ſimultates

eccleſia noua ob commoditatem plebium ædificari poteſt, quæ tamen matrici honorem exhibere debet 197, para. plebium commoditas

eccleſia noua ædificari poteſt, utputà pro leproſis uniuerſitatis intuitu 198, §. uniuerſitatis intuitu

eccleſia indotata conſecrari non debet: & quæ ſeruari debent in conſtruenda, uel conſecrãda eccleſia 199, par. quacunque tamen ex cauſa

eccleſia debet, quanto poteſt citiùs, conſecrari 200, §. baſilica igitur

eccleſia conſecranda eſt ab Epiſcopo, qui priùs bapti-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

baptizauit incolas regionis, ubi conſtructa eſt 200, §. etſi dubitetur

Eccleſia ſemel conſecrata non debet amplius conſecrari: nec dicitur iteratum, quod ignoratur ſemel factum 201, §. Eccleſiæ autem

eccleſia polluta debet reconciliari 201, §. ſed ſi Eccleſia

eccleſia quibuſcunque diebus poteſt conſecrari, ſed ſolum ab epiſcopis, qui ea, quæ ſunt iuriſdictionis, poſſunt demandare inferioribus: ſecùs, quæ ſunt ordinis 202, §. confici autem poterit

eccleſia, ubi ſepulta ſunt corpora infidelium, non debet conſecrari, niſi ſeruata forma, de qua in iſto §. dicitur 292, paru. illud etiam

eccleſia uacans licet poſsit uniri, unio tamen eccleſiarum uacantium diſſolui non poteſt 207, §. illud inter inſtituendum

eccleſia & minor reſtituuntur aduerſus ſententiam etiã à ſede Apoſtolica latam 361, §. adhuc autem iſs

eccleſia reſtituitur aduerſus quamlibet læſionem, etiam aduerſus aliam eccleſiam 361, §. ſed etſi non

eccleſiæ Romanæ omnes eccleſiæ ſubſunt 15, §. ſicut autem Petrus

eccleſiæ cenſetur relictum, relictum ſacerdoti pro anima: ſecus eſt, ſi quid ei ſit relictum ſub onere fideicommiſsi 252, §. ſed etſi non emerit

eccleſiam nouam conſtruenti poteſt nouum opus nunciari 199, parag. ſed ſi quis, dum

eccleſiam qui conſtruit præter Epiſcopi conſenſum, facit iacturam ſui patronatus 200, §. diuerſum ſtatuetur

eccleſiam ſuam non poteſt quis grauare pro alienis debitis, & debita neceſſaria à prædeceſſore luenda ſunt. Idem, ſi clericus de mandato fideiuſſerit, aut in rem ipſius eccleſiæ mutuum uerterit 245, §. ſed nec commiſſam

eccleſiæ plures baptiſmales non debent fieri ſub una terminatione, & terminationis controuerſia dirimenda eſt iudicio plebium, uel ſorte 197, §. plures tamen baptiſmales

Eccleſiæ Epiſcopo omnimodam ſubiectionem debent 213, paragra. quemadmodum autem

eccleſiæ & prouinciæ de nouo conuerſæ in perſoluendis cenſibus ſeruabunt conſuetudinem uicinarum 218, §. ſed quis erit modus

eccleſiæ omnes poſitæ in diœceſi ſubſunt Epiſcopo, etiam monaſteria, & monachorum capellæ, niſi defendantur priuilegio, uel præſcriptione 220, paragra: uſqueadeo autem

eccleſijs qui aliquid contulerunt, uel acquiſiuerunt, poſſunt pro modo collati uel acquiſiti manumittere, dum tamen manumiſſus cum poſteritate & peculio remaneat in patrocinio Eccleſiæ 249, parag. illud etiam Toletano

eccleſijs parochialibus monachi præeſſe non poſſunt, licet ſecus ſit in regularibus 116, §. fugitiuos uerò debent

Eccleſiaſticæ perſonæ non poſſunt à ſecularibus poteſtatibus collectari 212, para. realis immunitas eſt

eccleſiaſticæ res ſunt aut ſpirituales, aut temporales 119, §. ſuperiore libro

eccleſiaſticæ reputantur & res illæ, quas ſacerdos acquiſiuit, cùm tempore ſuæ promotionis nihil haberet, qui ſub pœnis hîc contentis curabit, ut de rebus à ſe emptis ad nomen Eccleſiæ ſcripturam conficiat 251, paragra. ergo res Eccleſiaſticas

eccleſiaſticus patronus habet ad præſentandum menſes ſex: laicus quatuor: Eccleſiaſticus non poteſt uariare, laicus poteſt. 100, parag. ſunt tamen inter Cæteraui de ſuprà in litera B, in uer. Bona & in litera C, in uer, Canonica portio

Electio Papæ multa habet ſpecialia 18, §. ſed hæc quidem

electio celebratur multis modis, & quomodo per inſpirationem, & quòd laici non per inſpirationem, ſed per conſpirationem dicuntur eligere 18, para. celebratur autem electio

electio quō dicatur celebrari per ſcrutinium, et qui ſint ſcrutatores 19, para. per ſcrutinium

electio quomodo per compromiſſum celebretur, & quòd arbitri non ſeruantes formam compromiſsi nulliter eligant 20, §. per cō promiſſum

electio deuoluitur ad proximum ſuperiorem ob non ſeruatam formam, & ob negligentiā eligentium 22, para. interdum tamen accidit

electio facta de indigno ius eligendi transfert ad Romanum Pontificem 22, §. alia ſanè cauſa

contra Electionem factam à duabus partibus non poteſt opponi, niſi de nullitate uoti alicuius earum dictarum partium 19, §. hoc tamen tunc obtinebit

Electus debet intra menſem conſentire electioni, alioqui alius poterit eligi 26, §. nunc uidendum eſt

electus poſt conſenſum electionis præſtitum, uel notitiam habitam, debet intra mēſem ad ſedem Apoſtolicam iter arripere, & quanto citiùs poterit, confirmationem obtinere 26, §. eadem conſtitutione

electus ſchiſmaticus poteſt diſpenſari, ſi nullum ordinem à ſchiſmaticis ſuſcepit 30, §. de illo dubitari contigit

electo non eſt obediendum, niſi literis confirmationis oſtenſis 27, § petet igitur is Cætera require infrà in uer. Epiſcopus

Eligendi ius quibus competat 21, §. ius igitur prælatum

Eligentes indignum per triennium eligere non poſſunt 24, §. illi quoque, qui

eligentium pars minor ad infringendam maioris partis electionem poteſt opponere de propria authoritat[illegible] zelo, & de meritis electi 19, §. quòd ſi eligentum uota

Eligere non poſſunt impuberes, & non conſtituti in ſacris 21, §. ſed neque in

eligere à ſuperiore prohibiti, abſentes, hæretici, non poſſunt eligere 22, §. his quoque

eligi non poſſunt minor xxx. annis, excommunicatus, ſuſpenſus, & non conſtitutus in ſacris, & ſchiſmaticus non reconciliatus 23, §. igitur is, qui

eligi qui non poteſt, non animi uel corporis uitio, ſed aliàs, putà minor xxx. annis, uel ſpurius, poteſt poſtulari 25, §. ſciendum eſt

Emphyteuta, uide infrà in uer. Ruinæ

Epiſcopalis & parochialis portio pari paſſu ambulant 232, para. item de quibus relictis

Epiſcopatum adminiſtrarē impeditus, & propterea factus monachus, ceſſante impedimē to poteſt reuerti ad Epiſcopalem dignitatem 50, §. cæterùm ſpeciales

epiſcopatum aſſecutus ſimoniacè, ſed ignoranter, ſi fiat poſtea regularis, licet ad primum reuerti non poſsit, alium tamen Epiſcopatū conſequi poteſt 51, §. rurſus ſi quis inſcius

Epiſcopus, & electus debent poſtulari, non eligi: ſecus abbas & alij inferiores 25, §. epiſcopus quoque cùm

epiſcopus cauere debet ab improborum commercio, & in corrigendo non minùs charitatem, quàm poteſtatem exercere debet 35, §. ab improborum quoque

epiſcopus orationi & prædicationi debet inſiſtere 36, parag. imprimis autem orationi

epiſcopus hoſpitalis eſſe debet, et liberalis 37, §. ſed nec utranq;

epiſcopus non debet ſecularibus negotijs ſe implicare 57, §. ſicut autem epiſcopum

epiſcopus pudicitiæ ſtudioſus eſſe debet 38, §. pudicus quoque

epiſcopus qui ſemel ad uitam Monachalem tranſiuit,

tranſiuit, non poteſt rurſus ad epiſcopalem dignitatem reuerti 5[illegible] §. accidit autem interdum

Epiſcopus proprius ſolùm poteſt deponere cōſtitutos in minoribus ordinibus, ſecus in maioribus 54, §. quod autem dictum eſt

epiſcopus ſolus delinquentium cum ſuis minoribus prælatis procedere poteſt in degradatione ſacerdotũ ob cauſam hæreſis 54, §. quinimo interdum

epiſcopus tantùm ſacros ordines confert, minores interdum & alij, & Epiſcopus qui loco, non dignitati renunciauit, ſacros ordines cōferre poteſt, ſecus ſi etiam dignitati: quia tũc ſolùm minores confert 67, §. illud poſtremò omittendum eſt

epiſcopus & capitulum ſi habeant poteſtatem conferendi coniunctim, non poteſt unus ſine altero, niſi in uno ſubſit impedimentum, conferre: & ſi Epiſcopus poſsit conferre, tamē de conſilio capituli: etiam quando ſit impeditus, capitulum non poteſt ſe in collatione intromittere, niſi epiſcopus ſit negligens in remouendo impedimentum, & mortuo uel abſente eo, cuius conſilio interueniente eſt conferendum, non eſt ob id differenda collatio 81, §. quam conferendi poteſtatem

epiſcopus qui inſtituit ſecũdo loco præſentatũ, in pœnam tenetur prouidere etiam primo præſentato 100, §. ſed ſi laicus

epiſcopus poteſt ex cauſa eccleſiam patronatā ſecundum certam formam commēdare 102, §. quòd ſi neceſſarium

epiſcopus in Eccleſia iuris patronatus laicorum ex cauſa poteſt ponere Oeconomos, qui colligant fructus erogandos in utilitatem laicorum 103, §. erit etiam Epiſcopo

epiſcopus poteſt interdicere diuinis, ſi eccleſia ob patronorum diſcordiam detrimentum patiatur 102, §. quòd ſi ita

epiſcopus non poteſt ſpernere patroni præſentationem 104, paragra. quemadmodum autem

epiſcopus poteſt ſuo ſubdito concedere licentiam eligēdi confeſſorem 136, §. Epiſcopus quoque

Epiſcopus excreſcentibus fidelibus, nouam Eccleſiam conſtruere poteſt, & unam in plures diuidere 196, para. conſtruuntur autem

epiſcopus fabricans Eccleſiam nō eſt periurus, licet iurauerit non alienare eccleſiaſtica 179, §. nec quicquam

Epiſcopus
Sicut unire epiſcopatus pertinet ad Romanum Pontificem, ſic minores eccleſias ad epiſcopum, cui ſubſunt: inferiores uerò non poſſunt unire 204, §. non tamen

epiſcopus unire poteſt eccleſiam alteri, uel loco religioſo donare etiam non uocato Rectore, uel defenſoribus, ſed propriæ menſæ nō poteſt 205, §. uſqueadeò

epiſcopus non poteſt nouum cenſum imponere, uel ueterem augere, præter cathedraticum 217, § ſed nec Epiſcopus

epiſcopus ex cauſa, & non in propriam utilitatem poteſt nouum cenſum conſtituere, vel augere ueterem, accedente conſenſu capituli, ibidem §. quod autem

epiſcopus remittens eccleſiæ ſeruitia, non cenſetur remittere procurationem, ſed illam dare detrectātes poteſt excommunicare: &, procurationi non præſcribitur 218, para. & adeo

epiſcopus ob urgentem neceſſitatem poteſt exigere charitatiuum ſubſidium 219, § poſtremò admonendi

epiſcopus cum eccleſijs inferioribus non diuidit ſibi relictum, ſed bene detrahit quartam de relictis dictis eccleſijs 235, §. ſecus autem eſt

epiſcopus regulariter non poteſt aliquid agere ſine conſenſu, uel conſilio capituli 244, §. tractenus

epiſcopus feudum à uaſallo alienatum, & difficilis recuperationis, poteſt alteri ſub conditione recuperandi concedere 248, § ſed & in feudum

Epiſcopus poteſt feudum deuolutum alteri concedere 249,§.quinimò

epiſcopus poteſt permutare terras duarum eccleſiarum ſuæ diœceſis, illarum accedente cōſenſu, & de temporalibus ad ſpiritualia nō poteſt fieri permutatio 250, §. epiſcopus quoque

epiſcopus non poteſt diſpenſare cum electo ſimoniacè, licet ignoranter, ſed bene ſuper aſſeruatione beneficij ſimplicis, præuia tamē reſignatione 373, paragr. ſed uideamus

epiſcopo ex cauſa datur coadiutor: cuius datio ad ſedem Apoſtolicam pertinet 42, §. accidit etiam

epiſcopo conceditur pro ſepultura propria eccleſiam ædificare, aut nouum monaſterium conſtruere 198,§. epiſcopo quoque

epiſcopo quædam pertinent iure ordinationis, quædam lege iuriſdictionis, quædam lege diœceſana 214,§. ſed hæc omnis

epiſcopo & eccleſiæ ſi quid coniunctim legetur, fit inter ipſos diuiſio, etiam ſi teſtator hoc reliquerit epiſcopo, illud Eccleſiæ, niſi ſtare uelint teſtatoris uoluntati, quod ob fauorem ultimæ uoluntatis conceditur 234, §. quòd ſi coniunctim

epiſcopo ſi teſtator aliquid reliquit, & aliquid reliquit eccleſijs, & iuſsit epiſcopum eſſe cōtentum ſuo relicto, poſthabita detractione quartæ, ſeruanda eſt teſtatoris uoluntas, niſi ſit facta in fraudem 235,§. hoc autem

epiſcopo debetur à rectoribus quarta decimarū quas exigunt, niſi præſcripta fuerit 244, §. poſtremò ſciendum

epiſcopum qualem eſſe oporteat 23,§. oportet autem

epiſcopi ſunt, qui præſunt maioribus populis, & Latinè ſpeculatores appellari poſſunt, & magna eſt ipſorum in Eccleſia authoritas 14,§. ſimpliciter autem

epiſcopi duobus modis creantur 15, §. promouentur autem

epiſcopi & presbyteri olim erant ijdem, ſed in remedium ſchiſmatis de presbyteris unus electus eſt, qui epiſcopus dicitur 57, §. preſbyterum

Epiſcopi Italici non debent ordinare Vltramontanos, niſi de licentia Papæ, uel ſui ordinarij 70,§. & hoc quidem

epiſcopi ſoli chriſmant 131, paragra. igitur omnes

epiſcopi debent propalare nomina excommunicatorum 415, paragra. unde & excuſationis

epiſcopi & ſuperiores nunquam incurrunt ſententiam interdicti uel ſuſpenſionis ipſo iure, niſi de ipſis expreſſa mentio habeatur 430,§. ea propter

epiſcoporum ordo eſt tripartitus, & Patriarchæ primum poſt Papam locum tenent 13, §. in altiori gradu

epiſcopis uiſitantibus debetur procuratio 218, §. ulterius

epiſcopis prouincialibus deficientibus, aduocandi ſunt epiſcopi uicinæ prouinciæ 32,§. illud quæſitum

epiſcopis ſubſunt Xenodochia, Orphanotrophia, & loca ſimilia, qui prouidere debent ne illorum res diſsipentur 221, par. Xenodochia

epiſcopos transferre ad ſolum Romanum Pontificem pertinet 45, §. ſciendum Cæterauide infrà in uer. Pleraque, & in uer. Sententia

Error in perſona impedit matrimonium 160, §. multò magis

error perſonæ & conditionis impedit matrimonium, non autem qualitatis & fortunæ 161,§. ergo non omnis

error perſonæ qualis ſit conditionis, fortunæ, & qualitatis 162,§. ſolum igitur

Eucharistia

Propriè ſacerdotes appellantur qui Euchariſtiam conficiunt, impropriè etiam diaconus, & ſubdiaconus 60, paragra. diximus autem

Euchariſtia à presbytero tantùm exhiberi debet, non ab inferiori, niſi ſubſit neceſsitas 140,

140,§ ſed nec ab omnibus

Euchariſtia Scenicis & hiſtrionibus non eſt dāda, pro cæteris autē, maximè infirmis debet eſſe parata 141,§.item quamuis

euchariſtiæ ſacramentum maximum eſt, & ſaltem ſemel in anno debet aſſumi 139, §. eſt autem Cætera uide infrà in uer. Sacramentum

Examen debet præcedere collationem beneficiorum 64,§.quod & in

Exceptio quid ſit: & quotuplex eius eſt ſpecies, dilatoria, & perēptoria, & quòd dilatoriarum quædam reſpiciūt iudicem, quædam actorem, quædam reum, & quædam cauſam 196,§.exceptio

exceptio ſi opponatur contra agentem ſpolio, per quam concludatur actorem non poſſediſſe, ſpoliatus ante omnia non reſtituitur 313,§.ſed etſi talis

exceptio excommunicationis licet ſit dilatoria, tamen poteſt opponi & ante & poſt litē conteſtatam 298,§.his annumeranda

exceptio excōmunicationis cùm opponitur, ſeruanda eſt certa forma 299,§.ſed cum

exceptio excommunicationis poteſt actori opponi in prima tantum inſtantia, non in ſecunda. Idem de cæteris dilatorijs, ibidem § hæc tamen

exceptiones ducuntur ex loco, & ex tempore, & ex alijs fontibus 298, §. ducuntur autem

exceptiones peremptoriæ ſunt quæ ius actoris perimunt, & ſemper agentibus obſtant 300,§.peremptoriæ

exceptiones peremptoriæ litis finitæ ſunt, quæ impediunt litis ingreſſum 301, §. harum quædam

exceptiones peremptoriæ proponuntur poſt litem conteſtatam ante ſententiam, ibidem §.cæteræ uerò

exceptiones præiudiciales ſunt quæ alteri cauſæ præiudicium afferunt: putà exceptio cōſanguinitatis, cauſæ reſtitutionis uiri, exceptio natalium, petitionis hæreditatis 302, §.ſunt etiam quædam

Exceptiones rationabiles admittet delegatus, niſi uerba reſcripti ſonent in contrarium 263,§.rationabiles

exceptiones contra teſtes, peremptoriarum naturam ſapiunt, ideo ante ſententiam proponendæ 304,§.ſed & aliæ

Excipiens non confitetur agentis intentionem: & poteſt quis etiam plures contrarias exceptiones opponere, & ſi iudex non admittat, poteſt appellari, & iudex puniri 306, §.poſtremò ſciendum

Excommunicari non poteſt unus pro delicto alterius 425,§.at non ſicuti

Excommunicatio quid ſit 402,§.eccleſiaſticæ cenſuræ

excommunicatio minor à perceptione ſacramētorum, maior etiam à fidelium communione ſeparat 403,§.excommunicationum

excommunicatio iudicialis eſt, quam infert iudex, & cui cauſa committitur, omnia quæ cauſam cōtingunt, cēſentur permiſſa 409, §.iudicis

excommunicationis ſententiā debet præcedere monitio, & debet fieri in ſcriptis, ita ut cauſam contineat 410,§.quoties

excommunicationis abſolutio ad cautelam peti poteſt 417,§.ſi quis tamen

excommunicationis abſolutio non debet peti omiſſo medio, niſi in contrarium ſit conſuetudo 415,§.ſed hoc caſu

excommunicationum aliæ ſunt latæ ſententiæ, aliæ ferendæ: et latæ ſentētiæ eſt, cùm quis ſine facto iudicis à iure excommunicatur 403,§.rurſus

Excommunicatus minore excommunicatione eligit, ſecus maiore 21,§ illud quæſitum

excommunicatus nec proprio nomine, nec alieno poteſt eſſe in iudicio, niſi ad defenſionem 274,§.ſi uerò

excommunicatus à delegato principis, etiam delegato mortuo non poteſt ab ordinario abſolui, uel alio, præter quàm in mortis articulo, uel de mandato Papæ 261,§.quæri

Excommunicatus non poteſt reconuenire 308, §.idem iuris eſt
excommunicatus ſi ante mortem oſtenderit ſigna pœnitentiæ, etiam mortuus poteſt abſolui 412, § planè ſi
excommunicatus minori, ſi induręſcat in ea, poterit excommunicari maiori 415, §. quòd ſi ex locutione
excommunicatus cui Papa communicat, non propterea cenſetur abſolutus, niſi Papa id exprimat 422, §. nouiſſimè ſciendum
excommunicato communicari non poteſt ante abſolutionem, etiamſi dederit cautionem iuratoriam de parendo mandatis eccleſiæ, et Epiſcopus ei communionem reddiderit, etiamſi morte præuentus non potuerit abſolui 412, §. nec ideo magis
excommunicato omnes qui ante prolationem ſententiæ tenebantur communicare, tenentur etiam poſt 416, paragra. uxores quoq;
excommunicatum iniuſtè ſi quis ſe dicat prius eſt abſoluendus ante quàm ſint admittendæ probationes ſuper iuſtitia excommunicationis 420, §. aliud iuris erit
Exempla ſolenniter ſumpta, fidẽ faciunt 334, §. idem & de exemplis
Exorciſtatus eſt de minoribus ordinibus 61, § ſunt igitur in eccleſia
Expectatiuam habens poteſt acceptare beneficium uacaturum primum, uel ſecundum, uel alterius, certum tamen acceptare non poteſt 90, § poterit tamen is
Expenſæ, uide ſuprà in uer. Appellantem
Expoſitus, uide infrà in uer. Filius
Expreſsio eius quod tacitè ineſt, nihil operatur, niſi per alium modum quàm quo tacitè ineſt, fuerit facta expreſsio 92, §. aliud iuris eſt
Expreſsi & taciti eadem eſt uirtus 349, §. quòd ſi iudex in termino.
Extrema unctio ſolet exhiberi iſs, de quorum morte dubitatur: &, duplex unctio exterior & interior, & interiorem exterior deſignat 143, §. hactenus

F

FActa plus operantur, quàm uerba 355, §. appellaſſe
Fama præſtat adminiculum cæteris probationibus & iudex ex uarijs debet animum ſuũ inſtruere 338, § fama quoque
Ferijs inductis hominum cauſa renuntiari poteſt 287, § aliud tamen
Feſta dedicationum eccleſiarum debent celebrari 202, §. ſolennitates
Feudum à uaſallo alienatum, & difficilis recuperationis poteſt Epiſcopus alteri ſub conditione recuperandi concedere 248, § ſed & in feudum
feudum deuolutum poteſt per Epiſcopum alteri concedi 249, §. quinimo
Fideles poſt receptum baptiſmum debent chriſmari 130, § quamuis autem
Filiusfamiliàs licet non poſsit aliquid relinquere pro anima, ſi careat caſtrenſi peculio, uel quaſi: tamen poteſt ſibi eligere ſepulturam, niſi ſit impubes, quo caſu poterit pater ſepelire illum ubi uoluerit, niſi ſit conſuetudo in contrarium 225, para. de filiofamiliàs
Filius à patre, uel ab alio, patre ſciente, expoſitus, liberatur à patria poteſtate: &, expoſitum ſuſcipiens nullum in eo ius habet 399, §. quòd ſi filius
filij presbyterorum non poſſunt ordinari niſi fiant regulares, uel monachi: uel niſi ſint nati ex legitimo matrimonio, uel ſint ualde moderati 75, §. presbyterorum
filij nati ex matrimonio, cui obſiſtit publicæ honeſtatis iuſtitia, non ſuccedunt patri publicè contrahenti 169, §. filij quoque
filij, per quorum neutrum uentum eſt ad compaternitatem, copulari poſſunt, niſi mos regionis aliud inducat 171, paragra. de filijs quoque
Fœneratores non ſolùm, ſed etiam illorum hæredes debent uſuras reſtituere, nulla obſtante appellatione 190, §. nec is tantum

Fornicatio carnalis & ſpiritualis æquiparantur 155 §. idem eſt

Fornicatus cum pluribus concubinis, non incurrit irregularitatem bigamiæ 76, §. aliud iuris eſt

Frigiditas & coeundi impotentia matrimoniũ impediunt 167, § item frigiditas

Fructus quibus caſibus in ſortem quis computare non teneatur 391, parag ſunt tamen caſus

Fur occultus poteſt poſt reſtitutionem & pœnitẽtiam ad ſacros ordines promoueri 74, § de fure

Furioſi ex commiſſo homicidio non incurrunt irregularitatem 72, paragra. idem conſtitutum eſt Cætera require infrà in uer. Ordinari.

Furor impedit matrimonium cõtrahendum, ſed non dirimit contractum 167, para. furor quoque

Furtum committentes ob neceſsitatem minus puniuntur, & pœna furum puniuntur participantes cum eis, & qui furtorum ſunt conſcij 388, §. ſed hæc de illis

furti nomine omnis illicita uſurpatio cõtinetur: & fures promoueri non poſſunt, imò promoti deponuntur, et ſi ſint incorrigibiles, debent excommunicari, & ſi occiſi fuerint in furto, non eſt pro eis orandum, niſi ante mortem ſint confeſsi 387, §. furti quidem nomine

G

GRatia alicui conceſſa, ut prouidere poſsit perſonis idoneis in certa Eccleſia, perſonis non expreſsis, non expirat re integra per obitum concedentis, ſecus ſi perſonæ eſſent expreſſæ 97, §. illud quoque

H

HÆreticus poteſt miniſtrare ſacramenta 122, §. ergo qui baptizat

Hæreticus non reſtituitur ante omnia. Idem ſi in reſtitutione timetur de periculo animæ, uel ſcandalo: quia differtur reſtitutio 314, §. plures præterea

Hæretici qui ſint, & qui ſchiſmatici, & quomodo differant 377, paragra. hæretici ſunt

hæretici, niſi hæreſim abiurauerint, omni eccleſiaſtica prærogatiua nudati traduntur ſeculari curiæ puniendi 378, par. in hæreſi autem

hæretici non poſſunt tradi Eccleſiaſticæ ſepulturæ: &, tumulantes eos excommunicantur, nec antè abſoluuntur, quàm proprijs manibus exhumauerint 380, para. eccleſiaſtica quoque

hæretici qui receperunt pœnitentiam eccleſiæ, uel recipere ſunt parati, ſunt reincorporãdi: poſt abiurationẽ uerò relapſi non ſunt amplius reincorporãdi, ſed traduntur curiæ ſeculari: eis tamen non negatur ſacramẽtum pœnitentiæ 381, §. ſed uideamus, qui

hæreticorum in cauſa plura contra eos ſunt inducta, & in proceſſu contra eos 383, par. plura quoque ad Reliqua habes ſuprà in uer. Bona. & infrà in uer Suſpecti

Hiſtrionibus non eſt danda Euchariſtia, pro infirmis ſemper debet eſſe parata 141, §. item quamuis

Homicida uoluntarius non poteſt promoueri, & promotus eſt deponendus: ſecus de neceſſario 70, §. patrati delicti

Homicidium fortuitum commiſſum dum dabatur opera rei illicitæ, impedit quem promoueri 71, §. quòd ſi neque uoluntarium

homicidium ſi dans operam rei licitæ commiſit ex negligentia, irregularitatem incurrit, ſecus ſi non ex negligentia, ſed mero caſu, ibidem, §. ſed etſi licitæ

homicidium fortuitum non punitur, ſi nulla culpa caſum præceſsit 398, §. idem etiam

Homo liber non debet ab eccleſia uiolenter abſtrahi, niſi impetrata uita, & membrorũ incolumitate 210, paragra. hæc tamen

in Hoſpitalib. circa ſacramentorum exhibitionem ſeruanda eſt antiqua conſuetudo 223, §. prædicta uerò Cætera uide ſuprà in uer. Adminiſtratores

I

IEiunis & àieiuno debet dari Chriſma, niſi neceſsitas aliud cogat 139,§.accedent

Ignorantia excuſat participantem cum excommunicato 415,§.interdum tamen

Immunitas in titulo de immunitate eccleſiarum largè aſſumitur, & quid ſit immunitas 207,§.immunitas

immunitatis Eccleſiarum triplex eſt ſpecies, localis, perſonalis & realis, & quòd immunitas localis eſt, per quam profana in eccleſijs, & non conſecratis, uel oratorijs exerceri prohibentur 208,§.eſt autem eccleſ.

Impediens conceptionem, uel abortum procurans, punitur ut homicida, ſecus ſi id caſu fieri contingat 399,§.is quoque

Impeditus adminiſtrare Epiſcopatum, & propterea factus monachus, ceſſante impedimento, poteſt reuerti ad epiſcopalem dignitatem 50,§.cæterum

Imperator, uide infrà in uer. Laici

Impubes ſi præter parentum uoluntatem monaſterium fuerit ingreſſus, poſſunt parentes intra annum reclamare, ſecus ſi ſit pubes 110,§.quòd ſi impubes

impuberes duo quorum malitia non ſupplet ætatem, & qui pubertati non ſint proximi, uel etiam alter tantùm ſit impubes, ſi per uerba de præſenti matrimonium contraxerint, talis contractus reſoluitur in ſponſalia de futuro, & ex eo inducitur iuſtitia publicæ honeſtatis 147,§.conſenſu

impuberes uolentes diſſoluere ſponſalia non ſunt audiendi, ſed expectandum eſt tempus pubertatis 151,§.de illis qui

impuberes & non conſtituti in ſacris non poſſunt eligere 21,§.ſed neque Cætera uide infrà in uer. Monachus, & in uer. Mulier

Indultis Apoſtolicis derogari poteſt per pacta 279,§.& quidem pacta

Infantes, furioſi, dormientes, ex commiſſo homicidio non incurrunt irregularitatem 72,§.idem conſtitutum eſt

Inferens iniuriam & damnum, debet damnum paſſo ſatisfacere, nec illum excuſat ignorantia 400,§.mitius cum his

Inferiori quod conceditur, multo magis conceditur ſuperiori 14,§.quod autem

Infideles intra quartum gradum coniuncti, ſi cõuertantur, non ſunt ſeparandi, & eorum proles eſt legitima 174,§.ſi tamen

Ingerens ſe diuinis incurrit irregularitatem: et, quid ſit irregularitas 429,§.cauebunt

Ingreſſus qui inuita uxore eſt monaſterium, ab eadem uxore egredi coactus, ea mortua non cogitur rurſus in monaſteriũ reuerti, ſed nõ poterit amplius uxorem ducere. Quòd ſi uxore non contradicente fuerit ingreſſus, illa mortua non poterit exire, præſertim ſi fuerit profeſſus conſentiente uxore 188,§.quæſitum tamen eſt

Initium uniuerſalium conciliorum celebrandorum poſt Apoſtolos cœpit temporib. Conſtantini: & ipſorum celebrandorũ eſt apud ſedem Apoſtolicam authoritas 8,§.quorũ celebrandorum

Iniuriæ inferuntur re, uel uerbis, & literis: et pœna eſt arbitraria 401,§.inferuntur autem

iniuriarum ultores ordinari non poſſunt 73,§.idem ſtatuendum

Innodatus pluribus non poteſt ab una tantum excommunicatione abſolui: et abſolutio ſubreptitia non tenet 421,§.quòd ſi quis

Innouata per iudicem poſt diffinitiuam ſententiam à qua appellatum fuit, reuocantur ſtatim per iudicem Apoſtolicum, etiam ſi ante appellationem fuerint innouata 354,§.interpoſita

Inquiſitio. Quando procedendũ ſit per inquiſitionem 366,§.per inquiſitionem

Inquiſitor hæreticæ prauitatis non poteſt procedere contra ſortilegos, niſi ſortilegium expreſsè contineat hæreſim 384,parag.ſciendum

Inſcriptio non eſt neceſſaria, ſi crimen opponatur excipiendo 367,paragra. accidit inſcript.

Inſcriptio non eſt neceſſaria, ſi crimen objiciatur, ut quis ab officij, uel beneficij aſſecutione excludatur: quo tamen caſu ſi poſt confirmationem opponatur, deficiens in probatione punitur pœna extraordinaria 368, §. ſed an ſi propterea Reliqua uide ſuprà in uer. Crimen

Inſtrumenta poſſunt exhiberi uſque ad concluſionem in cauſa 333, §. exhiberi autem

inſtrumentorum appellatione non largè ſumpta continentur ſolùm ſcripturæ, quæ in iudicio exhibentur, ibid. §. at ſi partes

inſtrumentis non uitiatis, & de uitio non ſuſpectis creditur, & error unius literæ, & raſio in loco non ſuſpecto, non uitiat inſtrumentum 335, §. exhibebuntur

Intentans ſpolia non poteſt reconueniri, niſi ſuper cauſa ſpolij 309, §. is quoque

Interdictum quid ſit 402, §. eccleſiaſticæ cenſuræ

interdictum aliud iuris, aliud iudicis: quæ diſtinctio exemplis declaratur 423, §. habent eccleſiaſtica

interdictum iudiciale quid ſit 424, §. iudicis ſententia

interdictum eccleſiaſticum reſpectu perſonarũ eſt strictè interpretandum & , unus non poteſt pro delicto alterius excommunicari 425, §. at non ſicuti

interdicti tempore poteſt quis baptizari, chriſmari, & uerbum diuinum audire 426, §. excepti uerò caſus

interdicti tempore poteſt confici ſacrum Chriſma: ſed unctio extrema, eccleſiaſtica ſepultura, & diuinorum celebratio ſunt prohibita, niſi conceſſa quibuſdam ſint ex priuilegio: & uiolantes interdictum incurrunt excommunicationem non obſtantibus priuilegijs, ibidem §. uelut igitur

interdictorum quædam generalia, quædam ſpecialia 424, §. rurſus interdictum

Interdicta uniuerſitate, et ſinguli de uniuerſitate cenſentur interdicti, ne interdictum reddatur eluſorium 426, §. item cum loci

Interdicto loco principali, cenſetur interdictus acceſſorius, uicinus & contiguus, & diſpoſitio iudicis non debet poſſe reddi eluſoria 424, §. etſi quidem

Interficiens per induſtriam ſimilis eſt aſſaßinio 397, §. non abſimilis

interficiens latronem non ex neceßitate punitur, ſecus ſi ex neceßitate 398, §. quòd ſi quis latronem

interficientes clericos qui poſthabito habitu cõmittunt enormitates, non ſunt excommunicati 406. §. quinimo

Interiùs qualis quis ſit, debet per exteriora demonſtrare 38, §. oportet item

Inuitus baptizatus characterem ſuſcipit, & cogendus eſt ad obſeruantiam fidei, ſecus ſi penitus ſit coactus 128, §. ſed et ſi quis

Irregularitas, uide ſuprà in uer. Ingerens

Iudæi ſatisfacere debent de immoderato grauamine Chriſtianis, aliàs excommunicãtur modo quo poſſunt 391, §. Iudæi quoque

Iudex delegatus ſi pronuntiat ſe iudicem competentẽ, expirat iuriſdictio 266, §. item ſi

iudex delegatus quid ſit 260, §. extraordinarium

iudex debet habere notarium, uel duos uiros idoneos, qui ſcribãt acta iudicij 284, §. ergo

iudex benefaciet, ſi rem terminare quærat ſine tela iudiciaria 295, §. in his quoque

iudex debet eſſe contentus una pœna ex pluribus, quæ aduerſus contumacem competũt, & excreſcente cõtumacia, poteſt etiam ad alias procedere 293, §. quod autem

iudex non debet in cauſa ſuperſedere obtentu exceptionis ſpolij, niſi dicatur factũ ab actore, & hoc in ciuilibus in criminalibus uerò poteſt etiã objici de ſpolio à tertio facto, ſi quis dicatur uel tota ſua ſubſtantia, uel maiori parte ſpoliatus, nec agenti ſuper reb. Eccleſiaſticis poteſt opponi exceptio ſpolij rerũ priuatarum, uel contrà 303, §. ſed quia

iudex diligens eſſe debet examinando ſuper omnib. qualitatib. ipſius cauſæ 325, §. interrogabit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iudex ex cauſa delegabit examen teſtium 326, §. ſi qui tamen eorum
iudex qualiter penſare debeat dicta teſtium, & quòd poteſt illos repetere, & interrogare uſque ad ſententiam 332, §. publicatis igitur
iudex poteſt teſtẽ repetere ſuper omiſſis 333, § cum quoque
iudex debet aduertere, ne dubium accipiat pro notorio 337, §. ſed cum multa
iudex ex uarijs debet animum ſuum inſtruere 338, §. fama quoque
iudex qui contra leges & conſcientiam corruptus iudicat, uariè punitur 342, §. is autẽ qui
iudex deputatus ſuper executione ſententiæ admitti exceptionem fraudis, ſeu nu itatis, nõ ut ſuper ea pronuntiet, ſed ut negotium ad ſuperiorem, qui iudicauit, tranſmittat 345, §. quòd ſi princeps
iudex ordinarius quis ſit 259, paragra. eſt & alia
iudex ordinarius tenetur exequi ſententiam delegati à Principe etiam iniuſtam, ibidem §. cum igitur
iudex ad quem inbibere non poteſt, ſi dicitur ex iniuſta cauſa appellatum, niſi prius recepta appellatione ut probabili, incipiat cognoſcere de cauſæ ueritate 350, §. quòd ſi obijciatur
iudex à quo compellere non poteſt appellantem à grauamine ipſius ueritatem probare, licet citare poſsit ad ipſius reuocationem audiendam, qua facta in cauſa procedere poterit eius contumacia non obſtante, ac ſi nunquam appellaſſet 351, paragra. ſed uideamus
iudex quando periculum eſt in mora, debet breuiare terminum proſequendæ appellationis 359, §. ſuperior quoque
iudex ſi proceſſerit non excipiente inquiſito de non diff.matione, proceſſus tenebit 367, §. idem etiam erit
iudex fœneratori poteſt præcipere ſub pœna excommunicationis, tam ne uſuras exigat, quàm ut exactas reſtituat, non obſtante iuramento præſtito de non repetendis uſuris 391, §. ſed etſi quis
Iudex aliquem excommunicans in dubio cenſetur inferre maiorem excommunicationem 410, §. ſed quæri poterit
iudices duo ordinarij ſi ſententias diuerſas ferant, tenet ſententia lata pro reo, niſi actoris cauſa ſit fauorabilis: ſi uerò delegati, ſententia pendet ex uoluntate delegantis: ſi uerò arbitri, neutra tenet: ſi uerò unus tantùm ex pluribus pronuntiauerit, nulla erit ſententia 341, §. ex facto
Iudicare ſecundum leges & conſuetudinem debet quilibet iudex, & ſummus Pontifex, qui tamen ex cauſa poteſt ab alijs recedere, ibidem § ſed ſiue ordinarius
Iudicium quid ſit, & quid cauſa 255, parag. reſtat
iudicium extraordinarium quid ſit 260, §. extraordinarium
iudicium ſummarium eſt, in quo ſubtili ordinis iudiciarij obſeruatione prætermiſſa proceditur: Ordinarium & ſolenne eſt, in quo ſeries iudiciariæ telæ obſeruatur 261, §. rurſus iudiciorum
iudicia ſecularia quæ ſint, & quæ Eccleſiaſtica 255, §. ſumma diuiſio
iudicia exercemus per noſmetipſos, & per procuratores, uel Syndicos, & quot ſint procuratorum ſpecies 269, para. expoſitis generibus
iudiciorum ſecunda diuiſio, quòd quædam ſunt ordinaria, & quædã extraordinaria 259, §. eſt & alia
Iuramentum aliud uoluntarium, aliud neceſſarium: & neceſſarium, niſi ex cauſa, recuſari poteſt 335, §. ſed cum ſit
iuramentum recuſandi quæ ſint iuſtæ cauſæ 336, §. ſunt autem iuſtæ
iuramentum deferendum eſt reo, ſi pro eo ſunt præſumptiones, niſi aliter iudex arbitretur ead. §. ſed etſi pro reo

Iuramentũ uoluntariũ eſt, quod defertur à parte parti, quod deferenti poteſt referri, niſi ſimus in famoſis actionibus, ibid. §. uoluntarium eſt
iuramenti de calumnia omiſsio non uitiat proceſſum 320, §. illud poſtremò
Iurare de calumnia tenentur etiam procuratores, quandocunque iudici uidebitur, eod. §. & non tantum
iuratur de calumnia hodie etiam in cauſis ſpiritualibus 319, §. in cauſis
iuratur de calumnia etiam in cauſa appellationis 320, §. præterea
iuſiurãdum deferri poteſt ad ſupplendam probationem 335, paragra. quòd ſi nec teſtibus
Iuriſdictio perpetuata per unum, intelligitur perpetuata quo ad omnes 262, §. iuriſdictione uerò
iuriſdictio delegati à Principe expirat per executionem ſententiæ 266, parag. idem iuris eſt
iuriſdictio expirat tranſacto termino, ſi in reſcripto tempus apponatur, ead. §. ſed & cum cauſa
Ius Canonicum unde dicatur: quid ſit, & ex quibus conſtet 6, §. iuri Canonico
ius Canonicum uerſatur circa perſonas, res & iudicia 11, §. uerſatur autem
ius Diuinum eſt, quod continetur in lege, & in Euangelio, & eſt immutabile 6, §. ius diuinum
ius eligendi quibus competat 21, §. ius igitur prælatum
ius patronatus quid ſit, & quibus modis conſtituatur 98, §. accidit autem
ius patronatus acquiritur per ritè ædificãtem, uel dotantem 99, paragra. ædificatione
ius patronatus tranſmittitur ad quoſcunque hæredes, & plures ſuccedentes uni habent uocem unius, nec hæres patroni inſtitutum mutare poteſt 101, paragra. ſucceſsione quoque
Ius patronatus donari poteſt, ſed ob donationẽ non præiudicatur iuribus Epiſcopalibus, uẽdi autem nõ poteſt, niſi cum uniuerſitate 105, §. donatione quoque
ius patronatus tollitur ceſsione collegio, conſtitutione, eccleſiæ deſtructione, delicti perpetratione 106, §. tollitur ius
Iuſtus metus, uide infrà in uer. Metus.

L

LAicus etiam de manu clericorum non poteſt decimas recipere ſub pœna excommunicationis, & priuationis ſepulturæ, & clericus concedens deponetur 243, §. ex contrario
Laicus à laico coram ſeculari iudice conueniri debet, niſi cauſa ſit ſpiritualis, uel ſimilis, et literæ impetratæ ad iudicem eccleſiaſticum non tenent 256, §. laicus ergo
laici non poſſunt eligere 27, paragra. laicis quoque
laici & etiam imperator non poſſunt concedere priuilegium ſuper decimis non ſoluendis 243, §. generaliter autem Cætera uide ſuprà in uer. Electio.
Latrones, uide infrà in uer. Publici latrones
Lectoratus eſt de minoribus ordinibus 61, §. ſunt igitur
Legare tantum quis poteſt de bonis eccleſiaſticis, quantum contulerit eccleſiæ 253, §. itẽ ſi tantundem
Legatus de latere non confert cathedrales eccleſias regulares, nec dignitates poſt Pontificalem maiores, nec poteſt eodẽ tempore in eadem eccleſia plures reſeruationes facere 84, . ſed tamen
legatus de latere poteſt derogare iuri patronatus eccleſiaſticorum, non laicorum. Eccleſiaſtico patrono reddatur ratio prouentuum patronatæ Eccleſiæ, ſecus laico 100, §. legatus etiam
legati miſsi, uel nati, uigore ſuæ legationis non conferunt, niſi ſpecialiter ſibi concedatur: ſecus eſt in legatis de latere, qui conferunt,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& ſine mandato ſpeciali, etiã inuito patro no eccleſiaſtico 85, §. ex legationis

Lepra, uel ſimilis morbus ſponſalia dirimit, licet non dirimat matrimonium 156, §. item ſi ſponſus

Leproſi poſſunt matrimoniũ contrahere 167, §. alia eſt cauſa

Libellus quid ſit 293. paragra. in primis igitur

libellus quæ continere debeat, & quòd ineptus & obſcurus libellus non obliget ad reſpondendum: & quòd iudex poſſit illũ lacerare 294, paragra. exprimet igitur

libelli ſolennis porrectio in quibus caſibus nõ eſt neceſſaria 295, paragra ſunt autem caſus

libello oblato debent reo dari dilationes ad excipiendum, & ad euitandam obſcuritatem una materia eſt uno in loco tractanda, ead. §. oblato tamen

libellorum alij ſunt accuſatorij, alij conuentionales 294, §. porro libellorum

Liber homo non debet ab eccleſia uiolenter abſtrahi, niſi impetrata uita & membrorum incolumitate 210, paragra. hæc tamen ſecuritas

Libertas, uide infrà in uer. Seruus & libertus

Licentia conceſſa à ſuperiore religioſo, ut poſſit conſentire promiſsioni de ſe factæ, non ualet 69, §. ſtrictius adhuc

Litis conteſtatio eſt fundamentum iudicij, quo deficiente fruſtra ſuperædificabitur: &, quando dicatur lis conteſtata 316, §. hactenus

litis conteſtatio neceſſaria eſt, cùm officio iudicis pro actione inſtituitur, eadem §. nec ſolum

litis conteſtatio quando non eſt neceſſaria, quo cognoſcatur 318, §. ſunt & alij caſus

litis conteſtationẽ qui effectus ſequatur 317, §. igitur ſequuta

litis pendentia non inualidat matrimonium contractum 321, §. ſic etiam

Lite pendente nihil innouandum, et lis tunc pẽdere dicitur, cum citatio legitima peruenit ad partem citatam, aut per eam factum eſt, quo minùs perueniret, eadem §. inſtituta ergo lite

Literas Papæ, qui per ſe, uel per alios falſant, excommunicati ſunt cum ſuis fautoribus, et Clerici officijs & beneficijs priuantur, & degradati traduntur curiæ ſeculari 596, § aduerſus eos

literis falſis qui utitur, ſi clericus eſt, officijs & beneficijs priuatur: ſi laicus, excommunicatur, ead. §. mitius cum illis

M

MAgis dignum trahit ad ſe minus dignum 144, §. ſanctificatum

Malitia plebis iuſtam tribuit renuntiandi cauſam. Item uitatio ſcandali 49, §. propter malitiam

Malum facere non debemus, ut poſtea faciamus bonum, & ſi non ſint quibus reſtituã poſsint uſuræ, erogandæ ſunt in pauperes, & paupertas excuſat à reſtitutione 390, §. nec quicquam

Mandatarius, cuius non eſt electa induſtria, poteſt alteri mandare 98, paragra. illud etiam

Mandatum ſuſcipiens de ordinibus conferendis certis perſonis, non tenetur eiſdem prouidere de beneficio, ſed mãdans: ſecus ſi ſit mandatum generale, uel ordinandi licentiã concedens 79, §. quòd ſi

mandatum faciens mentionem de collatione, nõ poteſt trahi ad præſentationem, uel inſtitutionem 93, §. idem obſeruari

mandatum Apoſtolicum reſtrictionem recipit ex perſona prouiſi 94, paragr. interdum tamen

mandatũ ab ordine ſcripturæ declaratur 95, §. ex ordine

mandatum per quod prouideri debet de beneficio ſpectante ad prouiſionem plurium, intelligitur coniunctim, ead. §. ſi uero

Mandatum ſimplex de prouidendo non extenditur ad beneficium curatum, uel electiuum 96, §. ex natura
mandatum ſimplex de prouidendo, non extenditur ad obtinentem aliud beneficium, niſi fuerit id expreſſum: quo caſu ſolùm unicum & non curatum beneficium obtinenti prouideri poterit: et, pluralis locutio reſtringitur ad duo, ead. §. nam & is
mandatum Apoſtolicum ex cauſa poteſt executioni mandari, etiam in alio loco ab expreſſo in mandato 264, §. ſimili ratione
mandatum non complectitur maiora quàm ſint in procuratorio expreſſa 272, §. crimina tamen
mandatum morte conſtituentis expirat, interdum etiam re non integra 278, §. morte quoque
mandati Apoſtolici fines ſint diligenter cuſtodiendi, nec extenduntur, niſi ad caſus expreſſos, etiam de conſenſu, & in præiudicium prouiſi 92, §. ſunt autem
Manumiſſus ab eccleſia, ut eidem ſeruiat in diuinis, non poteſt ſe transferre ad aliam eccleſiam: ſecus ſi ſimpliciter fuerit manumiſſus 68, §. quod ſi quis Cætera uide ſuprà in uer. Eccleſijs
Mater & filius in ipſo articulo parturiendi poſſunt ſeparatim baptizari, nec ob id creditur baptiſmus iteratus 127, §. is quoque, cuius
Materia, uide ſuprà in uer. Libello oblato
Matrimonium ſpirituale diſſoluitur translatione, renuntiatione, depoſitione 44, §. uidimus hucuſque
matrimonium nullo pacto contrahi poteſt à cõſtitutis in maioribus ordinibus: ſed conſtituti in minoribus poſſunt: ſed ſi contrahant, priuantur beneficijs & dignitatibus eccleſiaſticis 62, §. horum autem
matrimonium quid ſit 145, §. matrimonium.
matrimonium præcedit alia ſacramenta ratione loci in quo inſtitutum eſt, temporis, latitudinis, & myſterij, ead. §. & meritò
matrimonium cum alia poſtmodum contrahere poterit, ſi per contrahentem ſponſalia in diem, non ſtetit quo minùs matrimonium contraheret 149, §. dies adijcitur
matrimonium per uerba de præſenti contractum, tollit ſponſalia præcedentia, & iuramento firmata, ſed matrimonium contractũ per uerba de præſenti, non irritatur etiam ſecuta copula 153, §. ſi quis igitur
matrimonium quantum ad eccleſiam, ut contrahatur, neceſſariò requirit uerba: ac muti & ſurdi ſignis nuptias poſſunt contrahere 158, §. licet autem
matrimonium quibus uerbis aptis contrahatur ead. §. uerba autem
matrimonium diſſolui poteſt, ſi unus coniugũ comperiatur poſt contractum matrimoniũ ſeruilis conditionis, niſi poſt talem cognitionem fuerit renouatus conſenſus, uel ſequuta copula. Et, liberi ſunt ex libero uẽtre nati, niſi aliud inducat lex & mos regionis 160, § ſi quis autem
matrimonium per errorem in perſona impeditur, ead. §. multo magis
matrimonium non ſoluitur altero coniugum fidelium in hæreſim lapſo 164, §. alia ſanè cauſa eſt
matrimonium contrahendum à furore impeditur, ſed non dirimit iam contractum 167, §. furor quoque
matrimonium impediunt frigiditas & coeundi impotentia, eadem, paragra. frigiditas
matrimoniũ an poſſit à leproſis contrahi, ibid. §. alia eſt cauſa
matrimonium accuſari non poteſt ab eo, qui tempore denunciationis ſiluit, niſi iuret de calumnia, & quòd poſt denunciationem nouit quæ obiecturus eſt 179, §. non tamẽ
matrimoniũ poteſt accuſari ex cauſa etiã poſt denunciationem 180, § idem iuris
matrimonium accuſari poteſt non ex cauſa delicti per ſolos coniuges, eadem, §. ſed nec omnes

Matrimoniũ ex cauſa delicti accuſari poteſt per omnes, ſed potiſsimùm coniũctiores, antiquiores et honeſtiores 181, §. quòd ſi delictum
matrimonium regulariter diſſolui non poteſt, & niſi ſequuta ſit copula, ſoluitur per ingreſſum monaſterij, ita ut remanens in ſeculo poſsit alteri liberè nubere 183. §. ſciendum eſt
matrimonium cur non ſequuta copula per religionis ingreſſum diſſoluitur 184, §. neque mirum
matrimonium etiam non conſumatum, per ſacri ordinis ſuſceptionem non diſſoluitur, eadẽ §. diuerſum ſtatuitur
matrimonium ob ueram coeundi impotentiam, non ob putatiuam diſſoluitur 185, §. item ſi quis ignarus
matrimonium cum ea, quam quis uxore uiuente cognouit non ſub ſpecie matrimonij, defuncta uxore poteſt quis contrahere, ſi neuter ipſorũ quid machinatus eſt in mortẽ prædefunctæ uxoris 192, paragra. cum ea
matrimonium non ſoluitur ob fornicationem carnalem, uel ſpiritualem: ſed fit ſeparatio thori 186, §. ſæpius tamen
matrimonium contractum per procuratorem reuocatum non tenet, licet reuocatio non uenerit ad notitiam partium 277, §. nõ ſic
matrimonij bona ſunt ſacramentum, fides, proles & fornicationis remedium 146, §. cõſequuntur
matrimonij contractus ſuſpenditur, donec extat præſumptio, quòd non poſsit contrahi 178, § cuius ſi
matrimonia hodie uſque ad quartum gradum incluſiuè ſunt prohibita, & de facto cõtracta temporis curſu non ualidantur 173, §. conſtitutum igitur
matrimonia prohibentur contrahi clandeſtinè, ne poſtea oporteat illa diſſoluere 177, §. ne tamen póſt
matrimonia clandeſtina ſi publicẽtur, recipit eccleſia 179, §. ſanè ſi parochialis. Cætera uide ſuprà in uer. Cognatio, et in uer. Error, & infrà in uer. Publicæ honeſtatis iuſtitia, & in uer. Ordo ſacer
Medici qui ægrotos ad pœnitentiam non inducunt, ſunt ab eccleſiæ ingreſſu arcẽdi 138, §. medicos etiam
Memoria
Ad memoriam iuuãdam conducit repetitio 108, §. hæc de præbendis
Mẽdicantes non poſſunt profiteri ante lapſum anni, & recipientes profeſsionem puniuntur 112, §. quod tamen
mendicantes ſolùm in ordinem Carthuſienſiũ migrare poſſunt 116, §. mendicantibus
Metropolitanus ſolùm in ſua prouincia, et certis diebus pallio utitur, & pallium perſonã ſequatur: & ideo cõmodari non poteſt 34, §. ſed eo nec ſemper
Metus iuſtus niſi purgatus fuerit, impedit matrimonium 166, §. coactio quoque
metus iuſtus excuſat, adeò quòd non appellãs habetur pro appellante, ſi fuit proteſtatus, & cauſas appellationis expreſſerit 355, §. is quoque, quem
metu iudiciorum interdum deuenitur ad pacta, ad tranſactiones & ad cõpromiſſa 279, §. conſequens
Minor triginta annis, excommunicatus, ſuſpenſus, & conſtitutus in ſacris, & ſchiſmaticus reconciliatus, non poſſunt eligi 23, §. igitur is, qui
minor xxx. annis poſtulari poteſt 25, §. ſciendum eſt
minor xiiij. annis ſi in cauſis ſpiritualibus in iudicio eſſe uelit, quomodo ſit agendum 270, §. quòd ſi quartum
minor & eccleſia reſtituuntur aduerſus ſententiam etiam à ſede Apoſtolica latam 161, §. adhuc autem
minores debent maioribus exhibere reuerentiam, maiores uerò minoribus amorem & charitatem 63, paragra. in primis
minores ſeptennio non poſſunt ſponſalia contrahere, & contracta lapſu temporis non conualeſcunt, niſi noua uoluntas acceſſerit,

aut

aut nixus copulæ interuenerit 150, §.non
tamen omnibus
Minores xiiij.annis non poſſunt contrahere
matrimonium,niſi pro bono pacis, & ex
neceſſitate 157,paragra. ſed qui ſint pu
beres
Minores fratres non poſſunt profiteri ante la
pſum anni:& recipientes profeſsionem pu
niuntur 112,§.quod tamen
minores & Prædicatores indiſtinctè de omni
bus obuentionibus parochialem portionẽ
ſoluere tenentur 232,paragra. ſed iſtud
quidem
Miſerabilium perſonarum tutelam debent cle-
rici ſuſcipere 212, paragra. uiduarum
autem
Miſsio in poſſeſsionem in cauſis beneficialibus
non habet locum, ſed in locum eius poterit
procedi lite non conteſtata 292,§.ſed iſta
quidem
Monachus quis ſit ex triplici capite, & impu
bes à patre traditus monaſterio poſt annũ
pubertatis, poteſt redire ad ſeculum,ſi uelit
109,§.monachi fiunt
monachus ſemel factus,cogitur remanere in mo
naſterio 114,§.is igitur, qui
monachus non poteſt aliquid proprium habe-
re,nec contra hoc poteſt Papa diſpenſare
115,§.ſed nec aliquid
monachus poteſt tranſire ſolum in arctiorem re
ligionem,& ſi dubitetur,an ſit arctior, in
quam monachus uult migrare,ſtatur iudicio
abbatis,eadem §.ſed nec temerè
monachi non ordinantur,niſi de licentia abba-
tis 69,§.monachi quoque
monachi non poſſunt præeſſe eccleſijs paro-
chialibus 116,§. fugitiuos uerò
monachi an poßint eſſe patrini alienorum fi-
liorum 132,§.parentes quoque
monachi deſeruientes eccleſijs ſunt exempti à
muneribus perſonalibus 211,§. perſonalis
immunitas
monachi,regulares & clerici communiter ui-
uentes ſoluunt prædiales decimas 240,§.
de monachis
Monachi decimas ſoluere tenentur,& alij com
muniter uiuentes, etiam de prædijs de no-
uo acquiſitis, & proprijs manibus excul-
tis,niſi obſtet aliquod priuilegium 241,§.
ſed etſi iſdem
monachi non poſſunt eſſe procuratores, niſi
propriæ eccleſiæ urgente neceſſitate,et ſu-
perioris iuſſu 273,§.ſed nec omnes
monachi de conſenſu abbatis poſſunt teſtimo
nium dicere 327,§.monachi quoque
monachi ſe ad inuicem,uel conuerſos percutien
tes ſunt ab abbate, uel Epiſcopo abſoluen-
di 408,§.monachi quoque Cætera ui
de ſuprà in uer. Clerici, & in uer. Ec-
cleſiæ
Monaſterium,uide ſuprà in uer. Eccleſiæ, &
in uer. Ingreſſus
Moniales ſe adinuicem,uel conuerſas percutiẽ
tes, à quo ſint abſoluendæ 408,§. mona
chi quoque
Monitio Canonica quæ ſit 415,§.tunc autem
Canonica
Mors & abſentia æquiparantur re non inte-
gra 265,§.quæſitum eſt
mortem qui ſibi inferunt,habentur ſimiles illis
qui impœnitentes moriuntur 399,§.no-
uiſsimè ſciendum
Mortuus ruri qui ſepulturam non elegit,ſi ſine
periculo poſsit exportari, uel in parochiali
eccleſia,uel in maiorum ſepultura debet ſe-
peliri 226,§.illud tamen
mortui tumulati contra Canones ſunt exhuman
di,ſi illorum corpora poſſunt diſcerni à cor
poribus fidelium 227,§.etſi contigerit
mortuis non communicamus, quibus non com-
municamus uiuis, eadem §. non tamen
omnes
mortuos non humandos qui contemptis claui-
bus in locis ſacris humauerint, excommuni
cationem incurrũt,à qua non ſunt abſoluen
di ante quàm arbitrio epiſcopi ſatisfece-
rint 228,§.ſi quis tamen
Mulier uiri potens contrahens cum impubere,

non poteſt reſilire, ſed impubes factus pubes poteſt 151,§.mulier quoque
Mulier credens uirum eſſe mortuum, quæ religionem eſt ingreſſa, à uiro educta, ſi uir moriatur, non cogitur reuerti ad monaſterium, licet id ſibi expediat 189, §. quid ſtatuemus
mulier reſtituenda ſi timeat ſæuitiam uiri, debet ab eo præſtari cautio, & ſi ea non putetur ſufficiens, dum cauſa plenè cognoſcitur, uxor eſt deponenda in loco honeſto & tuto 191,§.præſtanda tamen
mulier ſi matrimonium contraxerit cum eo quē ignorabat coniugatum, uxore prima mortua, erit in eius poteſtate uirum retinere 192,§.hoc tamen de ea
mulieris ob ſolam traductionem ad domum nullum ius oritur impeditiuum ſequentis matrimonij 191,§.& hæc quidem
mulierem quem quis duxit uel retinuit ſciens copulæ non idoneum, habebit ut ſororem, ſi non poteſt habere uelut uxorem 156, §. planè ſi
mulieres non ſunt in forum trahendæ gratia teſtimonij ferendi, ſed ad eas eſt mittendus tabellio 326,§.cuius tamen
Muti baptizari poſſunt 127, para. muti quoque
muti ſignis nuptias poſſunt contrahere 158,§, licet autem

N

NAtus annos xiiij. poteſt eſſe in iudicio ſuper cauſis ſpiritualibus per ſe, & per procuratorem non obſtante patria poteſtate 270,§.aliud tamen
Nati ex clandeſtinis & interdictis matrimonijs non ſunt legitimi; licet nati ex matrimonio contracto in faciem eccleſiæ ante ſententiam diuortij ſint legitimi, niſi uterque cõiugum nouerit impedimentum 178, §. quicunque uerò
Neceſſitas facit effectum reputari pro affectu 136,§.ſed & ſi pœnitendi
neceſſitas, uel ſimplicitas, excuſat à communione cum hæreticis 416,§.mercatores
Negligentia authoris mei non intelligitur eſſe mea 179,§.non tamen
Negotia ſecularia non debent tractari in eccleſijs 208,§ publicæ quoque
Nemo poteſt ſeipſum præſentare 105,§.licet autem
nemo ſibi beneficium confert, ueluti nemo ſe præſentat, nec uacaturi beneficij tenet collatio, aut præſentationis promiſſio, eadem §.ſunt autem
Neophytæ non poſſunt eligi 24, §. neophytæ quoque
Nomina, uide infrà in uer. Præbendæ.
Notorium probatione non indiget 337,§.ſed & ſi quid
Notum publicè præſumitur notũ etiam priuatim 86,§.interpretamur autem
Nouale eſt ager de nouo redactus ad culturam 240,§.de monachis
Nundinæ nõ debent tractari in eccleſijs 208, §.publicæ quoque
Nuptiæ conſenſu partium contrahuntur, nec ſufficit conſenſus parentum 157, §.nuptias igitur. Cætera uide infrà in uer. ſecundæ nuptiæ

O

OBlationes & decimæ præſcribi non poſſunt 251,§.prouentus tamen
Oblatũ ſponte, uel datũ gratia redimẽdæ moleſtiæ ſuper iure quæſito indebitè illatæ non inducit ſimoniam 376,§.ſciendum
Obtinentes aliquam præpoſituram, debent etiam habere eius præpoſituræ ordinem 41 §.admonendi
Oculo priuatus indiſtinctè promoueri non poteſt, licet retineat ordines, ſi poſtea talis priuatio contingat 77,§.hæc autem diſtinctio
Officium ſubdiaconatus circa quæ uerſetur 59,§.diaconum
Officia ſecularia qui exercuerunt, ſi honeſti ſunt, poſt reddita ratiocinia poſſunt ordinari; ſecus eſt de uſurarijs 73,§.ijs illi

Oppo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Opponens exceptionẽ quæ uerſus opponentẽ opponi poteſt, nihil ꝑijcit hoc. ſi proprio nomine excipiat, ſecus ſi nomine ſuæ eccleſiæ 305, §. cauebit autem

Opponi non poteſt cõtra electionem factam à duabus partibus, niſi de nullitate uoti alicuius earum dictarum partium 19, para. hoc tamen

Ordinans ſimoniacè ac etiam ordinatus ſunt puniendi 64, §. ipſi uerò

Ordinari ex quibus cauſis ſine reſpectibus homines prohibeantur 68, para. quoniam uerò

ordinari non poſſunt ſeruus & libertus, & ſeruus ordinatus ſciente domino fit ex hoc liber & ingenuus, ead. §. ratione

ordinari quis non poteſt ab extraneo Epiſcopo, niſi de licentia ſui ordinarij, quam concedere poterit etiam uicarius & capitulum, ſi ſedes uacet, uel qui adminiſtrat 69, §. pari ratione

ordinari non poſſunt ſimoniaci, ſeditioſi, & iniuriarum ultores 75, §. idem ſtatuendum

ordinari olim furioſus, uel aliter uexatus, non poſſunt 78, §. is quoque

Ordinarius ſi ſciat per ſurreptionem impetratam ab Apoſtolica ſede abſolutionem, debet remittere perperam abſolutum ad ſedem Apoſtolicam, ſi uerò hoc ſibi nõ conſtet, ſed ſuſpicetur, debet abſolutum cogere ad purgationem 421, §. quinimò ſi

ordinarij loca pia & religioſa poſſunt reformare authoritate Apoſtolica, ſi opus ſit reformatione 221, §. quinimò

Ordinationem præcedere debet diligens ſcrutinium 63, §. præcedet autem

in Ordinationib. quæ tempora ſeruari debeãt 64, §. igitur per tres

Ordinatores debent inſtruere ordinandos in diuinis, ead. § item ſub grauis

Ordinatus qui nondum baptizatus eſt, debet baptizari et rurſus ordinari 66, §. de eo, qui non

ordinatus ignorante domino ſi fiat monachus, fit liber, aliàs dominus poteſt intra annum recipere ſeruum 111, §. quinimò ſi

Ordinatus à ſimoniaco non ſimoniacè, & ſimoniacè non ſimoniacus ordinem conferẽs non ſint deponendi 374, §. hæc tamen de illis

ordinatus ſimoniacè & ordinans ſunt puniendi 64, §. ipſi uerò, quibus

Ordo ſcripturæ declarat mandatum 95, §. ex ordine quoque

ordo quid ſit 114, §. uoluntatis

ordo ſacer, & uotum ſolenne impediunt matrimonium contrahendum, & contractum dirimunt uotum autem ſimplex ſolùm impedit contrahendum, & pro uoto ſimplici fracto imponenda eſt pœnitentia 162, §. item uoti ſolennis

ordines minores ſunt acolytatus, exorciſtatus, lectoratus, & oſtiariatus 61, paragr. ſunt igitur

ordines minores omnes ſimul conferri poſſunt 65, §. diuerſum ſtatuitur Cætera uide infrà in uer. Pſalmiſtatus

Orphanotrophia, & loca ſimilia Epiſcopis ſubſunt, qui prouidere debẽt ne illorum res diſſipentur 221, §. Xenodochia

Oſtiariatus, require ſuprà in uer. Ordines.

P

PActum, per quod filia dotata renuntiat hæreditati paternæ, iuramẽto uallatum tenet 280, §. eodem etiam

Pactum quod tendit ad periculum animæ, non ligat, ead. §. quòd ſi

pacta ſunt ſeruanda, & per ea etiam indultis Apoſtolicis derogari poteſt 279, §. & quidem

Paganus ſi priùs plures uxores habebat, poſt fidem ſuſceptam adhærebit primæ 164, §. quia uerò pagani

Pallij receptio non eſt differenda, & uolens aliquid palliando obijcere, debet iurare de calumnia, & intra duos mẽſes obiecta probare, alioqui tenetur ad pœnam talionis 33, §. hoc amplius

P.pa eſt ordinarius omnium ordinariorũ 15, §.ſicut autem

papa poteſt renuntiare Papatui 52, §.de Romano

papa ſolus tribuit ius in beneficijs uacaturis 88, §.prouiſio autem

papa non onerat aliquem pluribus prouiſionibus, niſi id exprimat 92, paragra. illud etiam

papa an diſpenſare poſsit, quòd monachus poſſit aliquid proprium habere 115, §.ſed nec aliquid

papa quod facit, cenſetur facere Deus 185, §.ſed etſi inter

papa ſi ſcienter commiſit appellationem interpoſitam à ſuo delegato dato cum clauſula appellatione remota, iuriſdictio primi delegati eſt ſuſpenſa quo ad executionẽ 346, §.ſed quid ſi

papæ electio multa habet ſpecialia, in qua multa non habent locum 18, paragra. ſed hæc quidem

Parentes non poſſunt eſſe patrini propriorum filiorum, nec abbates, uel monachi alienorũ 132, §.parentes quoque

Parochialis portio de quibus rebus non detrahatur 232, §.ſunt tamen

parochialis & epiſcopalis portio pari paſſu ambulant 236, §.item de quibus

Pars minor eligentium ad infringendam maioris partis electionem poteſt opponere de propria authoritate, ac zelo & de meritis electi 19, §.quòd ſi eligentium

pars ſi ſe dicat poſt appellationem uel aliàs nulliter fuiſſe excommunicatum, ſunt ſuper hoc partium admittendæ probationes, ut appareat, an quis indigeat abſolutione 420, §.multum etiam

pars poteſt ſibi terminum proſequendæ appellationis breuiare, non prorogare 359, §.pars quoque

Participatio cum excommunicato non criminoſa illigat participantem minori excommunicatione, à qua per ordinarium abſolui poteſt 414, §.quòd ſi aliter

Paruuli baptizantur in fide parentum & eccleſiæ, & non debet minor eſſe uirtus baptiſmi quàm circunciſionis 126, §.non tamen

Paſſus miſsionem ſi mortuo delegato præſtet infra annum cautionem de parendo iuri, etiam poſt annum recuperabit poſſeſsionẽ 291, §.ſed ne miſſus

Pater admittitur ad teſtimonium in cauſa filij, & è contra in cauſa matrimonij: et eſt ſpeciale, & teſtimonium parentum interdum non debet admitti, ubi eſt diſparitas inter coniuges 181, §.quod autem

Patriarchæ primum poſt Papam locum tenent 13, §.in altiori

Patrini interuenire debent in baptiſmo, confirmatione & Catechiſmo 131, §.illud commune

patrini non debent eſſe plures, uel non baptizati, uel confirmandi 132, §.admonendi tamen Cætera uide ſuprà in uer. Cognatio, & in uer. Parentes

Patronus eccleſiaſticus habet ad putandum mẽſes ſex, laicus quatuor: Eccleſiaſticus non poteſt uariare, laicus poteſt 100, §.ſunt tamen

patronus laicus poteſt deferre ad ſuperiores clericos, qui dilapidant bona eccleſiæ, cuius eſt patronus 101, §.licebit tamen

patronus non poteſt quem propria authoritate inſtituere ſub pœna excommunicationis 104, §.quemadmodum autem

patronus non poteſt ſeipſum præſentare 105, licet autem

patroni ſi in præſentatione non ſint cõcordes, attenditur maior & melior pars 101, §.& ſi fortè

patroni poſſunt conuenire de præſentando alternis uicibus: &, plures ſimul poſſunt præſentari, ut de ipſis Epiſcopus eligat inſtituẽdum 105, §.ſed ut faciliùs

patroni putatiui præſentatio tenet 104, §.interdum accidit



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Patronis de fertur circa honorem, & uitæ neceſſaria ſubminiſtranda 106, §. defertur autem
Peccata remittuntur ei, qui ſcienter duxit in uxorem publicam meretricem 161, §. ei qui ſcienter
Pecuniæ appellatione continetur quidquid homines habent in terra 371, §. contrahitur autem
Penſio non uenit appellatione beneficij 93, §. & ſi quis
Percutiens clericum in quibus caſibus in Canonem latæ ſententiæ non incidit 406, §. ex contrario
Periculum quando eſt in mora, debet iudex breuiare terminum proſequendæ appellationis 359, §. ſuperior quoque
Permutatio beneficiorū ſi completa eſt ex una parte, et per alteram ſtat, quo minùs impleatur, reſtituitur pars ad ſuum beneficium 47, §. ſubuentum tamen
permutatio beneficiorum fieri poteſt non obſtantibus expectationibus, eadem, §. quinimo
Perſonales decimæ debentur eccleſiæ, in qua quis ſacramenta percipit: prædiales uerò eccleſiæ, in cuius finibus ſunt cōſtituta prædia, niſi aliud inducat conſuetudo 238, §. inter perſonales
Pleraque dicta de creatione Epiſcoporum habēt locum etiā in alijs prælatis 34, §. hæc de creandis
Plures non poſſunt deputari ad eligendum in ſolidum 17, §. ſin autem
Pœna inceſtus, ſodomiæ, & rei habitæ cum brutis eſt arbitraria 393, parag. eadem uel etiam
pœna quæ ſit ſtuprantis mulierem & honeſtè uiuentem, & uirginem deflorantis 394, §. quòd ſi quis
pœna raptorum excommunicatio, depoſitio, et ſeruitus, cum facultate tamen ſeipſum redimendi, ead. §. maior legum
pœna ſimplicis fornicationis eſt arbitraria 395, §. demum ſi quis
Pœnitentes publicè non poſſunt promoueri, poſſunt tamen ex neceſsitate deputari in aliquo minorum ordinum 73, paragra. pœnitentes
Pœnitentia quid ſit, & effectus pœnitentiæ 133, §. pœnitentia
pœnitentia conſtat contritione, confeſsione & ſatisfactione 135, §. conſtat igitur
pœnitentia certorum annorum eſt iniungenda parentibus opprimentibus filios 398, §. alia ratio eſt
pœnitentiæ tres ſunt ſpecies, & pœnitentia ſolennis iterari non poteſt, & pœnitentes ad ſacros ordines reddit inhabiles 133, §. ſunt autem
Poſitiones quæ ſint 322, §. partium confeſſione
Poſtulari poteſt, qui non animi uel corporis uitio, ſed aliàs non poteſt eligi, putà minor xxx. annis, uel ſpurius 25, §. ſciendum
Poſtulatio quid ſit 24, paragr. poſtulatio eſt eius
poſtulatio reſtitutionis in integrum differt executionem 347, §. dantur & caſus
Poſtulatus ſi unus ſit, alius electus, proponitur electus æquè idoneus, niſi poſtulantium ſit duplo maior numerus: qui tamen ſi ignoranter indignum poſtulauerint, nec poſtulatio, nec electio ualet: ſed ſi ſcienter, electio tenet 28, §. & ſi uacante
Præbenda per reſcriptum Apoſtolicum conceditur purè, in diem, & ſub conditione, & pura collatio eſt, cū alicui ſimpliciter de beneficio prouidetur 86, §. per reſcriptum
præbendæ conceduntur per collationem, & per inſtitutionem, & ſingulis rebus ſingula ſunt imponenda nomina 80, §. conceduntur autem
præbendæ ex tribus capitibus conferuntur, & ordinarium collatorem facit lex, uel conſuetudo 80, paragra. conferuntur autem
Præcellēs dignitate debet & innocētia præ-

tellere 35,§.debet igitur

Prædicatores, Minores & Mendicantes non poſſunt profiteri ante lapſum anni, & recipientes profeſſionem puniuntur 112, §. quod tamen

prædicatores & minores indiſtinctè de omnibus obuentionibus parochialem portionem ſoluere tenentur 232,§ ſed iſtud quidem

Prælatus in corrigendo debet miſcere ſeueritatem lenitati 36,§. cum lenitate

prælatus non debet tolerare peruerſos, ead. §. præterea cauendum

prælatus debet ſobrius eſſe, prudens, & peritus, nõ ſolùm peritia literarum, uerùm etiã negotiorum 37,§.ſobrius ſit

prælatus poteſt rem non magni ualoris in aliquem bene meritum transferre: & terram gratia fabricandæ eccleſiæ alicui concedere 246,§.excipiuntur

prælatus poteſt alienare terrulas incommodas & minus utiles, itẽ ſeruos fugitiuos 248, §.terrulas

prælati committentes uices ſuas ſub annuo cẽſu puniuntur 377,§.demum

prælatis regularibus non conferentibus intra ſex menſes, fit deuolutio ad ordinariũ 82, §.idem ſtatuitur

Præpoſituram aliquam obtinentes, debent etiam habere eius præpoſituræ ordinẽ 42, §.admonendi

Præſentare ſeipſum nemo poteſt 105,§.licet autem

præſentari poteſt in rectorem parochialis eccleſiæ etiam non in ſacris conſtitutus, licet ſecus in libera collatione, in qua tamen poteſt diſpenſari cum eo, qui eſt conſtitutus in minoribus 106,§.ſunt etiam

Præſumptio orta ex actu habente tractum tẽporis ex actu momentaneo non tollitur 258,§.aliud obſeruandum

Precarium ſoluitur ad bene placitum concedentis, ſecus precaria, niſi ſit irrationabilis 347,§.diſtat autem

Presbyter appellatur potius à prudentia quã ab annis 57,§.presbyteri

Presbyter in 25.anno ordinari poteſt 60,§. ſicut autem

presbyter tantùm debet exhibere Eucharistiã, non inferior, niſi ſub ſit neceſſitas 140,§. ſed nec ab omnibus

presbyteri et epiſcopi olim erant ijdem, ſed in remedium ſchiſmatis de presbyteris, unus electus eſt, qui epiſcopus dicitur 57,§. presbyterum

presbyterorum quæ ſit poteſtas & authoritas, ead.§.epiſcopi

Princeps poteſt rem ſuam æqualem, uel maiorem cum eccleſiaſtica permutare, & ſerui eccleſiaſtici ſi frugi ſint, præterquam ad libertatem, commutari non poſſunt 250,§. ſed & princeps

Priuatio præſupponit habitum 128,§. eſt autem ſuſpenſio

Priuilegiati ſuper decimis, tenentur illas ſoluere de prædijs conductis, & priuilegiatus ſuper laboribus proprijs ſoluet decimas ſuper prædijs locatis 242,§.ſuper

priuilegium quõ tollatur 141,§.ſed nec

priuilegia ſunt interpretanda, ut nemini indebitè damnum inferant 242,§.item ſi

Probatio matrimonialis impedimenti non poteſt reprobari 182,§.præſtitis

probatio ſpolij abſentia ſpoliatoris, & lapſus temporis non operantur reſtitutionem, ſi ſpoliator non abſit per contumaciam, uel dolum 313,§.item ſi

probatio quid ſit, & quibus modis fiat 322, § probatio igitur

probatio ex confeſſione quomodo naſcatur, eadem,§.partium

probationes ne intereant, multa conceduntur, aliàs non concederentur, quod probatur tribus exemplis 330,paragra.ſiquidem

probationes fiunt non ſolùm teſtibus, ſed & inſtrumentis, & inſtrumentorum appellatione non largè ſumpta continentur ſolùm ſcripturæ quæ in iudicio exhibentur 333, §.at ſi partes

Probationes in quibus reſpiciunt perſonam iudicis 337, §. iudicis. Reliqua uide ſuprà in uer. Pars
Proceſſus facti, & ſententiæ latæ in eccleſijs, uel cœmiterijs ſunt nulli 208, §. ſeculares igitur
Procuratio ob oratorium non eſt exigenda, et ob urgentem neceſſitatem poteſt Epiſcopus exigere charitatiuum ſubſidium 219, §. poſtremò admonendi
Procurator ad eligẽdum non poteſt unum procuratorio, alium proprio nomine eligere, niſi habeat mandatum de eligenda certa perſona 16, §. etſi tantum
procurator ad contrahendum matrimonium, non poteſt ſubſtituere, niſi hoc habeat in mandatis 147, §. procurator
procurator conſtitui poteſt paterfamilias, & filiusfamilias, & ad negotia poteſt procurator conſtitui, qui natus eſt annos xuij. ad iudicia ſolùm natus 25. 269, §. poteſt autem
procurator conſtitutus etiam ad ea quæ ſpeciale mandatum exigunt, non poteſt explicare ea, quæ exigunt mandatum ſpeciale, niſi in procuratorio ſit factã expreſſio aliquorum articulorum ſpeciale mandatum exigentium: quo caſu etiam non expreſſos articulos, poterit exequi procurator 272, §. ſed ſiue unus
procurator regulariter in cauſis criminalibus non poteſt interuenire 273, §. non tamen
procurator uniuerſitatis, in qua ſunt excommunicati, non poteſt à iudicio repelli, niſi tribus caſibus 275, §. ſed bellè
procurator reuocari poteſt expreſsè, & tacitè: putà ſi dominus per ſe incipiat cauſam tractare, ead. §. tam diu
procurator qui ſubſtituit, non poteſt ſubſtitutum reuocare, niſi & reuocandi habeat poteſtatem, & procurator qui ſubſtituit in una cauſa, non prohibetur in alijs ſe intromittere 276, §. hæc autem
Procurator poteſt lites conteſtari 316, §. ſi autem
procuratori ad negotia, & procuratori ad iudicia, quatenus ſubſtitui poſsit 273, §. ſed & illud
procuratores duo ſi dati ſint in ſolidum, utrius melior ſit futura conditio 271, §. & tã unus
procuratores etiam iurare de calumnia tenentur, quandocunque iudici uidebitur 320, §. & non
procuratoribus duobus ad eligendum datis in ſolidum, non poſſunt ambo eligere, ſed erit melior conditio occupantis, & ſi non appareat de prioritate in occupãdo, præponitur electus à capitulo, uel primò nominatus in procuratorio 17, §. quòd ſi pluribus. Cætera habes ſuprà in uer. Delegatus, & in uer. Iudicia
Profeſsio eſt duplex, tacita & expreſſa, & fieri poteſt etiam ante annũ 110, §. propria confeſsione
profeſsio ex cauſa poſt annum poteſt differri, ut ſi ingreſſus monaſterium ſit incognitus: &, ſeruus triennio in monaſterio commoratus per monachationem fit liber 111, §. quemadmodum
profeſsio expreſſa, & profeſsio tacita differunt 113, §. utrum autem
Profeſſus, qui non eſt, non poteſt eligi in abbatem, ſed bene in epiſcopum 117, §. & propterea
Promotus ad ſacros ordines furtiuè contra prohibitionem prælati, non poteſt fieri ſacerdos, niſi priùs fuerit monaſterium ingreſſus: ſecus, ſi non contra prohibitionem: quia tunc poteſt Epiſcopus pro arbitrio diſpenſare: & qui non ordinatus ſe immiſcuit diuinis, nunquam poterit ordinari 66, §. quòd ſi furtiuè
Promoto per ſaltum poteſt prætermiſſo ordine repetitio diſpẽſari 65, §. per
Propinquitas uiri reputatur uxoris, et econtrà 174, §. admonendi

Prouentus eccleſiaſtici poſſunt uendi ad modicum tempus, & ad precariã concedi, quæ renouanda erit de quinquẽnio in quinquennium 247, §. idem iuris erit

Prouideri per inſtitutionẽ quando dicatur 68, §. accidit autem

Prouinciæ & Eccleſiæ de nouo conuerſæ in perſoluendis cenſibus ſeruabunt cõſuetudinem uicinarum 218, §. ſed quis erit

Pſalmiſtatus eſt minor ordo, & poteſt conferri à ſolo presbytero 61, para. eſt & pſalmiſta

Pubertas extimatur non tam annis, quàm corporis habitu, & minores xiiij. annis non poſſunt contrahere matrimonium, niſi pro bono pacis, & ex neceſsitate 157, §. ſed qui ſint

Publicæ honeſtatis iuſtitia impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit 168, §. publicæ quoque

Publici latrones, & qui in ſacris locis immunitatis ſpe ducti delinquunt, priuilegijs ſacrorum locorum non gaudent 210, §. hoc autem

Pudicitiæ ſtudioſus debet eſſe Epiſcopus 38, §. pudicitiæ quoque

Purgatio quid ſit, & quotuplex, & quòd uulgaris purgatio eſt penitus improbata 368, §. contingit etiam

purgatio canonica quæ ſit, & quales eſſe debeãt purgatores 369, §. Canonica purgatio

purgatio ſuper notorio non eſt indicenda, & deficiens in purgatione habetur pro conuicto 370, §. quicunque uerò

Q

QVæſtio ſpolij per modum reconuentionis propoſita non impedit proceſſum ſuper alia cauſa ciuiliter inſtitutum 310, §. quòd ſi ciuiliter

Qualis quis ſit interiùs, debet per exteriora demonſtrare 38, §. oportet item

R

RAptorum pœna, excommunicatio, depoſitio, & ſeruitus, cum facultate tamen ſeipſum redimendi 104, §. maior legum

Raptus in propriã ſponſam non cadit, & raptus per conſenſum purgari poteſt 395, §. raptus autem

raptus monialis purgari non poteſt ead. §. hæc de illis

Rebaptizati nunquam ordinantur 74, §. ſed etſi nullum

Receptio inſtrumenti, & cautio domini operantur, quibus procurator non poſsit renuntiare mãdato, ſed teneatur defendere 278, §. at literis

Receptus authoritate Apoſtolica quis dicatur 91, §. authoritate autem

Recipientes aliquid pro concedenda licẽtia docendi, puniuntur 377, §. pro docendi

Reconciliati licet alioqui Eccleſiaſticæ ſepulturæ nõ eſſent tradendi, poſt reconciliationẽ tradi poterunt 228, §. ſed hæc

Reconuentio non habet locum coram arbitris 307, §. de arbitris

reconuentio ſuper cauſa criminali non remittitur. Idem in cauſa depoſiti 305, §. illis quoque

Recuſans reſpõdere poſitionibus, habetur pro confeſſo 323, §. ſi quis igitur

Redacta in publicam formam poſt mortem tabellioris faciunt fidem 334, §. eandem etiam

Reditus decimarum locari poſſunt, dum modò locatio non ſapiat alienationem 243, §. ſi quis tamen

Refutatio mandati non impedit refutantem acceptare, ſi mandans perduret in uoluntate mandandi 278, §. non idem

Regulares nõ appellant à correctione ſui prælati 353, §. & ideo

regularibus prælatis non conferentibus intra ſex menſes, fit deuolutio ad ordinarium 82, §. idẽ ſtatuitur Cætera uide ſuprà in uer. Monachi.

Relapſus quando quis dicatur 382, §. relapſi autem

relapſus

Relapſus dicitur qui abiurauerit in uno articulo, ſi pòſt ſit hæreticus in alio, ead. §. is uerò qui

Relictum ei qui poteſt proprium poſsidere nõ habenti prælationem, uel adminiſtrationẽ à quocunque præſumitur relictum intuitu propriæ perſonæ, non eccleſiæ 236, §. illud etiam

relictum ſacerdoti pro anima cenſetur relictum eccleſiæ, ſecus eſt ſi quid ei ſit relictum ſub onere fideicommiſsi 252, parag. ſed & ſi non

Religionem nouam non debet quis inuenire, uel fundare 118, § nouiſsimè

Religioſi non poſſunt ſibi ſepulturam eligere 225, §. impuberi ſimiles

Renuntiare compellitur qui impetrauit cedendi licentiam 53, §. aliud iuris eſt

renuntiari poteſt ob irregularitatem 49, §. ob irregularitatem

renuntiari non poteſt gratia laboris fugiendi 50, §. cæterùm ob alios

renuntiari poteſt per procuratorem & quatenus ualet renuntiatio facta à procuratore reuocato 52, §. poteſt autem

Renuntiatio quid ſit, & quibus ex cauſis poſſit renuntiari 48, paragra. per renunciationem

renuntiatio ad eum fieri debet, ad quem ſpectat confirmatio 52, §. abbas quoque

renuntiatio facta poſt ſpolium nõ impedit ſpoliati reſtitutionem: ſecùs ſi antè fuerit renũtiatum, & teſtes ſuper ſpontanea renuntiatione non ſunt admittendi ante reſtitutionem 312, parag. illud quæſitum

Reparatio eccleſiæ pertinet ad poſſeſſorem beneficij, & Epiſcopus debet de ſua tertia contribuere 203, paragr. hæc de ædificandis

Repetitio ad memoriam iuuandam conducit 108, §. hæc de præbendis

Replicationes dantur aduerſus exceptiones 306, §. dantur aduerſus

Res inter alios acta alijs præiudicium regulariter non adfert 343, §. de eo quoquẽ

Res eccleſiaſtica poteſt propter ſcriptionem legitimam ab eccleſia abduci, & detrahi 250, §. præterea etſi

res eccleſiaſticæ ſunt aut ſpirituales, aut temporales 119, §. ſuperiore libro

res ſpirituales ſunt aut incorporales, aut corporales, & corporales diuiduntur in ſacramenta, in res ſacras, ſanctas & religioſas, ead. §. rurſus

rebus ſingulis ſingula ſunt imponenda nomina 80, §. conceduntur

Reſcripti interpretatio ex loco ſumitur 94, §. ex loci

reſcripti interpretatio ex inſertione cauſæ elicitur 96, §. item inſertio

reſcripto Apoſtolico diſpenſatur ſuper pluralitate beneficiorum, maximè circa literatas perſonas 90, §. inde etiam

Reſeruationes legatorum expirãt finita legatione 84, §. illæ quoque

Reſidens. Qui ſine cauſa non reſidet, poſt monitionem priuandus erit, & quæ ſint iuſtæ cauſæ non reſidendi 108, paragra. ſi tamen

Reſignationis caſus non includitur nec uerificatur in caſu mortis 93, paragra. eodem ſpectat

Reſilire quis licitè poteſt ob fornicationẽ poſt ſponſalia etiã iuramento firmata commiſſa, & id quod coniunctos diſiungit, multò magis impedit coniungendos 155, §. unius quoque

Reſtitutio in integrum ſemel negata non conceditur amplius, etiam in alio iudicio, niſi duobus caſibus 362, §. quòd ſi ſemel

Reſtituti in integrum qui, & quando poſſunt cognoſcere, ead. §. huiuſmodi

Reuelans confeſsionem, in perpetuum eſt in monaſteriũ detrudendus 136, §. ſed ſiue

Reus contumax ſi dederit cautionem de ſtando iuri, nec mulctandus eſt quòd aduerſariũ nõ fuerit paſſus eſſe in poſſeſsione & miſſionẽ paſſus reſtituetur 290, §. hoc tamẽ

Reus excommunicatus licet reconuenire non poſsit, admittitur tamen ad proponendas ſuas legitimas defenſiones 300, §. reus autem

reus conuentus ſi nolit uel non poſsit excipere, ſi habeat unde actorem reconueniat, poterit illum reconuenire 306, §. igitur oblato

reus etiam coram iudice delegato poteſt actorem reconuenire 307, §. nec ſolum

reus conuentus coram iudice laico non poteſt reconuenire actorem ſuper cauſa ſpirituali 308, §. interdum etiam

reus non tenetur edere actori, niſi inſtrumenta communia 324, §. non tamen

reus citandus eſt ad uidendum iurare, et deponere teſtes, & teſti iniurato non creditur, niſi fuerit remiſſum iuramentum à parte, ead. §. debet autem

reo deferendum eſt iuramentum, ſi pro eo ſunt præſumptiones, niſi alter iudex arbitretur 336, §. ſed etſi pro reo

Ruinæ, prædia inculta, & ſyluæ extirpatæ, poſſunt ſub annuo cenſu concedi in emphyteoſim, & ſi per biennium in ſolutione cenſus ceſſatum fuerit, poteſt emphyteuta expelli 247, §. ruinæ quoque

S

SAcerdos qui reuelat confeſſionem, in perpetuum eſt in monaſterium detrudendus 136, §. ſed ſiue

Sacerdos non debet quem abſoluere de caſibus reſeruatis Papæ uel Epiſcopo 137, §. illud etiam

ſacerdos conſtitutus in peccato mortali, quoad ſe ipſum eſt ſuſpenſus, non quo ad alios 141, §. imo &

ſacerdos contemnens conſtitutiones eccleſiæ punitur pro qualitate culpæ, & clandeſtina matrimonia, ſi publicentur, recipit eccleſia 179, §. ſanè ſi

ſacerdotes inferioris gradus ſunt presbyteri, nec ſufficit aliquid obiter tractatũ eſſe 56, §. nunc deſcendamus

Sacerdotes propriè appellantur, qui Euchariſtiam conficiunt, impropriè etiam diaconus & ſubdiaconus 60, § diximus autem

ſacerdotes quotidie hodie pro populo ſacrificare debent ſed ſemel tantum, nõ pluries, niſi ex magna cauſa, uel in Natiuitate Domini 140, §. inualuit tamen

ſacerdotes ſimplices non poſſunt proprias eccleſias facere cenſuales, & qui de facto id fecerit, ab eccleſia ipſa remouebitur 216, §. ſimplices autem

ſacerdotum in duas claſſes diuiſio ſumpſit originem tam à teſtamento ueteri, quàm nouo 59, §. & non ineleganter Cætera habes ſuprà in uer. Conſentientes, in uer. Euchariſtia, in uer. Ordo ſacer

Sacramentum quid ſit 120, §. ſacramentum

ſacramentum Chriſmatis operatur augmentũ gratiæ, & ſoli Epiſcopi chriſmant 131, §. igitur omnes

ſacramentum pœnitentiæ & Euchariſtiæ nõ denegatur deputatis ultimo ſupplicio 139, §. nec infirmis

ſacramentum Euchariſtiæ maximum eſt, & ſaltem ſemel in anno debet aſſumi, ead. §. ſte autem

ſacramentum Euchariſtiæ conſtat uiſibili forma, ueritate corporis, & ſpirituali uirtute & in calice poni debet uinum aqua mixtũ 142, §. conſtat autem

in Sacramento altaris panis & uinum ſunt uera caro & ſanguis Domini, ead. §. ueritas eſt

ſacramẽti uirtus eſt charitas & unitas 142, §. uirtus eſt

ſacramenta quomodo & quæ ſunt illa tria quibus ea conſtant 142, §. his igitur

ſacramẽta miniſtrari poſſunt à malo miniſtro & hæretico 122, §. ergo qui

ſacramenta non eccleſia, ſed Chriſtus inſtituit quæ tamen dicuntur eccleſiæ, quia illa per ea ſanctificatur, & illa miniſtrat, ead. §. illud quoque

ſacramenta conſtant elemento & uerbo 122, §

§.conſtant autem

Sacramentorum quædam neceſſaria ſunt, quædam uoluntaria 120, §. ſacramentorum

ſacramentorum neceſſariorum quædam deſeruiunt ad ingreſſum eccleſiæ, quædam ad progreſſum in eccleſia, quædã ad egreſſum ab eccleſia 121, §. & rurſus

ſacramentorum ſecunda diſtinctio, quòd quædam characterem imprimunt, quæ iterari non poſſunt, quædã non imprimunt, quæ iterationem admittunt, ead. §. rurſus ſacramentorum

Sacrilegium committitur tam intuitu rerum, quàm perſonarum, & qualiter intuitu rerum 386, §. ſacrilegium autem

ſacrilegium ratione perſonarum committitur, cum quis clericum percutit, uel cum monialirem habet 387, paragr. perſonarum ratione

Sacrilegi uarijs pœnis puniuntur 385, §. ſimilibus Cætera uide ſuprà in uer. Conſentientes

Sanctorum ſcripta non inſerta iuri communi, ſecundum poſt decreta Põtificum Romanorum locum obtin nt 11, §. alia ſanè

Scenicis & hiſtrionibus non eſt danda Euchariſtia, pro cæteris autem, maximè infirmis, ſemper debet eſſe parata 141, §. item quamuis

Schiſmatici qui ſint, & quomodo differãt ab hæreticis 377, §. hæretici ſunt

ſchiſmatici e cõmunicatione, depoſitione, bonorum confiſcatione, & à ſe geſtorũ annullatien e puniuntur 378, §. utrumque

Scripta ſanctorum, uide ſuprà in uer. Sanctorum

Scriptura ſolùm publica in iudicio fidem facit, & quæ ſit ſcri tura publica 334, §. non tamen

Scrutatores qui ſint 19, §. per ſcrutinium

Secũdæ nuptiæ abſque timore infamiæ intra annum luctus poſſunt celebrari: ſed non debent benedici quocunque tempore contrahantur 194, §. illud quoque

Sede uacante is abſoluit qui habet Epiſcopalẽ iuriſdictionem 418, §. epiſcopali

Seditioſi ordinari non poſſunt 73, §. idem ſtatuendum

Sententia eius qui eſt maioris authoritatis proponitur inter diſcordantia concilia 9, §. alia uerò

ſententia contra reum contumacem ſi de cauſa liqueat, ferri poteſt, etiam in cauſa profana lite conteſtata, contra actorem uerò etiam lite non conteſtata 292, §. quod interdum

ſententia diffinitiua eſt, quæ condẽnando uel abſoluendo liti finem imponit, nec requiritur de neceſſitate in ea uerbum condemno, uel abſoluo, ſed ſufficit æquipollens 339, §. diffinitiua uero

ſententia debet ferri ſedendo, & de ſcripti recitatione, aliàs non ualet & Epiſcopus facere poteſt quòd alius pro ſe recitet 340, §. uocatis igitur

ſententia lata contra ius conſtitutionis, licet ſit nulla: ſecus tamen eſt in ſententia lata contra ius litigatoris 342, paragra. ſi tamen

ſententia lata poſtquam per decem dies non fuit appellatum, regulariter retractari non poteſt 343, §. lata t men

ſententia lata in reali actione mandatur executioni ſtatim: in perſonali uerò poſt quatuor menſes, qui terminus poteſt breuiari, & prorogari 344, paragra. ſi igitur ſententiæ

ſententia per querelam & ſupplitationem retractatur, & ſub qua forma ſupplicatio porrigatur 363, paragra. per ſupplicationem

ſententiam ex pluribus iudicibus ſufficit quòd unus recitet, uſus plurali numero, ſecus in actu electionis 340, paragr. ſed & ſi plures

ſententiarum duæ ſunt ſpecies, interlocutoria & diffinitiua, & interlocutoria poteſt reuocari ante diffinitiuam 339, para. ui-

deamus. Cætera uide ſuprà in uer. Proceſſus
Separatio thori non habet locum pendente iudicio ſuper adulterio 186, para. ſæpius tamen. Reliqua habes ſuprà in uer. Diuortium
Sepulturam eligendi unuſquiſque habet liberã facultatẽ, & ſi quis nõ eligat in parochiali eccleſia, aut maiorum ſepulchris eſt ſepeliendus 224, §. regulariter
ſepulturæ cur conſtituantur in eccleſijs & locis ſacris 223. §. tractemus
Non poteſt quis etiam iureiurando à ſeipſo abdicare liberam eligendæ ſepulturæ poteſtatem 226, §. aliàs autem. Cætera inuenies ſuprà in uer. Clerici
Sequeſtratio fit ob dilapidationem etiam lite pendente 321, §. planè
Seruus ordinatus ſciente domino fit ex hoc liber & ingenuus 68, parag. ratione ſubiectionis
ſerui poſſunt etiam inuitis dominis contrahere matrimonium dum tamẽ dominos nõ fraudent debitis obſequijs 159, parag. illud quoque. Cætera require ſuprà in uer. Princeps & in uer. Profeſſio
Simonia quid ſit, & unde dicta 371, §. ſimonia
ſimonia aut eſt ſimplex conuentionalis, aut realis: & realis ſubdiuiditur in realem conuentionalem, & realem mentalem, ead. §. ſimoniæ
ſimonia contrahitur cuiuſcunque muneris receptione, eadem, paragra. contrahitur
ſimonia ex quibus capitibus cõmittatur 327, §. ſed & tunc
Simoniacè dicitur quis electus, etiãſi quid ignorante eo datum fuerit uel promiſſum, ead. §. nec diſtinguemus
ſimoniacè ordinans cum ſuo ordinato, & clerico mediatore eſt deponendus, laicus uerò mediator excommunicatur 374, §. ac ueluti
Simoniacus poteſt à quocunque accuſari; & ſolus ſimoniacus inter peccatores miſſam non celebrat 376, §. huius autem criminis
ſimoniaci ordinari non poſſunt 73, §. idem ſtatuendum
Simplicitas excuſat à communione cum hæreticis 416, §. mercatores
Sortilegi qui ſint: & quòd ab eccleſia ſint omnino eijciendi 385, §. ſunt autem
Spirituale cõiugiũ quomodo diſſoluitur 53, §. per degradationem
ſpiritualis poteſtas exerceri ſine fide poteſt, ſed non ſine intentione eccleſiæ 124, §. hoc tamen
Spoliaſſe quis intelligatur præter manifeſtã ſpoliationis uim 311, §. is quoque
Spoliatus opponens de ſpolio in modum exceptionis, non cogitur reſpondere ante quàm ſit reſtitutus 302, §. ſed & ſi
ſpoliatus eſt ante omnia, & quoad omnia reſtituendus 309, §. ſed & ſi ſpoliatus
ſpoliatus quot caſibus dicitur quis priuatus à iudice, & quibus 311, §. ſpoliatus
ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, regula 313. §. ſunt & alij
ſpoliatus quando non ſit ante omnia reſtituẽdus 314. §. quinimò
ſpoliatus poteſt ſuſpenſo petitorio ante concluſionem in cauſa intẽtare poſſeſſorium: ſecus ſi ſit concluſum, niſi tamen aliter iudici uideatur 315, paragra. poſtremò ſciendum Cætera uide ſuprà in uer. Electio
ſpolium cùm proponitur in modum exceptionis, nulla fertur reſtitutionis ſententia: ſed quandiu non fuerit reus reſtitutus, non eſt cogendus actori reſpondere 310, §. ſed hæc quidem
ſpolij quæſtio per modum reconuentionis propoſita non impedit proceſſum ſuper alia cauſa ciuiliter inſtitutum, eadem, §. quòd ſi ciuiliter
Sponſalia quid ſint, & unde dicantur 146, §. ſponſalia ſunt

Sponſalia contrahuntur re, uerbis, literis & conſenſu. ead. §. conti[illegible]huntur

ſponſalia contrahuntur tripliciter, purè, in diē, & ſub conditione, & qui contraxerunt ſponſalia purè, compellendi ſunt etiam matrimonium contrahere, & conſanguinei cō trahentium non debent cum ipſis contrahē tibus contrahere 148, paragra. rurſus contrahuntur

ſponſalia contracta ſub conditione euaneſcunt deficiente conditione, niſi ab ea receſſum fuerit 149, §. ſub conditione

ſponſalia qui contraxerunt, debent compelli ad matrimoniū, niſi aliquid triſte timeatur 151, §. initiatum igitur

ſponſalia contracta à parentibus, non tenent, niſi filij aſſentiant & ratificent 152, §. nō abſimile eſt

ſponſalia diſſoluūtur ipſo iure, quando non habetur ratio uoluntatis contrahentium 153, §. diſſoluuntur ſponſalia

ſponſalia diſſoluuntur per ſuſceptionem ſacrorum ordinum & ingreſſum monaſterij, eadem, §. item ex contrario

ſponſalia quando facto hominis diſſoluantur 154, §. facto hominis

ſponſalia diſſoluuntur contrario conſenſu, nec pœnæ appoſitio ſponſalibus appoſita aliquid operatur, ead. § ſi contrahentes

ſponſalia dirimuntur propter lepram, uel ſimilem morbum 156, §. item ſi ſponſus

ſponſalia pura, & certa ex conſenſu ualida, licet alìàs nulla, inducunt publicæ honeſtatis iuſtitiam, quæ ſequentia ſponſalia dirimit, non præterita 168, §. uſqueadeo autē. Cætera require ſuprà in uer. Matrimonium minores, & in uer. Reſilire

Sponſi ſi conferant ſe ad remotas regiones, ſpōſæ poſſunt ſe ad aliorum nuptias conferre, recepta, ſi peierauerint pœnitentia 156, §. ſed etſi qui

Spurius, uide ſuprà in uer. Poſtulari

Subdiaconus poteſt quis ordinari in decimooctauo anno 60, §. ſicut autem

Subdiaconi officium circa quæ uerſetur 59, §. diaconum igitur Cætera habes ſuprà in uer. Diaconi, & in uer. Eccleſia

Superior de excommunicatione cognoſcens, uidens illam iuſtam, debet excommunicatum ad inferiorem remittere, niſi is malitioſè diſferat abſoluere: ſecus autem, ſi comperiat illam iniuſtam: ſed ſi dubitetur, honeſtè faciet, ſi remittet 419, §. ubi uerò

ſuperiori conceditur multò magis, quod conceditur inferiori 14, §. quod aūt. Reliqua require ſuprà in uer. Epiſcopi, & ſuperiores.

Surdi baptizari poſſunt 127, §. muti quoque

Suſpecti de hæreſi, niſi ſe purgent, ſunt excommunicandi, & excommunicati ſi in excommunicatione inſorduerint, cōdemnantur tā quam hæretici 383, §. qui uerò inuenti

Suſpenſio eſt duplex, ut excommunicatio & interdictum 427, §. ſuſpenſio quoque

ſuſpenſio iudicis quæ ſit 428, §. iudicis ſuſpenſio

ſuſpenſio ſolum ordinem & ſtatum eccleſiaſticum reſpicit, & priuatio præſupponit habitum, ead. §. eſt autem ſuſpenſio

Suſpenſus quoad ſeipſum, nō quoad alios quis eſt, ob mortale peccatum, non notorium 428, §. at ſi crimen

ſuſpenſus à canone eligit, ſecus ab homine 21, §. in ſuſpenſo

Suſpicio uehemens interdum habet uim notorij 337, §. ad notorium

Syluæ, uide ſuprà in uer. Ruinæ.

T

TAciti & expreſſi eadem eſt uirtus 349, §. quòd ſi iudex

Taciturnitas habiti beneficij inualidat prouiſionem legati, non ordinarij 85, §. ſed nec aliter

taciturnitas obtenti beneficij etiam modici obſtat, niſi prouiſio ſit facta motu proprio 87, §. ſed multum intereſt

Talis quis præſumitur, in quali habitu reperitur aliquandiu conuerſatus, & captus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

258,§.item dicendum
Tempus deuolutionis currit ſolum non impeditis, & à die notitiæ 82,§.tempus
tempus ad proſequendum in quibus caſibus non currat 358,§.quandiu
tempus datum à iure ad proſequendam appellationem poteſt breuiari per iudicem ex cauſa, ead.§.& licet
tempus interdicti, uide ſuprà in uer. Interdicti tempore.
tempora quæ ſeruari debeant in ordinationibus 64.§,igitur per tres
Terminus, habes ſuprà in uer. Pars
Terrulas incommodas, & minùs utiles, item ſeruos fugitiuos poteſt prælatus alienare 248,§.terrulas
Teſtator ſi aliquid Epiſcopo, aliquid eccleſijs reliquit, & iuſsit Epiſcopum eſſe contentũ ſuo relicto, poſthabita detractione quartæ, ſeruanda eſt teſtatoris uoluntas, niſi ſit facta in fraudem 235,§.hoc autem
Teſtis
Differentia, utrùm teſti obijciatur crimen, de quo nunquam aliàs fuerit conuictus, uel obijciatur crimen, de quo aliàs quis confeſſus & conuictus fuit 304,§.multum
Teſtis malæ uitæ caret fide 327,§.uita cenſetur
teſtis non poteſt quis eſſe in cauſa, in qua fuit aduocatus uel procurator 329, §.is quoque
teſti ſtatim ſeipſum corrigenti non admittitur ob id fides, & poteſt iudex teſtem repetere ſuper omiſsis 333,§.cum quoque
teſtes quales eſſe & qualiter iurare debẽt ſuper conſanguinitate 182,§. quoties
teſtes poſſunt examinari etiam lite non conteſtata, cùm ciuiliter agitur, & probabiliter de morte teſtium, uel diuturna abſentia timetur 317,§.admonendi
teſtes qui examinauit ad perpetuam rei memoriam, debet intra annum, uel conuenire aduerſarium, uel examen denunciare 318,§.debet tamen
Teſtes recuſantes iurare, ſunt ſub pœna excõmunicationis cogendi, & iuramentum de non deponendo non tenet 325,§.quòd ſi teſtes
teſtes conſiderantur conditione, natura & uita 326,§.teſtes uerò
teſtes non poſſunt eſſe domeſtici, & habentes cauſam ſimilem 329,§.domeſtici
in Teſtes qualiter & quando obijci poteſt 331,§.ſed interdum
teſtes probatorios & reprobatorios probatoriorum reprobare licet, ſed reprobatorios reprobatoriorum non licet 332, §.illud etiã. Cætera inuenies ſuprà in uer. Pater. in uer. Renũciatio & in uer. Reus
Tractatus, uide ſuprà in uer. Sacerdotes
Tranſactiones quæ non ſunt iuri cõtrariæ ſeruari debent, & partium iuribus derogant 280,§.tranſactiones
Translatio inducta eſt ex utilitate, & ex neceſsitate, et neceſsitate ceſſante translatio irritatur 44,§.translationes
Tributa & cenſus de fructibus quibus decimæ ſoluendæ ſunt, non debent deduci 239,§.ſed nec
Tumulati contra canones ſunt exhumandi, ſi illorum corpora poſsint diſcerni à corporibus fidelium 227,§.& ſi contigerit
Tutor poteſt litem conteſtari 316,§.ſit autem litis conteſtatio

V

VAcationis futuræ caſus, non uerificatur in caſu nouæ creationis 93,§.idem obtinet
Validum ab initio tractu temporis non infirmatur, etiam noua ſuperueniente cauſa 328,§.illud in dubium
Verba etiam quantum ad eccleſiam ſunt neceſſaria ad contrahendum matrimonium, ac muti & ſurdi ſignis nuptias poſſunt cõtrahere 158,§.licet autem
uerba apta ad contrahendum matrimonium, ead.§ uerba autem
uerba prolata in cõtrahendo matrimonio ſunt

accipienda

accipienda ſecundum communẽ intelligen
tiam 159,§.inde quæritur
Vicarius epiſcopi non poteſt inquirere, puni
re, priuare beneficijs, uel eadem conferre,
niſi hæc ſpecialiter ſibi cõmittantur 41,
§.per uicarium
uicarius conſtitui non poteſt, habens curam
animarum in diuerſis eccleſijs, uel laicus
42,§. debet autem
uicarius ſine ſpeciali mandato Epiſcopi po-
teſt ſede vacante inſtituere præſentatos
105,§.diſsimiles ſunt
à Vicario appellatur ad Archiepiſcopum, ab
Archidiacono ad epiſcopum 42,§.inter
uicarium
Vir qui uiuente uxore etiam ab eo ſeparata
quoad thorum, ſecundam cõſciam duxit u-
xorem, etiam prima mortua ſeparabitur à
ſecunda, ſed cum alia contrahere poterit
191,§.fornicationis quoque. Reliqua re
quire infrà in uer. Vir
Viſitare qui poſsint, & quòd Archiepiſcopus
poteſt uiſitare prouinciã, etiam quãdo ſuf
fraganei non ſunt negligentes 219,§.ui
ſitandi uerò
Viſitatores creandi, & quid agere debeant
118,§.uiſitatores
Vitatio ſcandali iuſtam tribuit renuntiãdi cau
ſam 49,§.propter malitiam
Vitiatus corpore, niſi modica ſit læſio, ordina
ri non poteſt 76,§.cauenda ſunt
Vitam regularem qui uouit, monaſterium in-
gredi debet, non obſtante quòd fuerit præ
laturam conſecutus 114,§.is quoque
Vnctio, uide ſuprà in uer. extrema Vnctio
Vniendi cauſæ ſunt neceſsitas, & utilitas
203,§.uelut ergo
Vnio quid ſit & quotuplex, ead.§.unio nihil
unio diſſoluitur temporis lapſu, & cauſæ ceſ
ſatione: & ab his qui habent ius uniendi
207,§.diſſoluetur autem
unionis effectus quis ſit 206,§.ſecuta uerò
per Vnionem non præiudicatur iuribus epi-
ſcopalibus, ead.§.ſed quæri poterit
in Vnione facienda requiritur conſenſus non
ſolùm capituli, ſed etiam eorum qui lædi-
poſſunt, ead.§. nec ſolum
Vniuerſitatis intuitu poteſt noua eccleſia ædi
ficari: utputà pro leproſis 198,§.uniuer-
ſitatis
uniuerſitate interdicta & ſinguli de uniuerſi
tate cẽſentur interdicti, ne interdictum red
datur eluſorium 426, §.item cum loci.
Cætera uide ſuprà in uer. Clerici
Votum non poteſt in electione reddi per lite-
ras 17,§.ſed cùm abſens
uotum ſolenne derogat ſimplici 124,§.illud
quæri poteſt
Vouere peregrinationem quis poteſt etiam al
tero coniugum inuito 189,§.licet autem
Cætera uide ſuprà in uer. Vitam
Vſura quid ſit, & unde dicta, & habens poſ
ſeſtionem in pignus recepta propria pecu-
nia, ſi recuſet fructus in ſortem computare,
uſuras committit 388,§ uſura eſt
uſuræ ſi non ſint quibus reſtitui poſsint, ero-
gandæ ſunt in pauperes, & paupertas ex
cuſat à reſtitutione 390,§.nec quicquã
Vſurarius licet de uſuris ſatisfieri mandet per
hæredem, non tamen eſt tradendus eccle
ſiaſticæ ſepulturæ, donec fuerit ſatisfa-
ctum, & contrà faciens incurrit pœnas ea-
rundem, & teſtamenta uſurariorum non
ualent 389,§.& id adeo
uſurarius non eſt rem emens minùs iuſto pre-
tio, ſi tunc ueriſimiliter dubitetur, an tem-
pore ſolutionis plus uel minus eſt res uali-
tura, uel aliter dubius euentus uſurarum
ſuſpicionem remouet 392, parag. illud
quoque
uſurarius eſt, qui à debitore recipit aliquid ul-
tra ſortem, etiamſi ſuſcipiat in ſe periculũ
ead.§.aliud tamen
uſurariorum pœnæ ſunt, infamia excommu-
nicatio, beneficiorum & officiorum et Ec
cleſiaſticæ ſepulturæ amiſsio 389, par.
multiplicibus autem. Reliqua uide ſuprà
in uer. Officia.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vxor, cuius conſanguinea à proprio uiro cognita eſt, monenda eſt, non cogenda ad continentiam 176, §. uxor quoque

uxor & uir regulariter non poſſunt diſiungi, ut alter ſumat ſacros ordines, aut monaſterium ingrediatur: fallit hoc in caſibus præcedentibus & ſequentibus 187, §. his exceptis

uxor, quæ credens uirum eſſe mortuum, religionem eſt ingreſſa, & à uiro educta, ſi uir moriatur, non cogitur reu erti ad monaſterium, licet id ſibi expediat 189, §. quid ſtatuemus

uxor non tenetur ſequi ſepulturam uiri, ſi uelit aliam eligere 224, §. nec ulla

uxor ſi ſepulturam non eligat, tenetur ſequi ſepulturã ultimi uiri, ſi plures habuerit 225, §. ſi tamen ipſa

Vxorem qui duxit uiduam, eiectam uel meretricem, ordinari non poteſt 75, §. item repellendi

uxorem publicam meretricem ſcienter ducenti peccata remittuntur 161, §. quin potius

uxorum dotes ob hæreſim maritorum nõ ſunt confiſcandæ, niſi ſcienter contraxerint matrimonium cum hæreticis 379, §. ſed & cum alteri     Cætera uide ſuprà in uer. uir

X

XEnodochia, Orphanotrophia, & loca ſimilia Epiſcopis ſubſunt, qui prouidere debent, ne illorum res diſſipentur 221, §. xenodochia

Xenodochia & loca ſimilia non poſſunt in beneficium cõferri, niſi in certis caſibus 222, §. eodem cauetur concilio

INSTI-

# INSTITVTIONVM
# IVRIS CANONICI
Libri quatuor, M. Antonio
Cuccho Iuriſconſul-
to authore.




BASILEÆ. M. D. LXVI.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# AMPLISSIMO VIRO P. PAVLO ARIGONO, RELIGIOSISSIMI SENATVS

*Mediolanenſis Præſidi, M. Antonius Cucchus S. P. D.*

MVlta quidem ſunt ſtudia, quæ ſi diligenter excolueris, magno mortalibus adiumento eſſe poſsis, & magnam cum fructu fœcundo laudem conſequi: ſed ubi omnia contuleris, & inter ſe comparaueris, nullam mehercle præſtantiorem gloriam, & orbi terrarum utiliorem iudicabis, quàm eam, quæ literarũ monumentis, ad rem literariam adiuuandam atque augendam, edendis acquiritur. hæc enim non cum authore ſuo unà, ut alijs áccidit, interire ſolent, ſed perpetua, & immortalia ſunt, perpetuóque proſunt. Verùm, ſi qua ex literarijs monumentis utilitas (quæ maxima eſt) percipitur, ea proculdubio communi omnium conſenſu cęteras omnes utilitates uincit, longóque interuallo ſuperat, quæ ex præceptis ad iuſtitiam pertinentibus, id eſt, quæ ex Pontificij Cæſareiqúe iuris diſciplina hauritur. nam, ut omittam quòd nullum tempus, nullúſque locus uacare iuſtitia debeat, quãdoquidem etiam inter piratas & latrones ſine iuſtitia ſocietas ſtabilis ulla eſſe non poteſt, & ne ipſi quidem inferi huius diuini muneris expertes ſunt, legéſque ſuas (ut Poëtæ haud abſurdè fabulantur) Rhadamanto iu



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dice integrè cuſtodiunt: id certè prætereundum non eſt, latiſsimam illam ſocietatem hominum, & uitæ cõmunitatem nulla alia re magis, quàm iuſtitia conſeruari, nec ulla nos alia re propiùs ad Deum immortalem accedere. Hinc qui iuris ſcientiam egregiè tenuerũt, qui Iuriſconſulti appellantur, apud omnes populos, gentes, nationes, & Reges magno ſemper in honore habiti fuerunt, primáque dignitatum faſtigia conſequuti ſunt. At, ſi quo tempore ſuus Iuriſconſultis habitus eſt honor, nũc profectò maximus habetur, cùm eos ſupremis, pręſertim Eccleſiaſticis, apicibus ornari uideamus, &, cùm PII Quarti Summi Pontificis, maximè quidem Pij, admirabili prouidentia, & ſingulari liberalitate, nullis non honoribus, nullisq́; nõ præmijs dignos cenſeri quotidie experiamur: cúmque feliciſsimi Regis noſtri PHILIPPI munificentia, illuſtriúmque Patrum conſilio, in quorum fide & prudentia Rex Maximus meritò conquieſcit, optimos, integerrimóſque Iuriſconſultos minimè hoc ambientes ad ſolam integritatis & magnæ in iure prudentiæ famam, cernamus à fori ſtrepitibus, & gymnaſiorum laboribus, alijsq́; inferioribus ſedibus ad ſupremam illam curiam, cui tu magna cum laude præes, & mox à Curia ad nobiles illuſtréſque Præfecturas, & ſumma rerum gubernacula extolli, & alios poſt lõga peracta ſtipendia magnis honoribus, opimisq́; præmijs auctos, tamq́; emeritos in patriam dimitti. Eò factũ eſt Præſes ampliſsime, ut ego qui me hominẽ eſſe meminerim, id eſt, ad hominum utilitates tuendas atque augendas obligatum, item Iuriſconſultum, id eſt, ſci-

entiæ

entiæ illius, quę omniū generi humano utiliſsima eſt, cultorem, his ſtimulis impulſus non quieſcendū mihi propoſuerim, quoad aliquod literariū monumētum ad publicam (ut mihi uidetur) utilitatē laborauerim, hócq; potiſsimùm literarū genus elegerim, in quo labores meos locarē, quod plurimùm utile mortalibus iudicarem. Itaq; hunc INSTITVTIONVM libellum ad ſcientiam Pontificij iuris faciliùs addiſcendam, quàm maxima potui diligentia, & ſtudio, (dij faxint, ut etiam fortunato) decē ab hinc annis elucubraui. Magnum quidem opus me aggreſſum intelligo, & quod humeris meis impar fortaſſe quiſpiam dixerit, cùm Iuriſconſulti maximo rerum uſu præſtantis ſingulariq; doctrina præcellentis, cuiuſmodi illi Triūuiri fuerūt, qui IVSTINIANO Cęſari INSTITVTIONES Iuris Ciuilis compoſuerunt, hęc ſarcina uideatur, non Iuriſconſulti ferè adoleſcentis, qualis tunc eram, cùm huic operi manum admoui: uerùm id æſtimandum eſt, nihil eſſe tam arduū, & difficile, quod (modò uelis) non ſtudio & labore cōſequaris: ualet enim ingeniū, ubi intēderis, & mediocribus hominibus tentata interdum non infeliciter eueniſſe cōperimus, quæ tamen ſublimiores uiros deterrere potuerunt: cuius rei hæc ratio fortè reddi poteſt, quòd tenuioris fortunæ homines, uel gloriolæ cuiuſdā deſiderio, uel quò ſibi ad dignitates & honores aditum faciliorem aperiant, nullum laborem recuſant: nec ignoramus ex his, qui nūc ſumma tenent, pleroſq; per illuſtria facta ad eos gradus euectos eſſe: quo patet, ab egregijs operibus faciendis, nec etiā obſcuros ho

mines ſummoueri: quanquã me ad hoc, quicquid eſt operis, faciũdum impulit publicę utilitatis deſideriũ, non glorię, aut honorum ambitio. Adde, quòd nos hoc libello non leges ſcribemus, ut ſunt illę Cæſareæ conſtitutiones, ſed iuuenibus hoc iure inſtituẽdis nuda ſolùm pręcepta tradimus: quę ſi minùs illam phraſim redolebunt, quę perennem gloriã authori afferre poſsit, at ſpero non omni fructu carituras, ſatisq́ mihi feciſſe uidebor, ſi pro uirili mea ſtudioſis opem tulero: nam ſi unuſquiſq́ tantum prodeſſe mortalibus eniteretur, quantum eniti poſſet, quis dubitet longe meliùs res ceſſuras? Sed cùm non ignorarem, quantum hic libellus inuidię ſibi authoriq́ ſuo conflaturus eſſet (quotus enim quiſq́ eſt, qui hanc rem per Iuriſconſultum nouum rectè tractatam, etiam opere nondum lecto, uel uix fortè etiam conſpecto, ſibi perſuaderi ſinat?) ea propter, quò acriores metuebantur inuidię morſus, eò fortiore patrono libellum egere iudicaui, cuius authoritatem nouitatis inuidię opponerem. Te igitur, te, inquam, P. PAVLE ARIGONE, Pręſes ampliſsime, ex omnibus unum delegi, in quo mea niti poſſet ſalus. nam cùm etiam ſanctiſsimus iſte Senatus, Italici nominis decus & ſplendor, tutiſsimus Iuſtitię nidus, oppreſſorumq́ aſylum te Pręſide tãtum effulgeat, maieſtatemq́ ſuam ſeruet, quantum unquam, quis uereatur ſub tuo clypeo ad ſolem & puluerem (ut aiunt) prodire? Te igitur, tãquam Deum Tutelarem, uoco, & omnibus uotis precibusq́ nuncupo, ut mei huius quantulicunq́ fœtus tutelam ſuſcipias. nam etſi conſiderem te ultrò etiam

inuocatum mihi patrocinium eſſe impertiturum, ut ſoles omnibus, qui ſub tua umbra in hoc præſertim gymnaſio TICINENSI degunt, cùm tamē id pręcipuè numen præſens eſſe ſoleat, quod uotis nuncupatis uocatur, tumq; maximum tutelę pōdus uel in eo cōſiſtat, ſi tuum nomen Operi inſcriptum legatur, ad cuius ſonum audaciſsimo cuiq; tela de manibus caſura ſcio, nihil mihi potius fuit, quàm ut illud ſcriptis meis præfigerem: quod tu, ut boni ęquiq; conſulas, te etiam atq; etiam rogo. Vale. Ex TICINENSI Academia ix. Calen. Auguſti, Anno Salutis noſtræ M. D. LXIIII.

## M. ANTONIVS CVCCHVS, IVRISCONSVLTVS IVRIS CANONICI STVdioſis S.

*CVm tam Iuris Cæſarei diſciplina, quàm cæteræ ferè omnes propria quædam habeant principia, ex quibus poßint tyrones ea præcepta haurire, quæ ad interiorē doctrinam ducant, & quodam modo viam ſternant, ſola verò iuris Pontificij ſcientia hoc commodo careret, non in vtilem rem, nec vobis ſtudioſi ingratam me facturum exiſtimaui, ſi hoc, quod deſiderari videbatur, ego pro viribus præſtitiſſem: ſuſcepi igitur hoc oneris non grauatè, vt in hoc enchiridion, ſuccum ex toto Pontificij iuris corpore delectum, tanquam in vaſculum conferrem. Hoc enim libello collecta inuenietis, quæ ex pluribus voluminibus Decretorum, & Decretalium Epiſtolarum, Sexti, Clementinarum & Extrauagantium Conſtitutionum petenda olim iuuenibus iuris præcepta erant, eáque ſic in promptu ſeſe offerent, vt ſingulæ ferè orationes præceptionibus & documentis ſcateant, vt iam non (vt olim) præcepti unius*

gratia integra pagina cum longa facti narratione legẽda ſit: eas verò potiſſimùm materias attigimus, quæ huiuſce iuris propriæ ſunt, illis omiſsis, quæ iuri Cæſareo communes ſunt: ſpero autem breuitatem, & ſtyli ordiniſque diuerſitatem lectorem facilius allicere, & minore cum faſtidio morari poſſe, quàm prolixa GOFFREDI & Hoſtienſis Cõpendia, quas Summas vocant. Nanque, vt illa vtiliſsima quidem ſint & fœcundiſsima, ad hoc tamen, quod nobis in præſentia eſt propoſitum, meo quidem iudicio, non admodum conferunt. Quare ſi ex animi mei ſententia res euenerit, vt ſtudioſos hoc noſtro qualicunque libello adiuuari videam, lætabor & magnam ex hoc voluptatem percipiam, & magnum nobis, vberemq; fructum ex laboribus noſtris ſic redditum exiſtimabo, ac quantum ſtudio & labore contendere potero, curabo, vt poſsim alia quoque in poſterum ad publicam vtilitatem afferre. Sin minus voto noſtro euentus reſponderit, at propoſitum noſtrum vtilitati publicæ deſeruiendi, vt puto, vituperandum non erit, & ſic fortè alijs materiam præbebimus, vt felicioribus laboribus id aſſequantur, quod nos ſequuti ſumus. Ne quis tamen nos carpat, quòd eundem titulum, quem IVSTINIANVS Cæſar, operi noſtro præſcripſerimus, ſciat INSTITVTIONVM vocabulum non legum authoritatem ſonare, etſi illæ IVSTINIANI ab authore hanc vim nanciſci potuerint: quod libri Inſtitutionũ Oratoris, Inſtitutionum diuinarũ, Inſtitutionum Grammatices, aliaq; huiuſmodi perſpicuè declarant. Quare nihil in hoc titulo eſſe puto, quod nobis in arrogãtiæ crimẽ adſcribi poſsit. Accipite igitur iuuenes ſtudioſi animis lubentibus hoc, quicquid eſt libelli, animumq; noſtrum agnoſcite, & boni conſulite. Valete.

INDEX

# INDEX RVBRICARVM


LIBRI PRIMI,

j. De Iure Canonico.
ij. De Reſcriptis.
iij. De Ordinib. Clericorũ.
iiij. De his, qui poteſtatẽ habent ordinandi, & literas cõmendatitias, ſeu dimiſſorias dandi.
v. Qui promoueri ad ordines non poſſunt.
vj. De Temporibus ordinationum.
vij. De Electione.
viij. De Poſtulatione prælatorum, & nominatione.
ix. De Confirmatione Electi, & conſecratione.
x. De Authoritate, & vſu pallij.
xj. De Translatione Epiſcopi.
xij. De Officio Ordinarij.
xiij. De Officio Legati.
xiiij. De Officio Iudicis Delegati.
xv. De Officio Conſeruatorum.
xvj. De Officio Archidiaconi
xvij. De Officio Archipreſbyteri.
xviij. De Officio Primicerij, ſeu Cantoris.
xix. De Officio Sacriſtæ, & cuſtodis.
xx. De Officio vtriuſque Vicarij.
xxj. De Viſitatione per prælatos facienda.
xxij. De Procurationibus.

SECVNDI LIBRI,

j. De Clericis Regularibus, & eorum ſtatu.
ij. De vita & honeſtate clericorum.
iij. Qui clerici matrimoniũ contrahere poſſunt, qui non.
iiij. De Clericis non reſidentibus.
v. De Voto.
vj. De Præbendis.
vij. Quibus modis beneficia vacent.
viij. De prohibita beneficiorum multiplicitate, & ſectione.
ix. De Penſionibus.
x. De Iure patronatus.
xj. De Religioſis domibus, earumq; ſubiectione.
xij. De Conſecratione Eccleſiæ, vel altaris.
xiij. De Eccleſijs ędificandis, vel reſtituendis, vel ſarciendis.
xiiij. Renuntiatione.
xv. De Immunitate Eccleſiarum.
xvj. De Decimis.
xvij. Quando, & quibus ſolennitatibus res Eccleſię alienari poſſunt.


Bb

xviij. De peculio clericorum.
xix. De Teſtamentis.

TERTII LIBRI,

j. De Sacramentis Eccleſię.
ij. De Baptiſmo.
iij. De Confirmatione.
iiij. De Pœnitentia.
v. De Sacramento Euchariſtiæ.
vj. De Sacra Vnctione.
vij. De Sacramento Ordinis.
viij. De Sacramento Matrimonij.
ix. De Sponſalibus.
x. De Deſponſatione impuberum.
xj. De Diuortijs.
xij. De Converſione coniugatorum.
xiij. De Gradibus cognationum.
xiiij. De Gradibus, & generibus affinitatis.
xv. De Cognatione ſpirituali.
xvj. De Iudicijs.

QVARTI, ET VLTIMI libri,

j. Quibus modis de crimine agatur.
ij. De Simonia.
iij. De Hæreticis.
iiij. De Schiſmaticis.
v. De Apoſtatis.
vj. De his qui crimen hęreſis quærere, & vindicare poſſunt.
vij. De Vſuris.
viij. De Crimine falſi.
ix. De Diuerſis delictis.
x. De Pœnis.
xj. De Excommunicatione.
xij. De Interdicto.
xiij. De Ceſſatione.

FINIS RVBRICARVM.

M. Ant.

# M. ANTONII CVCCHI IVRISCONSVLTI, INSTITVTIONVM CANONICI IVRIS LIBER I.

## DE IVRE CANONICO, TITVLVS I.

IVS Canonicum, id eſt, conſtitutio Eccleſiaſtica[a], nihil aliud cõtinet, quàm quod in diuinis ſcripturis & legibus inuenitur: diuinę verò leges natura conſiſtunt: quo fit, vt quæcunque diuinæ voluntati, ſeu Canonicæ ſcripturę contraria probantur, eadem etiam naturali iuri inveniantur aduerſa: &, quæcunque diuinæ voluntati, ſeu Canonicæ ſcripturę, ſeu diuinis legibus poſtponenda cenſentur, eiſdem naturale ius præferri oporteat[b]. Hoc autem vocabulo iuris Canonici, appellatur, quod normam rectè & bene viuendi præbet, vel quod diſtortum prauumq; corrigit: nam Canon Græca vox, Latinè regula interpretatur. Conſtat autẽ ius Canonicũ, vel ex conſtitutionibus in generali Chriſtianorũ concilio ſtatutis, quas proprio nomine Canones vocant, vel his quę à ſummo Pontifice nunc ſolo, nunc Patrum Cardinaliũ conſilio adhibito, A vel vltrò, vel etiam aliquo interpellante, factæ ſunt. Et omnes indiſtinctè adſtringit[c]. Quod verò in concilijs ſingularũ prouinciarum, aut ſynodis per Epiſcopũm vocatis ius ſtatuitur, eius prouinciæ, ciuitatiſve & diœceſis homines dũtaxat devincit. Sunt tamen & quædã leges priuatæ, quæ vel odio, vel fauore alicuius ſpeciali, contra cõmunes iuris normas factę ſunt, quæ Priuilegia appellantur, nec ad exemplum ſunt trahenda[d]. Sed & conſuetudinis, id eſt, iuris illius, quod moribus inſtituitur, non vilis eſt B authoritas: nam pro lege ſuſcipitur, cùm nec ſacris Canonibus, nec humanis legibus obviat[e]. At cùm legum Pontificiarum conſtitutio deeſt, nec vlla conſuetudo extat, ſecularium leges adiri poſſunt[f]. Hoc cuiuſvis conſtitutionis proprium eſt, vt futuris negotijs ſcripta intelligatur, non pręteritis, niſi id expreſſerit[g].

a diſtinct. 3. in ſum.
b c. ſi. diſt. 9.
c c. p. de conſtitut.
d c. regula in ſi. diſti. 3.
e c. conſuetudinis. 11. diſt. c. ſi. de conſt.
f c. p. ubi no. de no. ope. c. p & ſeq. diſt. 10.
g c. 2. de conſtitut.

## DE RESCRIPTIS, TITVLVS II.

SOlent etiam Rom. Pontifices Epiſtolas nonnunquam ad lites, vel beneficia ſubdi-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tis dare, quæ reſcripta appellantur: quorum cùm frequens admodũ in iure noſtro fit mentio, cumq́; ius inter partes ſtatuant [a], nõ ab re fuerit hoc loco pauca admonere. Hæc igitur Prima lex in reſcriptis ſancita eſt, vt hæc conditio, SI PRECES Veritate nitãtur, illis ſemper ineſſe intelligatur. Et, quodcunque reſcriptum cauſæ inhibuerit cognitionem, falſi ſuſpicione non caret [b]. Nec illi reſcripto ſtandum eſt, quod manifeſtum contineat in conſtructione peccatum [c]. Literæ tamen vnius defectus reſcriptum non vitiat: veluti, ſi ſpliarunt, pro ſpoliarũt, O figura omiſſa, ſcriptum ſit [d]. Ordo autem & ſtructura reſcripti verborum interpretationem à iure accipit [e]: finge exempli cauſa, Pontificẽ ita reſcripſiſſe: Si altervtra pars legitimè citata vos adire, aut iudicio veſtro parêre contempſerit, vos pręſentis partis probationes admittere, & quantum de iure poteritis, in cauſæ cognitione, & deciſione procedere ne differatis: hic quippe verborũ ordo præpoſterus eſt: nam cùm ex regula probationes non, niſi lite conteſtata, admittantur, ex ſuprà dicta oratione tamen mandari videbatur, vt parte abſente, atque ita nondum conteſtata lite, admitterentur: ſed quia hoc iuri aduerſaretur, clauſula illa, QVAN-

a Doct. in ru. extra, eod.

b cap. 2.

c c. ad audientiam. p.

d ca. ex parte. ubi gloſſ. de fide inſtru.

e ca. cauſam quæ.

A TVM de iure poteritis. in anteriorem locũ eſt transferenda poſt illa verba, VOS Præſentis partis. vt hic ſenſus reſultet, Probationes parte abſente accipiendas, quatenus ex iure liceat [f]. Reſcriptum per mendacium, aut veritatis occultationem impetratum, ad beneficia nullius momenti ipſo iure cenſetur: ad lites verò hac arte obtentum reſcriptum exceptione oppoſita refellendum eſt [g].

Reſcriptum poſterius priori pręfertur, de quo mentionẽ habet [h]: et ſpeciale generali [i]: extra quos caſus antiquius pręfertur, modò ſegnis non fuerit illius impetrator in eo reddendo, vbi
B nullum certũ beneficium in eo deſignaretur [k], & dum modò in reſcriptis ad lites exceptio fuerit poſteriori oppoſita [l]. Qui plura contra eundem ſuper eadem re ad diuerſos iudices reſcripta retulerit, nullã invicem habentia mentionem, omnibus vti nõ erubeſcens omnium commodo carebit [m].

*Ius Canonicum circa quæ uerſetur.*

Nunc admonendi ſumus, ius Canonicum aut circa Perſonas verſari, aut circa Res, aut circa Eccleſiæ ſacramenta, aut denique circa Iudicia: de quibus omnibus eſt nobis ſigillatim his libris explicandum: & primùm de perſonis, quarũ cauſa cætera omnia adinventa ſunt.

De

f c. cauſam quæ.

g Fel. c. ad audientiam. 2. n. 17. & 22. et c. ſuper literis. n. 7.

h ca. certum. §. per cum. Do.

i c. paſtoralis. §. quoniam. et c. ſtuduiſti. de offic. lega.

k Ab. c. capitulum. n. 4.

l c. ſi autem. c. plerunque. c. cæterum. Ab. ubi ſuprà, n. 8.

m c. ex tenore.

# DE ORDINIBVS CLEricorum,

## TITVLVS III.

DVo ſunt Chriſtianorũ genera: alterum, quod mancipatum diuino officio, & deditũ contemplationi & orationi, à temporalium ſtrepitu vacare convenit, qui appellantur Clerici, id eſt, in ſorté lecti: nam eos potiſsimùm Deus ſibi delegit [a]: Alterum genus eſt eorum, qui Laici vocantur, id eſt, populares [b]. Superius Chriſtianorum genus in duo genera diducitur: nam aut ſeculares ſunt clerici, aut regulares: qui & religioſi vocãtur, quia omnium maximè religioni inſeruire profitentur. De his infrà ſeparatim tractabitur.

Horum omnium clericorum nouẽ ſunt ordines, ſeu gradus: nemo enim poteſt, niſi per gradus Eccleſiæ, ad ſummum ſacerdotium pervenire: nam caſum appetit, quicunque ad ſumma loci faſtigia poſtpoſitis gradibus per abrupta quærit aſcenſum [c]. Infimus ordo eſt eorum, qui primam tonſuram tulerunt, quos Pſalmiſtas vocant: nam et hic iure noſtro inter Eccleſiaſticos ordines refertur [d]: quare nec quiſquam in eos citra excommunicationis pœnã manum iniurioſam inijciet [e]. Quatuor deinde ſũt ordines, A ſeu gradus, qui tametſi non leuibus priuilegijs fruantur, & ſacri ſint, quia tamen his comparati, de quibus mox ſumus dicturi, tenuiores habentur, idcirco ſacrorum ordinum appellatione regulariter non veniunt, ſed minores vocantur, qui ſunt Oſtiarij, Lectores, Exorgiſtæ, & Acoluthi, quibus omnibus ſua ſunt munia ſigillatim diuiſa.

Supra hos ſunt alij quatuor ordines, quos mox dicebamus vel ſacros, vel maiores appellari: hi ſunt, Subdiaconi, qui infimi ſunt, mox Diaconi, dehinc Presbyteri, & ſupremi Epiſcopi: exploſa eſt enim eorum ſententia, qui Epiſcoporum extare ordiné diſcrerũ inficias ibant [f]. B

Item quamvis Vrbani II. temporibus ſubdiaconi ſacris ordinibus non annumerarentur, ideoque nemo ex eo ordine ad Epiſcopatum eligi poſſet, Innocentius tamen tertius declarauit hunc quoque ordinem ſacrum eſſe, & ex eo ad Pontificiam dignitatem eligi quem poſſe [g]. Supremus igitur eſt ordo Epiſcoporum, qui hoc nominé decorantur, quòd populorum ſibi creditorum mores ſpeculari debeant. Et hi in quatuor claſſes diuiſi ſunt, videlicet ſimplices Epiſcopos, Metropolitanos, Archiepiſcopos, & Patriarchas [h]. Epiſcopi ſingulis ciuitatibus cum diœceſi præſunt. Metropolitani, qui

a c. cùm ſecundũ. de præben. & c. clericus. 12. q. p.
b c. duo ſunt. 12. q. p.
c c. un. de cl. per ſal. pro. c. ſolicitudo. 52. diſt. c. fin. 48. diſt.
d c. cùm contingat. ubi gl. et Doct. de ætate et qual.
e c. cler. ubi gl. 21. diſt. cap. ſi quis ſuadente diabolo. 17. q. 1. c. pugl.
f c. pugl. Ab. n. 6. de cõſecrat. alt. Gemin. in proœ. ſex. ubi gl. uer. epiſcopus. Ab. d. ca. cum contingat. Fel. c. ſicut pro certo. de ſimon.
g c. à multis. de ætate et qual. c. miramur. ubi gl. de ſeru. non ordin. Ab. c. nõ poteſt. col. p. n. 4. et col. 3. de re iud.
h d. c. cleros. §. Epiſcopus. 21. diſtinctione.

& Archiepiſcopi quandoque nuncupantur, ſingulis prouincijs præſident. Prouincia autem dicitur, quæ habet decem, aut vndecim ciuitates [a]. Archiepiſcopi, ſeu Primates dicuntur, quibus Metropolitani ſubijciuntur, cæteriq́; eius prouinciæ Epiſcopi: eiuſmodi ſunt Cantuarienſis, Aquilienſis, & Bituricenſis. Et hi Patriarchæ interdum appellantur [b]. Patriarchæ tamen propriè ſunt, illi ſummi Patres, qui primum poſt ſummũ Pontificem locum obtinent. Quatuor enim ſunt, videlicet, Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, et Hieroſolymitanus. Hic enim ordo inter eos ex Concilio generali Innocentiano hodie ſeruatur: quamvis olim Alexandrino prima ſedes poſt Romanum competeret [c], omnes tamen hi quatuor eodem Epiſcoporum ordine continentur, quamvis alius alio latiorem habet iuriſdictionem, & hac de cauſa nominibus etiã diſtincti ſint. Quin & ipſe Romanus Pontifex eodem Epiſcoporum ordine cenſetur, ſed poteſtatem habet cæteris latiorẽ: eſt enim vrbis Romæ, ſeu veriùs vniuerſi terrarum orbis Epiſcopus [d]: quamvis vices ſuas ſic alijs impertiuit Eccleſijs, vt in partem ſint vocatæ ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis [e]: nam vna eſt à Chriſto Eccleſia per totum mundum in multa membra diuiſa, & Epiſcopatus vnus multorum Epiſcoporum concordi numeroſitate diffuſus [f]. Erant etiam olim quidam, qui Corepiſcopi dicebantur, Epiſcopis quidẽ inferiores, presbyteris autem maiores, & non ſolùm ciuitatibus, quemadmodum Epiſcopi, ſed etiam vicis præfici poterant: ſed eorum hodie abolitus eſt vſus [g].

Cardinalatus autẽ dignitas, & officium eſt, nõ ordo [h]: quod vel ex eo cognoſcere licet, quòd alij Cardinales Epiſcopi nuncupantur, alij Cardinales Preſbyteri, alij Diaconi: nemo autẽ Cardinalis efficitur, qui infra Diaconorũ ordinem ſit, quemadmodum nec quiſquam inter Canonicos ſuffragij ius habet, qui ſaltẽ ſubdiaconus non ſit [i].

Habent tamen Cardinales propter eius dignitatis prærogatiuã Pontificiam Iuriſdictionẽ in Eccleſijs ſibi in titulum aſsignatis, aliiſque ipſi titulo ſubiectis, etſi ipſi in Epiſcoporum ordine cooptati nõ ſint [k]. Horum officium & poteſtas eſt, ſummum Pontificem eligere, eiúſque lateri hærere, vt conſilium ſuũ moniti in grauiſsimis quibuſque Eccleſiæ Romanæ negotijs impertiri poſsint [l]: quod vt omnino obſeruẽt, non multis ab hinc annis in generali concilio Lateranenſi, ſub Leone X. ſtatutum eſt. Hinc

&hi

a c. ſcitote. 6. q. 3.

b c. cleros. per totũ. 1. diſt. & c. ſi quis Epiſcopus. et c. ſi inter Epiſcopos. 6. q. 4.

c c. antiqua. de priuile. diſt. 22. in ſum. ubi gl. et c. ſacroſanct. Ro. in fi. et cap. ſancta Ro. Eccleſ. in Extrauag. comm. de elect.

d gl. procem. ſex. uer. Epiſco. Fel. c. cum nobis. col. 2. n. 5. de præſcr.

e ca. decreto. 2. q. 6. ad fi. & c. qui ſe ſcit. ea. q. et c. multum ſtupeo. ad fi. 3. q. 6.

f c. Nouatianus. 7. q. 1.

g c. Eccleſijs. c. quãuis. et c. corepiſcopi. 68. diſt.

h Fel. in Rub. de maior. et obed.

i Abb. c. extirpandæ. §. quia uerò. n. 7. de præbend. c. ut hi. de ætat. & qualit. ubi gl.

k Ab. ca. his quæ. de ma. et obed. 2. nu. per illũ tex. Fel. ca. cum uenerabilis. num. 34. de excep. & eſt con. ſecundum Mandoſ. in reg. 7. q. 2. numer. 10.

l Doct. in rub. de conſtit. ubi Fel. col. 2. & B.

& hi fratres à ſummo Pontifice A appellari ſolẽt, modò, vbi ſinguli appellantur, Epiſcopi ſint: ſic & Epiſcopus Canonicos fratres nuncupare ſolet [a].

Altera eſt Clericorũ diuiſio, quòd alij officium habere dicuntur, alij dignitatem, alij perſonatum. Et Dignitas quidẽ eſt Eccleſiaſticarum rerum cum Iuriſdictione adminiſtrandarũ poteſtas: vnde Epiſcopatus, licet ordo ſacer ſit, tamen dignitatem etiam habet: & hinc Cardinales quoq; in dignitate cõſtitutos eſſe diximus: in quo numero etiam cenſentur Archidiaconus, & Archipresbyter, Abbas, Præpoſitus, Prior, & quivis collegiatæ Eccleſiæ præfecti, quocunque nomine vocentur, omnes dignitatem habere dicuntur [b]. Perſonatus eſt, prærogatiua in Eccleſia, omni carens Iuriſdictione, veluti ſi quis ſedem habeat præ cæteris in choro eminentem. Officium autem eſt, ius adminiſtrandarum rerum Eccleſię ſine iuriſdictione [c]. Alij verò ſunt, qui neq; officium, neq; dignitatem, neq; perſonatum habẽt, ſed priuati clerici ſunt, quamvis interdum iuriſdictione aliqua non careant, velvti ſimplices Eccleſiæ Rectores [d]. Eccleſię autem cathedralis Canonici his qui in dignitate ſunt, ferè comparari poſſunt [e]. Et hæc ſatis ſit dixiſſe de ordinibus clericorum: nunc videamus, qui ad dictos ordines admittere, quive admitti poſsint.

a Ab. c. nouit. col. 3. de his quæ fi. à præla. c. p. in fi. ubi gl. de offic. lega. in 6.

b Ab. ca. de multa n. 22. Fel. Ru. de offic. deleg.

c Ab. d. c. de multa. Fel. d. ru. Io. de fel. tract. de benefic.

d Ab. ca. cum contingat. nu. 31. de foro comp.

e c. ſtatutum. de reſcrip. in 6.

## DE HIS, QVI POTESTATEM HABENT ORDINANDI, & literas commendatitias, ſeu dimiſſorias dandi,

### TITVLVS IIII.

Ordines igitur ſuprà ſcriptos aſsignandi poteſtas penes Epiſcopos eſt, qui tamen caueant, ne in alienam meſſem falcem immittant, alienos ſubditos ad ordines promouere ſibi arrogantes, licentia ab eorum Epiſcopis non habita: nam ſi hoc admiſerint, B totum annũ ad ordines quempiam cooptandi poteſtate interdicti erunt: quare vulgata, poterunt eorum ſubditi etiam ſine venia à vicinis Epiſcopis ordinibus aſſociari [f]. Epiſcopo autem quis tribus modis ſubeſſe poteſt, origine, ſacerdotio, & domicilio [g]. Cæterùm alij prælati Epiſcopis inferiores, tam religioſi, quàm ſeculares, putà Abbates, Archipresbyteri, Archidiaconi, non poſſunt clericis ſubditiſve ſuis poteſtatẽ facere alienos Epiſcopos adeundi, vt ab eis ad ordines promoueantur, niſi hoc priuilegiũ ſpeciale eis à ſummo Pontifice conceſſum ſit [h]. Nec officiales Epiſcopi literas cõmendatitias

f c. 2. de tẽp. ord. in 6.

g c. cũ nullus. de tempo. ord. in 6.

h d. c. cũ nullus, ubi gl.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dandi ius habent, niſi mandato A
ſpeciali à ſuo Pontifice hoc iu-
ris habeant, vel niſi Epiſcopus
in oris agat longinquis : tunc
enim eius vicarius generalis in
ſpiritualibus commendatitias
literas dabit: at ſi interregnum
ſit, capitulum, vel is, ad quem
ſede vacante ſpiritualium de-
voluta fuerit adminiſtratio, hu
iuſmodi literas concedent [a].

a d. c cum nullus.

Presbyter quoq;, qui Epiſco-
palem in laicos habet Iuriſdi-
ctionem, & Abbas presbytero-
rum ordini aſſociatus, & bene-
dictionis munere donatus, poſ
ſunt Pſalmiſtas creare [b]. Præ-
fecti locorum non exemptorũ,
eorumque ſocij ab Epiſcopis
promoueri poſſunt, quorum in B
diœceſi reſident, quamdiu ibi
morantur, quamvis inde ori-
undi non ſint [c]. Græci à Lati-
nis, & verſa vice, vbi eorũ ritus
differunt, ad ordines provehi
non poſſunt, ne rituũ fiant com
mixtiones [d]. Sed in concilio
generali Innocentiano provi-
ſum eſt, vt Epiſcopus, qui vari-
os linguis & ritibus populos
regit, viros idoneos præficiat,
qui iuxta eorum ritus eis Sacra
menta Eccleſiaſtica ſufficiant,
& diuina officia celebrent [e].
At ſi quis Tranſalpinus ab Italo
Epiſcopo ordinum conſocia-
tionem poſtulet, nõ debet eum
Epiſcopus promouere, niſi vel
à ſummo Pontifice ſpecialem
licentiã habuerit, vel Epiſcopi,

b c. cum contingat. ubi Ab. de æta te & qual. c. p. ubi gl. diſtin. 69.
c d. c. cum nullus. §. fi. de temp. or.
d c. cum ſecundum c. quid ad tranſlationem. de temp. ord.
e ca. quoniam in pleriſq;. de offi. ord.

cui ille ſubeſt, literas patentes
legerit, quę cauſam ad hoc ido-
neam teſtentur, quare ipſe no-
luerit, aut non potuerit ad ordi
nes petitos admittere [f]. Non
omittendũ eſt eum, qui à ſum-
mo Pontifice ad aliquem ordi-
nem evectus ſit, non poſſe ad
ſublimiores pariter ab alio, q̃;
à ſummo Pontifice, promoueri,
licẽtia ipſius ſummi Pontificis
non impetrata [g]: nõ ideo tñ or-
dinarij ſubtrahitur poteſtati [h].

f c. p. ubi gloſ. ner. Italiæ. de tem. ord. in 6.
g c. cum in diſtribuendis. de tem. ord.
h c. per tuas. de maio. & obedient.

Epiſcopus autẽ magis pro-
prio vocabulo conſecrari dici-
tur: tametſi & hunc ordinẽ eſſe
ſuprà dixerimus, de quo aliàs.

## QVI PROMOVERI AD ordines non poſſunt,

### TITVLVS V.

NOn tamen cuicunque pe-
tenti eſt ſuprà dictorum
ordinum aditus patefaci-
endus, certæ enim perſonę pro
hibentur: quibus cognitis, ſi-
mul intelligemus, quæ admitti
ſoleant. Et primùm Clericus
fieri non poteſt ſeruus [i]: qui ta-
men matre eſt ingenua editus,
etſi patrem habeat ſeruũ, cùm
ſeruus ipſe non ſit, ab ordini-
bus non arcetur [k]. Item qui
ſunt ex fornicatione, pręſertim
à presbyteris, nati, ad ſacros or-
dines non aſcendunt, niſi vt mo
nachi fiant, vel in cõgregatione
Canonica regulariter viuẽtes [l]:
nullo tamen modo ad præfe-
cturas

i c. p. de ſer. non ordin.
k c. fi. eo. tit.
l d. c. p. de fil. presbyter.

cturas admittuntur[a]. Nec ta- A
men adimitur Epiſcopo facul-
tas indulgẽdi illegitimis, vt ad
minores ordines, & beneficia
ſimplicia, & cura animarum ſo
luta pervenire poſsint: ad maio
res autem ordines & beneficia
cum cura aſcendere cupientes,
ſedẽ Rom. adire eos oportet[b].

Itẽ bigami, & qui ex Agathẽ-
ſi concilio ſibi indictam pœni-
tẽtiam ſubierunt, ad ſacerdoti-
um non admittuntur[c]. Biga
mũ aũt intelligimus, qui duas
nuptias expertus eſt, quamvis
nũc omninò cælebs ſit, & quã-
vis alteram earum vxorum an-
te baptiſma habuiſſet[d]. Sed
& ſi quis alterum cõiugium de
facto conſumârit, poſtquã mor
te primæ vxoris ſolutus ad ſa- B
cros ordines promotus erat, bi
gamis annumerabitur propter
affectum intentionis cum ope-
re ſubſecuto, licet verè biga-
mus non exiſtat, cùm ſacramẽ-
tum non deſit. Vnde & ille, qui
in ſubdiaconatus ordine cõſti-
tutus de facto tantùm, quia de
iure non potuit, duxit viduam
in vxorem, licet bigamus non
exiſtat, nec viduæ poſsit pro-
priè dici maritus, cùm inter i-
pſum & illam non fuerit vincu
lum coniugij contractum, cum
eo tamen contra doctrinam A-
poſtoli tanquam cum marito
viduæ diſpenſare non licet, nõ
propter Sacramenti defectum,
ſed effectũ intentionis cum o-

A pere ſubſecuto[e]. Bigamus ta-
men non cenſetur, qui plures
concubinas habet[f]. Nec is,
qui mulierem ab alio viro du-
ctam, ſed minimè cognitam du
xit vxorem, quia nec illa, nec i-
pſe carnem ſuam diuiſit in plu-
res, propter hoc impediri de-
bet, quin poſsit ad ſacerdoti-
um promoueri[g]. Item qui pro
curatores, actores, aut tutores
pupillorum, vel curatores fue-
runt, non poſſunt, niſi onere de
poſito, & reddita adminiſtra-
tionis ratione, ad ordines ad-
mitti[h]. Sed nec admittuntur,
quorum corpus aliquo defectu
deformatum eſt, veluti qui ma-
nu carent, vel digitis frangen-
dæ Euchariſtiæ aptis[i]: par-
B uus tamen corporis defectus ni
hil impedit: purà vnguis, vel
dentis detrimentum, oculíve
non deformis macula[k]. Et
poteſt Epiſcopus presbytero,
qui in monomachia digiti par-
tem amiſerit (non tamen tan-
tam, quin poſsit ſine ſcandalo
ſolenniter celebrare) indulge-
re, vt in ordine ſuo miniſtret[l],
quemadmodum etiam poteſt
ſua & Apoſtolica authoritate,
ſacerdoti alioqui idoneo ſacer-
dotale officium permittere, qui
virilia ſibi vltrò amputarit, cre-
dens ſibi ingens hoc facto me-
ritum apud deum quæſitum i-
ri: huic tamen altaris non con-
cedet miniſterium[m], niſi iuſta
quæpiam cauſa ad hoc eum im

a d. c. p.
b d. c. p. de fil. presbyt. in 6.
c c. p. de big. c. in capite. diſt. 50.
d c. 3. de big. c. fin. diſt. 26.
e c. fi. de big.
f c. quia circa. eod. tit.
g c. debitum in fi. de biga.
h c. p. de ob. ad ratiocin.
i c. p. de corp. uit. et c. preſbyterum. de cler. ægrot.
k c. 2. & c. f. de corp. uit.
l c. p. de corp. uitia.
m c. ſignificauit. extra. eo. de corp. uitia.

pulisset [a]: at qui in cunabulis ſectus eſt, licitè promouetur [b].

Item criminibus grauibus notati non promouentur: qui tamen crimini occulto, homicidio excepto [c], illigatus eſt, ex his, quæ, ſi forēt manifeſta, deponendo etiam delinquenti ſatis eſſent, ordinibus acceptis vti poteſt, acta priùs pœnitentiæ illi indictæ parte: quinimò nec à ſublimioribus arceri debebit: amicè quidem erit monendus, vt illos ne velit ambire [d].

Illiteratus quoque non poteſt tonſuram primam capere.

Nec cōiugatus, niſi volens religionem intrare, aut ad ſacros ordines promoueri: prout eſt ſacris Canonibus diffinitum [e].

Et cùm in teneris annis non poſſit conſilij, & morum maturitas vigere, quæ ante ætatem vtplurimùm venire nō ſolent, idcirco certa ætas in ſingulis ordinibus deſideratur: nam primùm ad infimum etiam ordinem nemo infans, id eſt, minor ſeptem annis admittitur, niſi vt religioni ſe devoueat [f]: ad quatuor autem alios ordines minores, vbi exceſsit infantiam, quis aſpirare poteſt [g]. At ſubdiaconus anno decimooctauo, Diaconus viceſimo, presbyter quinto ſupra viceſimum, Epiſcopus triceſimo quis poteſt eſſe [h].

a c. ex parte. M.
b c. ex parte. B. eod. tit.
c c. fi. de temp. ordina.
d c. ex tenore. ubi Butr. de temp. ordi.
e c. fin. de tēp. ord. in 6.
f d. c. fi. ubi gl. uer. infanti.
g glo. cle. ij. in fi. de æta. et qual. & gl. in ſumma. 77. diſtin.
h c. in ſingulis. 77. diſt. d. cle. fin.

A

## DE TEMPORIBVS ordinationum,

### TITVLVS VI.

Certa præterea tempora ſtatuta ſunt, extra quæ nefas ſit ordinibus quempiā aggregari: nam ſtatis quatuor anni tempeſtatibus, quibus ab Eccleſia indicūtur ieiunia, & ſabbato, quo Chriſti exvrgentis piè colitur & celebratur memoria, item ſabbato, quod diē dominicam, quæ de paſsione dicitur, præcedit, quæ media quadrageſimæ hebdomada eſt, ſacri ordines expleri poſſunt [i]: alijs diebus non poſſunt, niſi ab ipſo ſummo Pontifice: nec conſuetudine vlla hoc ius mutari poteſt [k]: & ſuprà dictis temporibus non obſeruatis, qui cōtra hæc ad ordines fuerint recepti, ab illis tandiu reddi expertes debent, donec fuerint reſtitutionis gratiam conſequuti, quique eos admiſerit, prohibebitur alios deinceps ad hos ordines promouere [l]. Nec minùs tamen hoc modo recepti charactere cōpuncti erunt: prohibētur enim tantùm, quæ eius ſunt ordinis, exequi, quamvis intra ordinem ſint [m]. Minores autem ordines quibuslibet feſtis diebus vni, aut alteri conferri poſſunt [n]. Eadem autem perſona eodem die, vel duobus continuato ieiunio ad duos ordines ſacros aſcendere nequit: quiuimmò ſi quis aliquem eodem

B

i c. ordinātes. 75. diſt.
k c. ſanè. de temp. ordi.
l c. cùm quidam. c. ſanè. c. literas. extra. eod.
m c. conſultationi. extra. eo. Ab. d. c. cùm quidā. num. 5.
n c. de eo. extra. eod.

dem die ad plures ſacros ordines admiſerit, eſt tandiu ab ordinandi poteſtate ſuſpendendus, donec gratiam meruerit obtinere [a].

a c.dilectus.extra.co.

Vidimus de ordinibus clericorum, quíque ad eos ordines admittantur, quíve admittendi poteſtatem habeant, & quibus temporibus: deinceps videndũ erit de officijs, & dignitatibus eorum, quæ cùm electione frequenter conferantur, priùs de ipſa electione nobis diſſerendum eſt.

## DE ELECTIONE,

### TITVLVS VII.

ORdinarium eſt, vt non poſſit quis dignitate, aut munere aliquo præcipuo in aliquo collegio eminere, niſi ab ipſo collegio ad id electus ſit, ſeu Epiſcopi, ſeu alterius Præfecti nomen affectet [b]. Quinimo & Põtifex ipſe Romanus, qui vniuerſi orbis habenas moderatur, Chriſti vicaria opera fungens in terris, eò faſtigij nõ, niſi ex Cardinalium electione aſſumitur: in qua celebranda, quæ forma, vel ſolennitas exigatur, diſertè præſcripſit Greg. X. in generali concilio Lugdunenſi, & Clemens V. vnde petẽda eſt: nã hodie ferè ſeruatur [c].

b c.p.extr.co.

c c.ubi periculum in 6. et clem. ne Romani.

Verùm quia ipſe Ro. Põtifex eorũ primam curam gerit, quæ animarum ſalutem reſpiciunt, A quibus dum intentus eſt, cõtingit nonnunquã Eccleſiam inſanis perditorum hominum furoribus & bellis vexari, quibus vt forti manu obuiã iri poſsit, Paſtore ipſo interim à diuinis miniſterijs non auocato, ſtrenuo atque impigro duce opus erat, atque in Chriſtianum nomen propenſo, cuius armis & prudentia Eccleſiæ hoſtes comprimi poſſent, atque ita eius ductu, & auſpicijs Eccleſia conquieſcere: idcirco Imperator Ro. creatur, quem hodie certi Principes Germani eligũt, Pontifex Rom. examine prȩvio approbat, invngit, cõſecrat, ac demũ corona donat: aut, ſi eum tã- B to culmine dignum non iudicarit, quia fortè eũ ſacrilegũ, vel excommunicatum, fatuum, vel hæreticum, aut paganum invenerit, reijciendi etiam poteſtatem habet, licet etiam concordib. ſuffragijs electus eſſet. Sed & cùm illos ſegnes videt, quibus deligendi Imperatoris poteſtas competit, poteſt ſummus Pontifex eorũ incuria animaduerſa, quȩ in tantȩ molis negocio omninò fugiẽda eſt, ipſe ea vice hoc eligẽdi munere fungi: aut, ſi paria electorũ ſuffragia diuerſos petentiũ viderit, eius arbitrio cõmittetur, quẽ ex eis cõſecrare, & cõtrà donare voluẽrit [d]. Sed de huius electione alibi diffuſè: nos hîc de illis electionib, tractemus, ꝙ cuivis ꝑfecto

d c. uenerabilem extr. de elect.

communes eſſe poſſunt.

Principiò igitur ſciēdum eſt, tribus modis electionem fieri ſolere: nam vel omnes, penes quos poteſtas eſt eligēdi, repēte quodam quaſi diuino ſpiritu afflati, nemine eorum in diuerſa trahente, in eundem eligendum conveniunt, quæ electio in optimos homines Dei voluntate quandoque incidit: aut electores, ſeu, vt ſe hoc eligendi onere liberent, ſeu fortè, vt minore turba res exitum ſortiatur (quæ ſolet plerunque in huiuſmodi negotijs oriri) in aliquos, vel ex ſuo collegio, vel etiam extraneos homines id muneris ex compromiſſo ea vice transferunt: aut denique (quod frequentiùs contingit) ipſi ſingulas omnium ſententias inter ſe exquirentes, eum eligunt, qui crebrioribus prudentiorum calculis optatus fuerit[a].

Ad Electionem autem faciēdam omnes evocandi ſunt, quibus ſuffragiorum ius competit, modò in prouincia ſint: nam vel vno omiſſo, electio infirmari poteſt[b]. Eligere autem poſſunt omnes ex illo collegio, cui Paſtor, vel miniſter dandus eſt, modò idonei ſint. Sed excommunicationi illigatus ius eligendi nullum habet[c]: nec quis in cathedrali, aut collegiata Eccleſia, ſeu ſeculari, ſeu re-
A gulari ſuffragiorum ius habet, qui in ſubdiaconiorum ordine receptus non ſit[d]: nec qui ad ad eos ordines intra annū, cùm poſſet, promotus non eſt, quos dignitas, perſonatúſve, aut officium ſuum exigit[e]: nec qui illi regulæ, cui paſtor dandus eſt, nondum ita ſe addixit, vt inter profeſſos, vel tacitè, vel expreſſè cenſeri poſsit, cum profeſsis deligendo Prælato in Eccleſijs regularibus, vel monaſterijs ſuffragari poterit: nec laici converſi, vt vocant, cum clericis in comitijs intererunt[f], quanto minùs laici ſimplices? repelluntur enim, quamvis Eccleſia, cui pręfectum dare volunt, eorum in
B patrocinio eſſet, cōtraria etiam conſuetudine non obſtante[g].

Et qſquis electioni de ſe factę per ſecularis poteſtatis abvſum conſentit contra Canonicam libertatem, electionis commodo carebit, & ineligibilis fiet, nec abſque diſpenſatione ad aliquā dignitatē eligi valebit. Ac qui electionem huiuſmodi, quæ ipſo iure irrita cenſetur, prę ſumpſerint celebrare, ab officijs & beneficijs, per triennium penitùs ſuſpenduntur, eligendi tūc poteſtate priuati[h]. Eligendū quoque vndequaque idoneum eſſe oportere nemo ambigit.

Suffragia autem pura, certáque eſſe debent, non ſub conditione incertáve, aut ambigua, aut alternatiua ferri: inania enim

a c. quia propter. extra. eod.

b c. bonæ me. primo. extr. eo. c. coram. ubi gloſ & c. in geneſi.

c c. illa quotidiana. ubi doct ext eo. & c. ſi. ubi doct. de procur. & c ſi. de cler. excom. miniſt.

d cle. ut bi. de æta. et quali. ubi gl.

e cle. ut bi.

f ca. ex eo. in prin. & ſi. cū gl. in 6.

g c. ſacroſancta. & ca. Meſſana et utrobique gl. & doct. Ex eo.

h c. quiſquis. de elect.

nim hæc eſſent, & nó modò cæ A
terorum vim non impedirent,
ſed etiá illis accreſcerent[a]. Nec
ſuffragium per literas abſentis
declaratum valet, licet nullus
ex collegio vellet ipſius eſſe ꝓ-
curator, nec ipſe nolente capi-
tulo extraneum valeat deputa-
re: votum enim non ante ſcruti
nium, ſed in ipſo ſcrutinio ſe-
cretè, & ſigillatim tantummo-
dò eſt exprimendum[b]. Per ꝓ-
curatorem quidem licebit vo-
tum exarare, qui eiuſdem colle
gij ſit, modò iuſtè impeditus do
minus abſit, quod, ſi opus fue-
rit, iureiurando affirmare eum
oportebit, & dummodò ibi ſit,
vnde vocari eum ad electioné
celebrandá oporteat[c]. Procu B
rator autem, quem ſuo nomine
legerit, eundem vice domini e-
ligere debet, niſi ſpeciali man-
dato domini ei præſcriptú ſit,
quem vice ipſius eligere debe-
at[d]. Non tamen neceſſe eſt, o-
mnium ſuffragia in vnum con-
venire, ſed tantùm maiorem, ſa
nioremque collegij parté. Nec
rurſus ſatis fuerit, quem plura
competitoribus ſuis puncta re-
tuliſſe, niſi eadem dimidiam to
tius collegij partem tranſcen-
derent[e]. Cæterùm duabus ele
ctionibus factis ea firmiſsima
eſt electio, quæ oppoſitam ele-
ctioné duplo maiore ſuffragio-
rum numero ſuperarit: hæc e-
nim niſi Electorum authorita-
te penitùs ſublata infirmari ne-

a c.2.in 6.
b c.ſi quis.§.ſi.in 6.
c d.ca.quia propter.§.illud autẽ.
d d.c.quis.§.porrò.in 6.
e ca.Eccleſia ueſtra Extra.eo.

quit, veluti excommunicatio-
ne maiore, ſuſpenſione, depo-
ſitione, ſimonia[f], aut electi e-
normi inſcitia, aut ſimili exce-
ptione oppoſita[g]: alia verò le-
uior exceptio electoribus, aut
electis oppoſita nihil oberit, ve
luti ſi ſuam ipſorum, aut electi
grauitatem, ſcientiam, integri-
tatem illa aduerſarij maiorem
aſſerant[h].

Sed, ne quid vos lateat, hæc
forma in electione celebranda
obſeruatur: imprimis.n.colle-
giũ ex ſuo corpore idoneos ali-
quos homines eliget, quorum
cura ſit, omniũ ex collegio ſen-
tẽtias ſecretò, & ſigillatim exq
rere, & deſcribere, illi mandato
perfecto omni cunctatione ob-
iecta, quicquid ſequutũ fuerit,
palàm in collegio recitabunt,
quo facto non licebit electori-
bus amplius vota ſua reuocare,
vel mutare[i]. Diuulgatione ſcru
tinij facta in collegio, ipſa ſuffra
gia ſunt inter ſe conferenda, &
quæ plura maioriſq; ponderis
fuerint, eligẽda, moxq; electio
pronuncianda[k]: ad quod etiã
per ſuperiorem, ſi oportuerit,
compelli poſſunt[l], nec ſufficit
electionem aliquo facto, cuiuſ-
modi eſt deportatio, declaratã
eſſe[m]. Electione facta ea ſcri-
pturæ publicę credita electo of
ferri debet[n], octo dierum ſpa-
cio, ex quo id commodè po-
teſt, eiúſque conſenſus peti:
quod ſpacium Nicolaus III.

f c.p.ext.eod.
g c.cùm nobis.de elect.
h c.ſi quando.in 6.
i c.publicato.extra.
k d.c.quia propter in pri.& fin.
l d.c.publicato.
m c.Eccleſia ueſtra in princ.ubi Decr.
n c.cupientes.§.cæterùm.& in prin.in 6.

præfixit, cùm nullus olim terminus definitus eſſet, ſed ſtatus dicentis arbitrio relinqueretur[a]: ille verò acceptis electionis ſuę codicillis, intra menſem aſſenſum ſuum, ſi eum acceptet, pręſtare tenetur, niſi Prælati alicuius, cui ſubſit, venia non impetrata, nefas ei ſit electionem agnoſcere: huic enim tantũ temporis præter ſuprà dictum menſem indulgetur, quantum ſatis eſſe credatur licentiæ à Prælato impetrandæ, conſiderata ipſius Prælati longinquitate[b].

Quòd ſi electioni cõſenſerit, eam à Prælato, cui ea dignitas, vel officium, vel ſacerdotium ſubeſt, confirmari curabit: quo autem tempore id fieri debeat, multoties variatum eſt, vt infrà ſuo loco dicemus[c].

Electionis autem ipſius negotium, qua Cathedralibus, vel regularibus Eccleſijs Pręfectus quæritur, tribus menſibus ab interregni die eſt abſoluendũ, ſi ea ſit ſuprema illius Eccleſiæ Præfectura: ſin alia dignitas poſt ſupremam ſit, in alijs autem Eccleſijs quævis dignitas, ſemeſtre tempus habent: largius enim tempus in his conceſſum fuit, quia minus periculum in horum vacatione verſatur, quàm ſuprà dictorum[d].

Hæc tamen tẽpora neque iuſta cauſa impeditis, neque dignitatis vacantis ſcientiam nõ habentibus labentur[e]; ſi verò A nulla iuſta cauſa impediti hi, quibus eligendi ĩus competit, hæc tempora labi permiſerint, electione non facta, ad proximum Antiſtitem devoluetur electio cum ijſdem temporum ſpatijs: quibus item fruſtra lapſis, in eum Canonicè animadvertetur[f], atque ad ſuperiorem eius prælatum immediatè trãſferetur[g]. Sed olim in eligendo Epiſcopo negligentiã ſummus Pontifex ſupplebat[h], hodie autem ſupplebit quidem, ſi indignus quis deſignatus, vel forma à Concilio tradita omiſſa ſit: ſecus ſi per negligentiam electio dilata, idque in Cathedralibus duntaxat Eccleſijs, B in alijs autem Eccleſijs nunquam immediatè ſummus Pontifex aditur, ſed ſuprà dicta ſeruanda ſunt[i]. Et hæc de Electione, quæ ex ſcrutinio fit: pauca etiam dicamus de illa, quæ ex compromiſſo celebratur:

In qua non minùs hoc obſeruatur, quòd ſi à maiori parte eorum, in quos compromiſſum eſt, celebrata fuerit, mandati forma ad vnguem ſeruata, non poterit electus recuſari[k]. Compromiſſum tamen per omnes factum eſſe oportet nemine diſcrepante[l], & ante electionem fieri oportet: nam compromiſſum poſt electionem factum in præiudicium electi, laudumq; ex eo ſequutum, electo nihil nocebit[m]. Si illi, in quos compromiſ-

a c. quàm ſit. in 6. ubi gl. uerſi. quàm citiùs.

b d. c. quàm ſit. ubi glo. uer. conditio. in fi. & c. ſi religioſus.

c in tit. de cõfirmat. electi.

d c. ne pro defectu. de elect. c. 2. ubi Ab. de conceſſ. præb.

e c. quia diuerſitatẽ. de cõceſſ. præb.

f d. c. ne pro defectu. ubi Abb. nu. 6.

g Ab. d. c. ne pro defectu. & d. c. 2. n. 6.

h glo. d. c. ne pro defectu. uerſ. deuoluetur.

i d. ca. quia propter. ca. quanquam. ubi gl. uerſ. deuoluetur. in fi. in 6.

k c. cùm dilectus. ubi Abbas. extra. eod.

l Ab. d. c. quia propter. §. uel ſaltẽ. n. 2.

m c. cùm inter Canonicos. ext. eo.

miſſum eſt, tempora iuris labi permiſerint nulla electione facta, compromittentium Antiſtes non minùs hoc caſu adiri debet, quàm ſi ipſiſmet cõpromittentibus ea negligentia adſcribi poſſet. At ſi indignum elegerint cõpromiſſarij, ad cõpromittentes electionis ius redibit, niſi & ipſi eandem electionem ratam habuiſſent. Quod iuris ſeruabitur, & cùm electus vir alioqui idoneus electioni non conſentit: nam & hoc caſu compromittentes alium eligere poterunt[a]. Electio ex compromiſſo à pluribus facta, non minùs per vnum proferri debet, quàm quæ ex ſcrutinio celebratur[b]. Si contingat electum minimè aſſentiri electioni de ſe factæ, vel poſt conſenſum iam præſtitum ei renunciare, aut decedere, aut eius electionem deleri, aliquo fortè eius vitio, quod priùs latuerat, emergente, quoties id contigerit, tantundem electores temporis habebunt à diſſenſu, renunciatione, morte, vel irritatione ad aliam electionem faciendam, quantum in prima electione habuerant, niſi aliquo dolo ipſi notari poſsint[c].

Qui duabus electionibus ad idem ius optatus fuerit, vtram ex eis voluerit, eligere eum oportebit, altera omiſſa, ad quam reditus poſthac non dabitur[d].

In electionibus autẽ monialium, quæ ſuo monaſterio præeſſe debẽt, ſiue ex ſcrutinio, ſeu ex cõpromiſſo fiant, præcipua quædam iura ſtatuit Bonifacius octauus, quæ hîc non referimus[e].

Cæterùm, quia ſępe exiſtunt litigioſi homines, qui vel inuidia, vel odio, vel auaritia quandoque inducti potiùs, quàm rei Eccleſiaſticæ bene agendæ ſtudio electiones rectè & ritè factas omnibus, vt ita dicam, machinis diſturbare conantur, propterea, ne his ad nequitiam feneſtra aperiatur, certæ pœnæ ſtatutæ ſunt aduerſus huiuſmodi calumniarũ machinatores: ſi quis enim per calumniam contra electionis formam oppoſuerit, aduerſario expenſas & diſpendia propter litem ſuſcepta ſarcire cogetur: at ſi in perſonã fuerit calumniatus, beneficijs Eccleſiaſticis, ſi quæ in Eccleſia poſsidebat[f], triennio carere cogetur: quibus ſe temerè ingerẽs perpetuò ſpoliabitur citra omnem vitæ ſpem, niſi manifeſtis probationibus ſe à calumnia purgarit[g], multaque alia in hanc rẽ prudẽter proviſa ſunt, tam per Bonifacium octauũ, & Clementem tertium, quàm per alios Romanos Põtifices[h], quæ hîc conſultò miſſa fiunt, ne tyrones multiplicitate doctrinæ oneremus.

Illud non prætermittam, In

a c.ſi cõpromiſſarius. eo.tit.in 6.

b c.ſicut.in 6

c c.ſi electio. in 6.

d c.ut quis.in 6.

e c. indemnitatib. in 6.

f glo. c. primo. §.ſi.uero ſic. beneficijs.in 6.

g c.p. §.fin. in 6.

h c.ut circa. c.qui cõtra. c. procurator.in 6. et ele. cõſtan. eo.tit.

cauſis ſuper electionibus procedi ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij[a].

a elc. diſpendioſam. de iudic.

## DE POSTVLATIONE Prælatorum, & Nominatione,

### TITVLVS VIII.

EXiſtunt interdum viri, quorum optimæ artes magno vſui eſſent Eccleſijs, veluti literarum doctrina, magnus rerum vſus, & morum vitæq; integritas, verùm aliquid in eis deſideratur, quod impediméto eſt, ne Eccleſijs pręfici poſsint: quapropter ne hac cauſa Eccleſia idoneis careat, compertum eſt, vt hoſce viros collegium vtilitatis publicæ gratia, ab Antiſtitibus ſibi Prælatos dari petat, quæ res iure noſtro Poſtulatio vocatur. Ita enim Antiſtites huiuſce rei cauſa aditi, egregijs eorum, qui poſtulantur, moribus, & diſciplinis moti, poſtulationem admittent, ſi eis ita videbitur: poſt quod (vt euitetur circuitus, & Eccleſiarum diſpédium) alia electione, vel confirmatione poſtulatus nó indigebit, ſed omne ius conſequetur, non ſecus ac ſi electus, & cófirmatus fuiſſet[b].

b Ab. c. p. col. fi. n. 34. extra. de poſtul.

Hinc apparet, nihil aliud eſſe Poſtulationem, quàm concordem, & certam ſupplicemque collegij petitionem Antiſtiti factam eius perſonæ, quæ aliquo A defectu ad regendam vel adminiſtrandam Eccleſiam admitti non poterat[c]. Quod de ſolenni Poſtulatione dictum intelligimus, id eſt, de ea, quæ ad Prælatum ipſum rectà intenditur, qui poteſt omne Poſtulati impedimétum remouere: nam & alia quędam Poſtulatio eſt, quę ſimplex appellatur, quia nullã ſolennitatem deſiderat, ſed ei fit, cuius conſenſus neceſſarius erat, vt promoueri quis poſſet, vir alioqui vndequaque idoneus: fortè enim eius intererat, hunc eo inconſulto nó promoueri. Exépli gratia, Intereſt Abbatis, ne ipſo inuito eius monachus ad Epiſcopatum aſſumatur: intereſſe poteſt patris, ne ipſo ignorante eius filius Eccleſiæ præficiatur: horũ igitur conſenſus per ſimplicem poſtulationem erit petendus: quę ſi poſtulatio fuerit admiſſa, adhuc tamen electione & confirmatione opus erit[d]: neque enim hæc poſtulatio ſimplex illi ſuperiori par eſt iudicanda, cùm illam electionis & cófirmationis vim ſecum trahere dixerimus, vt omnis ambitus euitetur. Poſtulandi autem ſolenniter ſunt, vt diximus, quibus aliquod impedimétum obſtat, ne eligantur: veluti Epiſcopus, vt ad alium Epiſcopatum transferatur, poſtulandus eſt. Item, qui vel ætatis, vel ordinis, vel irregularitatis, vel criminis, vel natalium, vel

c Abb. in Rubri.

d Abb. c. p. col. fi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vel quem alium ſimilem defe-ctum patiuntur, ſolenni poſtulatione egere noſcuntur, quæ illi fieri debet, qui impedimentū remouere poteſt. Hinc qui ad officium, vel dignitatem Epiſcopatu inferiorem expetitur, poterit à ſuo Epiſcopo poſtulātibus concedi: hoc enim eſt perpetuum, vt qui confirmandi authoritatem habet, is & poſtulationem admittere poſsit, dum maior non ſit defectus, quàm vt ab ipſo tolli queat. Quid enim ſi decem & octo annorum adoleſcens ad Archidiaconatū petatur, non poteſt vtique Epiſcopus hūc defectum ætatis remouere, & ſi alioqui Archidiaconi confirmandi poteſtas ad eum pertinere noſcatur, erit ergo à ſummo Pontifice poſtulandus: Epiſcopus autem à ſummo Pontifice ſemper poſtulandus eſt[a]. Certa autem & conſtans ſit poſtulatio ſolennis: cō fuſis enim incertisque verbis facta repelleretur. Finge collegiū hac verborum farragine vſum, Eligimus poſtulādo, vel poſtulandum, & poſtulamus eligendo, vel eligendum. hæc profectò verborū confuſa congeries, neque electionis, neque poſtulationis vim vllam habet. Qua ratione & illa poſtulatio tanq̄ minùs legitimè facta, reijcienda eſt, quæ hoc modo ſit facta, videlicet Eligo & Poſtulo, provt melius de iure videbitur: niſi

A iuſta & rationabilis fortè ſubeſſet dubitationis ratio, vtrùm ille poſtulandus eſſet, an eligendus: quod cū accidit, is, qui hoc modo fuerit optatus, altervtrā viam eligere tenetur (à conſenſus tempore) vel electionis, vel poſtulationis, qui conſenſus intra menſem poſt redditum ſibi optationis inſtrumentum præſtandus eſt: altera aūt earū via electa, ad alteram ſibi aditū præcludet[b]. Itē vt poſtulatio admiſſa proſit, omnes poſtulati defectus in ea expreſſos eſſe oportet, qui electionē infirmare poterant: quin & hi, qui huiuſmodi poſtulationē defectibus aliquibus ſuppreſsis admiſiſ-

B ſent ſcientes, deinceps poſtulationes admittēdi poteſtate priuarentur[c]. Poſtulatio autē facta, & ſummo Pontifici, aliive Antiſtiti, qui admittendi ius habet, oblata, revocari deinceps non poteſt, quāvis antea quàm oblata eſſet, revocari poſſet: qua in re deprehenditur differētia inter electionem & poſtulationem, ſi quidem electio publicato ſcrutinio amplius mutari nō poteſt[d]. Hoc tamen poſtulationi cum electione commune eſt, quòd non minùs examinanda eſt, quàm electio[e], & eandem formam exigit, quam ſuprà in electione eſſe neceſſariā demonſtrauimus[f].

Eſt & aliud quid poſtulationi affine, ſed aliquantiſper ta-

a Abb. c. fin.

b c. p. in 6. ubi gl. uer. cō ſenſus.

c Ab. c. fi. de poſtul. prælat. n. 9.

d c. bonæ memo. ubi Ab. n. 10. de electi. dixi ſuprà.

e ca. licet de trāsl. Epiſ.

f Abb. d. ca. quia propter. col. 3. poſt med. de elect.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

men ab ea diuerſum, quam nominationem appellāt: ea enim cū poſtulatione convenit, quia & ipſius duæ ſunt ſpecies, Altera ſimplex, Altera ſolénis. Simplex eſt, cùm Canonici, vel alij electuri prius, quàm ad ſcrutinium faciendum ſe accingant, ipſi inter ſe aliquos ex omnibus nomināt, tanquam eos potiſsimùm eligi dignos, à cæteris ſeiungentes, quæ admodū ſterilis eſt nominatio, nec vlla cum poſtulatione affinitate cō iungitur[a]. Solennis autē Nominatio dicitur, cùm collegiū duos, vel tres, qui præſtantiſsimi omnium videantur, vel plures ſeligit, quorum nomina in ſcriptis ſolenniter depoſita ad ſummum Pontificem, vel aliū, qui in hoc poteſtatem habeat, tranſmittit, ſupplicans, vt eorū vnum Eccleſiæ dare præſidem, vel miniſtrum velit[b]. Quæ nominatio à Poſtulatione diſcrepat in hoc, quia Poſtulatio de vno tantùm fit, nominatio de pluribus[c]: in hoc autem cum ea convenit, quòd vbi ſolenniter eſt facta, ab ea reſilire non licet, ſicut neque à Poſtulatione ſuperiori iam reddita, niſi Prælatus ipſe poſtulantibus, vel nominantibus morem gerere velit: quo caſu etiam ipſo poſtulato, vel nominato repugnante, retractatio tamen permittetur[d].

a *Abb. ca. p. col. fin. nu. 34. & ca. quòd ſicut. §. ſuper co. nu. p. de elect. & ca. bonæ memoriæ. nu. 8. de poſtu.*

b *Hoſtien. in Summa, de poſtul. col. p. in fi. & ſeq.*

c *Hoſtie. ubi ſuprà.*

d *c. bonæ. 2. ubi Ab.*

In cauſis ſuper Poſtulationi- A bus proceditur ſimpliciter & de plano, ſine ſtrēpitu & figura iudicij[e].

e *cle. diſpendioſam. de iudic.*

## DE CONFIRMATIone electi, & conſecratione,

### TITVLVS IX.

QVi ad aliquam Præfecturā electus eſt, non tamen idcirco plenum ius dicitur conſequutus, niſi electionis cōfirmationem à ſuo Antiſtite impetrarit: quare ſi qs ante, quàm confirmatus eſſet, adminiſtrationi temerè ſe ingeſſerit, non ſolùm confirmationis ſpe, ſed etiam omni iure ei per electio- B nem quæſito priuatus erit[f], adeò vt neque œconomi, neque Procuratoris titulus ei vlli auxilio ſit[g]. Neque ab re hoc inductum eſt, vt confirmari debeat: ita enim fiet, vt examinatione à pluribus facta, vix aliquis non idoneus ꝓmoueri poſsit, cùm & ille, penes quem eſt poteſtas confirmandi, de electo examinationem ſumat, quamvis nemo contra illum oppoſuiſſet, quem ſi idoneum non repererit, reijciet tanquam minùs legitimè electum[h]. Sed interdū accidit, vt qui ad confirmationem accipiendam non admittitur, non tamen omnino repellatur, vt ſi quis ante iuſtam ætatem ſit electus, quē aut neceſsitas, aut certè poſcebat vtilitas: is

f *ca. qualiter. ubi Ab. nu. 4. extr. c. auaritiæ. de ele. in 6.*

g *d. ca. auaritiæ.*

h *c. cū nobis. ex. de elect.*

is enim etſi confirmari nõ poſſit, poterit tamẽ procurator fieri cum libera tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus adminiſtratione[a]. Nec parui æſtimanda eſt adminiſtratio huiuſmodi libera: nam eas ferè vtilitates affert, quas confirmatio ipſa: quippe talis procurator cathedralis Eccleſiæ omnia poterit, quæ Iuriſdictionis ſunt Epiſcopalis, & quæ confirmatus poſſet, excepta bonorũ immobilium alienatione: illa autem, quæ ordinis ſunt, & miniſteriũ exigunt conſecrationis, poterit iubere per alios Epiſcopos exerceri[b]: nam hæc neq; verè con firmatus exequi poteſt, niſi etiã conſecratus ſit: ex confirmatione enim ea duntaxat quæruntur, quæ iuriſdictionis ſunt, veluti poteſtas iudicandi, excommunicandi, corrigendi, iuramẽta à vaſallis accipiendi, item cõfirmandi, inueſtiendi, beneficia conferendi, & ſi quæ his ſimilia ſunt: non autem ea, quæ ſunt ordinis, & quę maioris inquiſitionis diſcuſsionẽ exigunt, in quibus cenſentur clericorũ ordinatio, & depoſitio actualis, Chriſmatis confectio, virginum benedictio, Eccleſiarum & altariũ conſecratio. Hæc enim & ſimilia, quæ ordinis ſunt, ex conſecratione demum acquiruntur[c].

a d.c.cùm nobis, ubi glo. & Ab.

b ca. is cui. de elect. in 6.

c c. ex transmiſſa. ubi gl. fi. de electi.

Item, ſi quis valde remotus, putà extra Italiam, cõcordibus votis electus ſit, poterit diſpenA ſatiuè propter neceſsitates Eccleſiarũ, & vtilitates in ſpiritualibus, & temporalibus adminiſtrare: ſic tamen, vt de rebus Eccleſiaſticis nihil penitùs alienet: quæ tamen omnia procedunt, ſi immediatè ad Rom. Põtificem pertineant[d].

d ca. nihil. §. fi. de electi.

In confirmationis autem petendæ terminis varia iura diuerſis temporibus ſeruata fuerunt: nam olim, etſi electus in ea petenda ſegnis fuiſſet, non propterea ius electione quæſitum amittebat, ſed tantùm poterat à prælato, vt eam peteret, compelli[e]. Sed poſtea Gregorius X. conſtituit, vt intra menſes tres poſt agnitam electionem peteB retur, qua non petita electio irritaretur[f]. Sed exinde Nicolaus III. ſanxit, vt electi ad regimen Eccleſiarum Cathedralium, vel regularium, cùm à ſummo Pontifice cõfirmandi ſunt, pluribus terminis poſt conſenſum electioni præſtitũ ad confirmationem petendã potiantur, menſe primo poſt conſenſum, vel poſt obtentã de electione notitiã, ſi eam debito tẽpore nõ contigerit factam, quo menſe ad ſedem Apoſtolicã iter arripere debeant: altero deinde menſe ex itineris longinquitate moderando, quo ad dictã ſedẽ peruenire queant, & demũ tertio viginti dierũ ſpatio, qua ipſi corã eadem ſede ſe ſiſtant, vel impediti, quo minùs ſiſtere ſe poſsint,

e gl. final. c. quàm ſit. de elect. in 6.

f d. ca. quàm ſit.

vt eo ſaltem termino impedimenti cauſam proponãt, & aliorum quindecim dierum termino probent: quæ ſi ſtatuta electus non obſeruarit, vel ſuprà dictis quidẽ obſeruatis, & cauſa legitima impedimenti propoſita, & probata procuratorẽ idoneum & inſtructum non dederit, aut ſublato poſtea impedimento ipſe ſe non ſtatuerit, omni iure ex electione quæſito priuatur, multaque alia conſtituit, quæ in eius conſtitutione leguntur[a]. Quam Nicolai Conſtitutionem poſtea Bonifacius octauus multis modis declarauit & extendit, inter cætera ſtatuens, vt ſatis non ſit huiuſmodi electo ad ſedem Apoſtolicã veniſſe, niſi vſque ad finem negotium proſequatur[b]. Qui ergo plenum & integrum ius voluerit in Epiſcopatu habere, hunc oportet non confirmatũ modò eſſe, ſed etiam (vt ſuprà diximus) conſecratum: per cõſecrationem enim fœdus coniugij ſpirituale, quod eſt inter Epiſcopum & Eccleſiam, intelligitur conſumatum, quod electione fuerat initiatum, & confirmatione ratificatum[c]. Hinc & ſi iam ſit conſecrandus, cùm celebretur miſſa, quæ de more in his ſolennibus dici ſolet, ſi tamen ad conſecrationem nondum eſt deventum, non poterit ordines conferre, nec eodẽ die etiam poſt conſecrationem.

A Conſecratio aũt Epiſcopi inter Epiſtolæ recitationẽ & Euãgelij celebrari ſolet, ſicut etiam cæterorum omnium pręter Romanum Pontificem, qui vnus ante hymnum Angelicum conſecratur, & mox ipſe incipit miſſarum ſolennia, & perficit conſecratus[d]. Et quidem Epiſcopi conſecratio intra ſex menſes petenda eſt[e]. Archiepiſcopus verò plenam eius dignitatis ad miniſtrationem non priùs conſecutus dicitur, quàm pallium impetrarit: quapropter nec priùs poterit cõciliũ vocare, Chriſma facere, Baſilicas dedicare, clericos ordinare, & Epiſcopos conſecrare[f]. Epiſcopus autem B conſecratur à tribus illius prouinciæ Epiſcopis, cæteris conſentientibus, Archiepiſcopi iuſſu præcedente. Conſultius tamen fuerit, ſi ipſe Archiepiſcopus vnà cum ſuffraganeis ſuis eum ſacrarit[g]. Conſecratio verò fit vnctione capitis, & manuum Chriſmate ſolennibus verbis additis[h]. At Archiepiſcopus ab omnibus prouinciæ ſuę Epiſcopis conſecratur in ſede Metropolitana[i].

## DE AVTHORITATE, & vſu pallij,

### TITVLVS X.

QVia titulo præcedenti eſt traditum, Archiepiſcopo tunc demum plenum ius in

a *c. cupiẽtes. de elect. in 6.*

b *ca. ſi poſtquam. in 6.*

c *ca. licet. de transla. Epiſc.*

d *c. quod ſicut. §. ſuper eo. de elect.*

e *cap. 2. ubi Ab. nu. 22. & 35. de transl. Epi.*

f *d. ca. quod ſicut. §. ſuper eo.*

g *c. ſi archiepiſcopus. et ſeq. de tẽp. ordinat.*

h *ca. un. §. p. in fi. ubi gl. de ſacra unẽti. & ibi Ab.*

i *d. c. ſi Archiepiſcopus.*

in ea dignitate eſſe acquiſitum, cùm pallio fuerit honeſtatus, aliqua de hoc inſigni dicenda ſunt.

Eſt igitur Pallium, ornamentum Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Metropolitarum, & quandoque etiam Epiſcoporũ, de corpore beati Petri ſumptũ, Epiſcopalis dignitatis plenitudinem conferens [a]: eiuſque cõferẽdi poteſtas in quatuor principes Patriarchas, ſcilicet Cõſtãtinopolitanũ, Alexandrinũ, Antiochenũ, & Hieroſolymitanũ ſoli Rom. Pontifici cõpetit: in cæteros verò ſ̃. dictos quatuor inferiores Epiſcopos ipſi illi principes quatuor Patriarchæ conferre poſſunt [b], nec cui concedi ſolet, niſi priùs ſedi Apoſtolicæ fidelitatis, & obediẽtiæ præſtiterit ſacramentum [c].

Idcirco autẽ de Petri corpore id ſumi dicitur, ſiue (vt quidam credunt) quia ſuper altare Petri benedicitur, & conſecratur, atque inde mox ab illo excipitur, qui eo eſt vſurus, ſi preſens ſit, vel ſi abſit, ab ipſius procuratore eius nomine [d]: ſeu (vt alij ſenſerunt) quia à Rom. Eccleſia proficiſcitur. nam & illi quatuor viri Patriarchæ, dum illud ſubiectis ſibi Archiepiſcopis conferunt, non citra Papæ authoritatem id faciunt [e]. Eo verò Pallio vtetur Primas ille, in quem fuerit collatum, in qualibet ſibi creditæ Eccleſiæ

a Ab. in Rub.
b c. antiqua. de priuileg.
c c. ſignificaſti. extra. de elect.
d gl. p. c. ſignificaſti, extra.
e Ab. c. ſignificauit. col. pe. ad fi. in gl. pe. de electi.

A prouincia [f], extra prouinciam eo nõ vtetur: ſed nec omnibus diebus eo vti poteſt, ſed certis duntaxat, ſtatiſque diebus [g]: neque valet conſuetudo, vt etiam extra prouinciam vſui eſſe poſſit [h]. Rom. autem Pontifex dũ ſacra facit, pallio ſemper & vbique vti poteſt, nullo dierum, vel locorum habito diſcrimine [i]. Solet tamen idem Pontifex Rom. nonnũquam indulgere, vt Archiepiſcopus neceſſariò impeditus, ne poſſit ad ditionis ſuæ Eccleſias accedere, ſuffraganeos ſuos conſecraturus, & clericos ordinaturus, poſſit in aliena etiam Eccleſia, ad quam huius negotij cauſa ſe B ceſſerit, pallium ſuum induere, dum modò eius Eccleſiæ Epiſcopus hoc permittat [k]. Non tamen prohibetur Archiepiſcopus etiam ſine pallio, & aureis calceis, quę ſandalia appellant, conſecrationem celebrare, modò ei collata ſint. nam ſi nondũ ei pallium eſſet traditum, aliud eſſet dicendum: necdum enim Archiepiſcopi nomine appellãdus eſſet, nec Pontificalis officij plenitudinem eſſet conſequutus, vt etiã ſuprà diximus [l].

Illi, qui apud ſedem Apoſtolicam pallio fuerint honeſtati, cauti ſint, vt inde proficiſcẽtes eius rei teſtimonium ſecum literas ferant, niſi & provẽtibus omnibus priuari, & ab actibus gerendis exercendiſque arceri

f c. p. hoc eod. tit.
g c. ad honorẽ.
h c. ex tuarum.
i c. ad honorẽ.
k d. c. ex tuarum.
l c. niſi ſpecialis.

a extr. iniunct. in fi. de elect. velint[a]. Nemini autem alij quis pallium ſuũ commodet, perſonæ etenim hærere debet, eaq́; defuncta ſimul ſepulchro tradi[b], niſi ad Eccleſiam tranſlatus ſit: tunc enim nouo pallio erit exornandus vetere omiſſo[c]. Nec prætermittendum eſt Pallij traditionem criminis obiectione non differri, niſi obijciens præmiſſo iuramẽto obiecta probet intra bimeſtris temporis ſpacium à collationis die[d].

b c. 1.

c c. bonæ. 2. in fi. ubi gloſſ.

d extra. p. eo. tit. in com.

## DE TRANSLATIONE Epiſcopi,

### TITVLVS XI.

Sciendum eſt Epiſcopũ non ſemper in Eccleſia ſibi credita perpetuò manere: nã incidunt quãdoq; tempora, quibus factu optimum videtur, Epiſcopum à priſca Eccleſia ad alterã transferri, dum ad id, vel Eccleſiæ neceſsitas vrget, vel patens vtilitas hortari & impellere videtur[e]. Verùm cùm huiuſmodi caſus contingit, caueat tamẽ Epiſcopus, ne ſua ſibi authoritate hoc arroget: quod ſi facere auſus fuerit, neque ad hanc, cui inhiabat, Eccleſiam ei concedetur acceſſus, neque ad veterem, quam alterius ſpe omiſerit, remigratio[f]: quinimò nec ei proderit à Patriarcha hanc ſe tranſferendi licentiam habuiſſe, & A Patriarcha ipſe, qui ſibi id iuris vendicare non erubuerit, ſuſpẽdetur ab Epiſcoporum confirmandorum poteſtate[g]. Vnum enim Romanum Pontificem hoc ius habere transferendi Epiſcopi certum eſt[h], quod non minùs in confirmatis duntaxat Epiſcopis traducendis, licet nondum cõſecratis, locũ habet, cùm licet cũ his conſumatum nondum ſit matrimonium, contractum tamen eſſe, certum ſit[i], ideóque ſine ſummi Pontificis venia id diuidi nefas eſt[k]. Pontificis autem maximi indultum, quo huiuſmodi translationi annuit, anguſtè eſt interpretandum: quare ſi ad B maiorẽ priore dignitatẽ tranſitum conceſſerit, non auxiliabitur ad parem dignitatem migrare cupienti[l].

e c. mutuationes. & c. ſeq. 7. q. p. & c. quanto. extr. eo.

f c. 3.

g c. p.

h c. 2.

i c. 2. extr. eo.

k d. c. 2.

l c. fin.

## DE OFFICIO ordinarij,

### TITVLVS XII.

Videamus nunc, quæ ſint Prælatorum partes, & quę poteſtas, & ordinariorum imprimis, id eſt, eorum (vt Hoſtienſis docuit) qui ſuo Iure, vel Principis beneficio iuriſdictionem vniuerſaliter exercere poſſunt: cuiuſmodi ſunt legati Apoſtolici, Patriarchę, Primates, Metropolitæ, Epiſcopi: item quivis collegiatæ Eccleſiæ præ-

præfectus, quamvis Epiſcopo A inferior, eique ſubditus: nam & is iuriſdictionem in plebem ſuam habet, eiusque excommunicationem in ſubditos contortam etiam eius Epiſcopus ſeruare tenetur, nec poteſt eam auferre, niſi excommunicatus ſatisfecerit, & ipſe Prælatus admonitus de relaxatione ab Epiſcopo ſit[a]: gubernacula verò Epiſcopalia non niſi maioribus populis preſidere oportet, ne dignitas vileſcat, & frequentioribus ciuitatibus[b].

Horum igitur ordinariorum qui Epiſcopali gradu ſunt illuſtrati, officium & poteſtas erit, in ſuis diœceſibus adulteria, & ſcelera inquirere, vlciſci & iudi B care, & cùm opus fuerit, manū quoque ſecularem ſibi auxiliarem adciſcent[c]. Itē hæc ſunt iura Epiſcoporum præcipua, in Eccleſijs, & ſacellis ſuæ diœceſis, Canonicam obedientiam habere, ac inſtitutionem & deſtitutionem, cum Capituli tamen ſui conſilio[d], correctionē, & reformationem, & cenſuram Eccleſiaſticam, & iuriſdictionē cauſarum omnium ad forum Eccleſiaſticum de iure ſpectantium, ſacramētorum omnium, quæ ab Epiſcopo ſunt accipiēda, collationem, ſynodum, & ſynodatici, ſeu cathedratici nomine certam portionem, quartam decimationum, & mortuariorum, viſitandi etiam ius, & viſitationis nomine procurationem moderatam, & charitatis ſubſidium[e], multaque alia[f], quorum omnium alia diœceſanæ legis dicuntur, vt illa, à quibus monaſteria de iure exempta eſſe conſtat, quæ Panormitanus Abbas recenſuit[g]: illa autem, quibus etiam monaſteria adſtricta ſunt, ad iuriſdictionis legem dicuntur pertinere[h]: & ſciendum eſt, quòd quamvis hæc vtraque iura tam diœceſanæ legis, quàm iuriſdictionis ad Epiſcopum ſpectent, inter ſe tamen præter ſuprà dicta etiam ita differunt, vt ſententia in altero iure lata alteri præiudicium non ferat[i].

Cùm Epiſcopus in tota ſua diœceſi iuriſdictionem ordinariam habeat, dubium non eſt, quin in quolibet loco diœceſis non exempto, poſsit per ſe, aut per alium pro tribunali ſedere, cauſas fori Eccleſiaſtici audire, perſonas Eccleſiaſticas, ſi earum merita expoſcant, capi iubere, & in carcerem detrudere, cæteraque ad eius officium ſpectantia exercere[k]. Archiepiſcopus verò, etſi in omnes prouinciæ ſuæ ſuffraganeos iuris habeat dictionem, in ſuorum tamen ſuffraganeorum ſubditos poteſtatem non habet, quibuſdam exceptis articulis[l]. Sic & Patriarcha non poteſt de cauſis eorum

a *c. cùm ab eccleſiarum. in p. gloſſ. ubi Ab. & Ab. c. 2. eo. ti. de offic. ordin.*

b *c. p. de priuileg & c. audiuimus. 3. q. 2.*

c *c. p.*

d *c. nouit. de his, quæ fi. à prælat.*

e *c. conquerente.*

f *c. luminoſo. 18. q. 2. Ab. c. dilectus. col. 3.*

g *Ab. d. c. dilectus.*

h *c. p. 10. q. p.*

i *d. c. dilectus. ubi Abb.*

k *c. cùm Epiſcopus. in 6.*

l *c. paſtoralis. in prin. ubi gloſſ.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cognoſcere, qui Archiepiſcopi ſui, vel Epiſcopi ſub ditione ſint, niſi appellatione ad eũ legitimè interpoſita, aut conſuetudinis, vel priuilegij alicuius iure[a].

a c. duo ſimul.

Si contingat varias linguis & ritibus nationes eiuſdem tamen Chriſtianæ doctrinæ cultores, eandem ciuitaté, vel diœceſim incolere, Pontifices eorũ locorum viros idoneos conquirere debẽt, qui pro linguarum, & rituũ varietate eis diuina officia celebrent, & ſacramenta Eccleſiaſtica propinent, inſtruẽtes eos verbo pariter & exemplo: & præterea, ſi res videbitur poſtulare, vicarium ſibi adſociabunt Pontificijs apicibus decoratum, qui earum gentium linguas, & ritus probè calleat: quo tamen facto non idcirco ea diœceſis biceps, ſed vnius capitis erit dicenda[b]: neque enim poteſt eadem Eccleſia duos Epiſcopos habere, niſi fortè cùm Epiſcopus aliquis ſubſtitutus eſt in locũ alterius propter hæreſis crimen remoti. nam ſi Epiſcopus hic, qui fuerat remotus, hæreſim deteſtetur, & Epiſcopatui ſuo reſtituatur, diuidetur inter vtroſq; Epiſcopatus, aliáve magna ex cauſa[c].

b c. quoniam in pleriſque.

c c. p. de parochijs. ubi Abb.

Epiſcopi, qui ſe Pontificijs quibuſdam muneribus obeundis non eſſe idoneos ſentiunt: putà, verbo Dei ad populum ferendo, Eccleſijs inviſendis, rea- A tibusq; ſubditorũ audiendis, & pœnis cõdignis ob crimina invrendis, idoneos viros ſibi adſciſcere debent, qui has partes eorũ vice ſtrenuè obire poſsint, qui homines coadiutores, vel cooperatores appellantur, cuiuſmodi virorum copia vt ne vnquam deeſſe poſsit, pro vſibus Eccleſiæ, multi his artibus & diſciplinis optimis præditi in Eccleſijs inſtituendi ſunt[d].

d c. inter cætera.

Cùm ſedes Epiſcopalis vacat, eius munerũ partem ſubibit capitulum. nam & confirmabit electos, & oblatos ſibi ab Eccleſiarum patronis inſtituet, aliáque faciet, quę alibi referũtur[e]. Non tamen poteſt liberè B beneficia conferre[f]. Sede autem vacante, nihil nouari contra eam poteſt, & ideo priùs vnita illi Eccleſia diſſociari non debet[g]. Et iudicium contra Eccleſiam ſede vacante carentem legitimo defenſore inſtitutum non tenet[h].

e c. cùm olim. de maio. & obed. c. p. de inſtit.

f c. 2. extra. ne ſede uacan.

g c. 2. de inſti. in 6. Ab. d. c. cùm olim. c. p. ne ſede uacan.

h c. fi. ne ſede uacan.

Generaliter ſciendum eſt, neminem eſſe in officio, quod prętendit, accipiendum, qui Apoſtolicos codicillos nõ oſtẽdat, niſi & qui eos receperint, & ipſi recepti pœnas Canonicas experiri velint[i].

i extrau. iniunctæ. de elect. in com.

## DE OFFICIO legati,

### TITVLVS XIII.

NVnc dicamus de officio Legati eius, qui cum Iuriſdictione eſt; nã cùm multa ſæpe

A ſæpe accidant, quæ ita ardua ſunt, vt per locorum ordinarios abſolui non poſsint, ſed ſupremi Pontificis authoritatem deſiderent, ipſe autem Rom. Pontifex omnibus vbiq; præſtò eſſe non poſsit ſuam authoritatẽ imperciturus, neceſſarium fuit, vt aliquis in prouincias latiſsima cum poteſtate mitteretur, qui Romani Pontificis gerens vicem ea adminiſtraret, quæ alioqui ſedis Apoſtolicę poteſtate eguiſſent. Eò igitur factum eſt, vt legati à ſede Apoſtolica in prouincias mittantur, quos ſi qui non admiſerint, aut impedierint, ipſo facto in ſentẽtiam excommunicationis incidunt, eorumque terræ Eccleſiaſtico ſubijciuntur interdicto, nulla conſuetudine attenta [a].

a extra. de conſu. p. in com.

Atque hi cùm triplicis generis ſint: nam aut Cardinalium è collegio ſunt, qui & propterea de latere Pontificis Legati dicuntur, qui nec frequẽter curiã exeunt, niſi cũ tali poteſtate legationis [b]: aut Cardinalibus inferiores, q Legati cõſtituti dicũtur, quib. ipſorummet ratione & meritis id munus conceſſũ eſt [c]: aut q hoc legationis officium dignitati ſuæ annexũ habent, vnde & legati nati appellantur, quod vnà cum dignitate, putà Archiepiſcopatus, quã habent, id officium naſcatur, & eius ſpeciei eſſe dicuntur Archiepiſcopus Cãtuarienſis, Eboracenſis, Remenſis, Piſanus [d]: omnes tñ hi, cuiuſcunque generis ſint, ordinariam habent Iuriſdictionem, & Legati Cardinales ferè proconſulibus cõparari poſſunt, & qui Cardinalibus ſunt inferiores, ceteris prę ſidibus, quibus certæ ſunt decretæ prouincię regendæ: quare nec cum Pontificis Romani vita, à quo Legati ſint, eorũ Iuriſdictio expirabit [e].

b c. decreto. e. ſi quis Epiſcopus. 2. q. 6. æne. falco. de reſcr. 2. parte 5. prælud.

c Spec. 1. de lega. uer. ſupereſt uidere. num. 3.

d Gig. tract. de penſi. q. 6. col. 4. in fin.

e c. 2. in 6.

Horum autem officium eſt, cauſas audire eorum, qui in prouincijs ſuis ad ſe accedũt, & de querelis ad ſe delatis cognoſcere [f], item Cõcilium prouinciæ vocare [g]. Beneficia autem vacantia iure Legationis conferre, B Legato Cardinali tãtùm poteſtas permiſſa eſt: alijs autem Legatis non, niſi nominatim eis concedatur [h]. Sed ſi beneficium in alicuius patronatu ſit, qui clericus non ſit, tunc neque Legatus à latere illud conferre poteſt, quamvis tunc poſſit, cùm ſub patronatu clerici eſt ratione Eccleſiæ, quam ipſe habet [i]. Poſſunt etiam legati, cuiuſcunque generis ſint, facere ſtatuta in prouincia ſibi commiſſa, poſt depoſitum quoque officium vim nihilo minùs habitura [k]. Et nemo dubitat poſſe etiam eos delegare, quorum tamen delegatorum iuriſdictio vnà cum Legati officio, niſi citatione præmiſſa perpetuata ſit, extinguetur [l].

f c. p. ubi Imo. col. p. in fin.

g Abb. c. quid ad translationẽ. nu. 7.

h c. p. in 6. ubi gl. fin.

i c. dilectus filius. ubi Ab. & glo.

k c. ſi. ubi Ab. p. no.

l d. c. ſi. ubi gl. & Abb.

Ee

Indubitati quoque iuris eſt, A poſſe legatum à latere ſuæ prouinciæ beneficia ſuæ collationi reſeruare: quæ tamen reſeruationis ſuæ Legationis authoritate factæ poſt Legationis officium obitum nullius erunt momenti, & proceſſus ſuper eis agitati nihil virium tunc habebunt: cuiuſmodi ſunt, exempli gratia, decreta ſuper hiſce reſeruationibus interpoſita, nec non denunciationes, & inhibitiones per eum, vel per executores ab eo datos factæ, dum modò ad ipſorum beneficiorum collationem nondum ventum ſit, & hæ quidem reſeruationes ſtrictè procedunt: quare nec in eadem Eccleſia, nec B eadem vnius iuriſdictione duas eodem tempore reſeruationes Legatus vel habere, vel facere poteſt [a]. Item poteſt Legatus Cardinalis quoſcunque etiam propter manuum in clericos iniectionem excommunicatos abſoluere, tam in prouincia ei decreta, quàm extrà, tam ſubditos, quàm extraneos, & aliunde profectos, dum ipſe Legatus extra vrbem Romanam agit. Nec minùs hoc ei licebit, quamvis iniuria grauis fuiſſet, vt crebris interpretum ſententijs eſt receptum. Quę poteſtas non ita laxata eſt alijs Legatis, qui ex Pontificis latere non ſunt profecti: nam illi quidem, quibus non dignitatis, quam habent, connexitate, ſed ſua ipſorum contemplatione Legatis eſſe datum eſt, prouinciæ ſuæ homines ſibi ſubditos, dum in ea morantur, abſoluendi ius habent, etſi crimen alibi contraxiſſent.

[a] c. præſenti. in 6. ubi gl.

Sed & non ſubditos, ſi in ſua prouincia excõmunicationis in pœnam inciderint, non minùs abſoluent. Eos verò, qui neque in ſua prouincia deliquerunt, nec in ea morantur, nec aliqua ratione ſibi ſubiecti ſunt, dubium non eſt, quin abſoluere non poſsint. Quin etiam neque proprios ſubditos abſoluunt, dum extra prouinciam agunt: vt Gulielmus Durandus, Ioannes Andreæ & Panormitanus Abbas aduerſus Vincentium tradiderunt. Quod procedit &, vt idem Panormitanus cum alijs cenſuit, ſi iudicis illius, in cuius diœceſi morantur excommunicati, conſenſus acceſsiſſet. Legati verò, qui legationis officium dignitati ſuæ, Archiepiſcopatus fortè, annexum habent, ideoq; legati nati appellantur, nullo caſu huiuſmodi excommunicationes expiandi authoritatem habent, quamvis ſibi ſuppoſiti eſſent, iuriſdictionisque ſuę oras incolerent, ibique delictum excommunicatione dignum patraſſent: nam cùm horum legatio perpetua ſit, ſicut & dignitas, cui inhæret, ſi eis excommuni-

catos

catos huiuſmodi abſoluẽdi ius eſſet, leue eſſet, mediusfidius, priuilegium clericis eorum locorum à iure communi conceſſum, quando tam prompta & facilis eſſet perpetuò delinquẽtis indulgentia, dempto ei Romani itineris labore [a]. Illud tamen certum eſt, legatum, qui plurium locorum iuriſdictionem habet, poſſe in omnibus locis officium ſuum exercere, & loci vnius negotia, moram alibi trahentem, explicare [b].

a Habetur ſuprà dicta omnia ex c. excommunicatis. cum do. Abb.

b c. nouit ille.

Legati Cardinales illis quoque ius dicere poſſunt, qui ordinariorũ iuriſdictioni proprijs priuilegijs ſubtracti ſunt, quos exemptos vocant [c]. Et cùm Legati Cardinales in ſibi decreta prouincia exiſtũt, minoris Legati officium ibi interea ceſſat, quamvis dignitati cohæreat [d].

c c. p. de uerb. ſignif. in 6. Abb. c. quid ad translat. num. 10. hoc tit.

d c. uolentes. ubi Ab.

Qui verò Legatum quemvis Apoſtolicum exequi munus ſuum prohibuerit, eovſque excommunicationi illigatus manebit, donec integrè ſatisfecerit [e].

e c. pe. §. fin. 94. diſtin.

Sed neque cauſæ alij à ſummo Pontifice delegatę ſpecialiter Legatus ſe ingerere poteſt, niſi vt ſententiam iuſtè latam confirmet, & executioni demãdet [f]: neque ex generali legatione, quamvis à latere ſummi Põtificis ſit, Epiſcopus transferre, vel Eccleſiam Cathedralem alteri item Cathedrali ſubijcere, nec duos Epiſcopatus vnire, A aut vnum in duos partiri poteſt [g], nec Cathedrales, vel regulares, aut alias collegiatas Eccleſias, aut vllas Cathedraliũ Eccleſiarum dignitates, quæ primæ poſt Epiſcopatum in ipſis Eccleſijs ſint, & ex electione cõferri ſoleãt, vel cõferre, vel reſeruare poteſt [h]. Nec poteſt Legatus alicui, vel generaliter, vel nominatim concedere, vt poſsit beneficia intra ſuam legationem ſita in ſuis manibus Canonicè reſignata, cui voluerit, conferre [i]. Nec valet collatio beneficij per eum facta illi, qui aliud beneficium habebat, de quo nullam mentionem fecit [k], quod in quibuslibet alijs B habentibus conferendi poteſtatem contrà eſt [l]. Cùm verò Legatus cauſæ ſuſceptam examinationem ad ſedem Apoſtolicam detulerit, amplius de eadem examinationem ſumere prohibetur [m].

f c. 2.

g c. niſi ſpecialis. cum cap. ſeq.

h deliberatione. in fin. in 6.

i d. c. deliberatione. in fin.

k c. fin. in 6.

l cle. fi. de offic. ordin.

m c. licet tanen.

## DE OFFICIO IVDIcis Delegati,

### TITVLVS XIIII.

SOlent nonnunquam ſummi Pontifices, eorúmve delegati, aut alij ordinarij etiã ſummo Pontifice inferiores, cùm cauſas ad ſe ſpectantes, vel delatas, ipſi vel cognoſcere, vel dirimere nolunt, aut nõ poſſunt, alteri vices ſuas mandare, q ad iudiciũ vocet, cauſam cognoſcat, decidat, exequatur, aut vnũ, vel



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

plura ex his faciat.

Non omnibus tamen facta huiuſmodi mandata valebunt: nam præter quàm quòd peritū eum eſſe oportet, cui delegatur, ætatiſque legitimæ, id eſt, maiorem viginti annis, cui non à Principe facta ſit delegatio[a], exigitur præterea, vt aliqua in dignitate ſit, vel perſonatu, aut ſaltem alicuius Eccleſiæ Cathedralis Canonicus is, qui à ſūmo Pontifice, vel eius Legatis delegatur[b]. Principalis etiam Officialis Epiſcopi & religioſus conventualem obtinens prioratum, quamvis ad eum prioratum non cōſueuerit per electionem aſſumi, à ſede Apoſtolica, vel eius Legato delegari poſſunt: Officialis autē foraneus, aut religioſus monaſterij ſui Prior Clauſtralis delegari non poſſunt[c]. Epiſcopus autem etiam ſimplici clerico delegare poteſt[d].

Et Delegatio facta dignitati, etiam ad ſucceſſorem eius, cui primùm facta fuerit, tranſit[e].

Sciendum eſt, quòd quamvis actor iudicem habere recuſans, in rei conventi ciuitate, vel diœceſi, poſsit in alia ciuitate, vel Diœceſi iudicem impetrare, vbi actor & reus diuerſarū prouinciarum ſunt, non tamen vltra vnius diei iter eum trahere extra ipſius Diœceſim debet[f], quamvis olim vſque ad duo- A rum dierum iter trahere eum poſſet[g].

a c. cùm uigeſimum. de offic. deleg.

b c. ſtatutum. in prin. uer. ſancimus. de reſcri. in 6.

c clem. 2. de reſcript.

d gloſ. d. c. ſtatutum. uerſ. ſedis Apoſtolicæ. de reſcri. in 6.

e c. quoniā de offi. delega.

f c. ſtatutum. §. cùm aūt. de reſcript. in 6.

Non tantùm vnus ad eandē cauſam dari iudex poteſt, ſed & plures: at in pluribus iudicibus dādis duę formę diuerſæ in vſu eſſe ſolent: nanque ita quandoque dantur, vt (gratia exempli) ſi tribus cauſa committatur, ſi omnes intereſſe nequiuerint, duo nihilo minùs procedant: quod cùm fit, neceſſe eſt omnes ſimul procedere, ſi nullum ſubſit impedimentum, quo aliqui eorum avocentur: ſed ſi vnus, vel aliq̄ eorū ſint impediti, vel nolint intereſſe, oportet in primis horum impedimentum alijs, qui expliciti ſunt, notū eſſe, B vel de eorū voluntate conſtare, vt illi procedere poſsint: neque enim valerent acta per eos hoc non obſeruato[h]. Pōtificis autem reſcriptum eum caſum dūtaxat exprimens, quo non poſſit delegatus intereſſe, ad eum quoq; caſum extēditur, quo nō facultas, ſed voluntas ſe immiſcēdi delegato abeſſet[i]: & nō ſolùm de impotētia facti, ſed ēt iuris intelligitur, vt ſi aliquē illorum ſeruū, vel infamē, aut alio legitimo impedimēto detentū eſſe cōſtiterit[k]. Alia eſt forma breuior, quę & frequētior in vſu eſt, cùm ſcilicet plures ita delegantur, vt oēs, aut duo, vel vnus procedat: hîc enim omittitur illa conditio, SI VNVS NON POSSIT, etc. ſed facul-

g c. nōnulli. in prin. de reſcript.

h c. prudentiā in prin.

i d. c. prudentiam. §. adijcimus.

k c. ſciſcitatur de reſcript.

A facultas ſimpliciter conceditur cuivis ex delegatis procedendi, quorum ſi quis alios prævenerit incipiens de negotio cognoſcere, alijs dempta erit poteſtas interea de eodem ſe impediendi, niſi is, qui prævenit, aliqua iuſta cauſa poſtmodum impeditus fuerit cauſam finire, vel niſi doloſè procedere detrectaret: his enim caſibus alijs fieret locus[a]. Sed ſi is, q alios prævenit, Iuriſdictionem ſuam ita ſtabilierit, vt delegantis morte expirare non poſsit, putà quia partes iam ad iudicium vocaſſet, hoc alijs quoque collegis vtile erit: nam etſi hunc mori cótingat, poterunt nihilo minùs alij etiam mandatore mortuo hoc muneris ſuſcipere, quaſi à collega ſibi traditum & perpetuatum: quamvis ipſi, dum mádator in humanis eſſet, nihil omnino in hoc iudicio egiſſent[b].

a c.cùm plures.in 6.

b c.cùm plures.in 6.

Si verò delegatio facta ſit pluribus ſimpliciter, neutra ex relatis modò clauſulis inſerta, vnusq; delegatorum ſententiam ferat, nullius momenti erit ab eo prolata ſententia[c]. Quod nó minùs locum habebit, etſi delegatorum vnus ab humanis rebus ſublatus eſſet: vno enim mortuo omnium officium extinguitur, niſi aliud mádati forma contineat[d].

c c.cauſam matrimonij.

d c.uno delegatorum.

Delegatus Iudex hoc diligéter obſeruare debet, ne fines mádati egrediatur[e]. Sin nulla mandatoris forma alia appareat, formam iuris ſeruabit[f].

e c.uenerabil. c ſi.ext co. c.cū dilecta. de reſcript.

f ca.ex parte tua.

Si delegatus à ſummo Pontifice in alium hoc onus transferre velit, iſque munere iniuncto fungi detrectet, poterit eum ad ſuſcipiendum compellere, niſi ipſe malitioſè exonerare ſe ſtudeat[g]. Verùm in eo compellendo gradus, & dignitatis rationẽ habebit: alio enim modo aget cum viro ſublimi in loco poſito, quàm cum cęteris, qui etſi dignitatem habeant, non tamen magnopere alios excellũt. Ná, exempli gratia, ſi Epiſcopo delegare quis velit, non debebit eum confeſtim his modis cogere, quibus alium inferiorẽ poſ-
B ſet, ſed modeſtia cum eo vtetur, ſupremi ordinis rationem habens: quare illi primò Eccleſiæ ingreſſum interdicet, vel ſacerdotalis officij executionem, pòſt etiam ab officio ſuſpẽdet, & demum ſi pertinaci animo perſeuerarit, excommunicationem quoque irrogabit: quòd ſi iam ab initio admodum contumacem ſe oſtenderit, iam tum licebit contra eum Eccleſiaſtica cenſura vti[h].

g c. paſtoralis. in prim.

h c.2.in 6. et d.c paſtoralis in ſi. & c.ſanè quia. extra.co.

Hinc apparet, quanta ſit iudicis delegati poteſtas, in cauſa ei mandata per ſummum Pontificem, cùm etiam illis imperandi ius habeat, qui extra cauſam ipſo eſſent ſuperiores: quare & Epiſcopos, aliosq; ſibi minimè

Ee 3

ſubiectos, quorũ cauſa ſibi man A
data ſit, poterit vel interdicti,
vel ſuſpenſionis, aliáve cenſura
cõpellere[a]. Eiusq; poteſtas po-
teſt etiam contra extraneos of-
ficium eius impedire enitentes
exerceri[b]: quod & ipſius dele-
gato permiſſum eſt[c]. Hinc cõ
ſequens eſt, vt poſsit delegatus
(vbi nulla à iure pœna ſtatuta
eſt) arbitrio ſuo pro delicti &
cauſæ qualitate pœnam ſtatue-
re in eos, qui in cauſis delega-
tis iudicio ſuo parêre contem-
pſerint[d].

Poteſt delegatus mandatum
ſuum, quo totã cauſam alij dele
gauerat, arbitrio ſuo revocare,
dũ res adhuc integra ſit, id eſt,
ſi ille Iuriſdictione vſus hacte- B
nus non ſit[e]. Sed & ſi hũc ſub-
delegatum mori contingat, cau
ſa ad ſubdelegantẽ revertetur[f].

Si delegatus, quoties eum ab-
eſſe contigerit, alicui vices ſuas
commiſerit, poterit ſubdelega-
tus eo rebus humanis exẽpto,
cùm & tunc cenſeatur abeſſe,
commiſſum ſibi negotium libe
rè diffinire, modò illo viuente
iuriſdictione vti cœperit, quod
non minùs licebit, ſi vices ſub
ea forma commiſerit, donec du
xerit revocandas[g]. Et delega-
torum à ſummo Pontifice pote
ſtas in ſententię executione vſ-
que ad annum vigebit[h]. Poſ-
ſunt etiam, ſi eis videatur, id o-
nus ſententiæ executioni mit-
tendæ in ordinariũ transferre[i].

a d. ca. ſanè quia.
b c. p.
c c. ex literis.
d c. de cauſis. in fi.
e c. quamuis. in 6.
f d. c. quãuis
g c ſi delegatus. in 6.
h c. quærẽti
i c. paſtoralis. §. quia uerò ſæpe.

Cùm verò Iudicis delegati
ſententia executiõnẽ fuerit ſor
tita, eius finietur Iuriſdictio[k].

Sed & alijs modis iuriſdictio
delegata finitur, veluti ſi lapſa
ſit dies, ad quam cauſa ex man-
dati forma terminari debuerat,
niſi à partibus prorogata ſit[l].

Alijs quoq; modis finitur, qui
ex voluminibus Decretalium
Epiſtolarum peti poſſunt.

Hoc neminem præterire vo-
lumus, nemini facilè fidem eſſe
adhibendam, & ſi aſſerat ſe de-
legatum eſſe, niſi hoc ipſe pro-
bet: quapropter ſi quis tanquã
à ſede Apoſtolica delegatus mi
hi iniungat, vt palàm fieri curẽ,
aliquem eſſe excommunicatũ,
potero ego hoc mãdatum effu-
gere, niſi ille de mandato Apo-
ſtolico fidem faciat[m].

k c. in literis.
l c. de cauſis. in prin.
m c. cùm in iure peritus.

## DE OFFICIO CONſeruatorum,

### TITVLVS XV.

IVxta Delegatorum tractatũ
non erit ab re etiam de conſer
uatoribus aliqua dicere, qui-
bus à ſummo Pontifice manda
tur, vt aliquos à manifeſtis iniu
rijs defendant. Et hi quidem
ad ea, quæ iudicij indaginẽ deſi
derãt, ſuam poteſtatem nõ ex-
tendunt[n].

Conſeruator verò dari nõ po
teſt, niſi qui dignitatem, aut per
ſonatum habeat in Eccleſia Ca
thedrali, vel collegiata: putà, E-
piſco-

n c. p. de offi. deleg. in 6.

piſcopus, Abbas, Archipresbyter, & ſimiles. Sed nec defuērunt, qui etiam officialem Epiſcopi Principalem poſſe conſeruatorem fieri crediderint, quāuis declarationem ſummi Pontificis, vt res certior fiat, exoptarent[a]. Nec ſufficit Eccleſiæ Cathedralis quem ſimplicem Canonicum eſſe, vt cōſeruator fieri poſsit, quamvis Eccleſiæ Cathedralis Canonicus ad cauſas delegari poſsit. Nec poteſt quis conſeruator ſui conſeruatoris fieri, vel eius, cuius ipſe Iuriſdictioni ordinariæ ſubditus eſt, niſi fortè Regis, aut Reginę, etſi mandatum ad cauſas (de quo titulo præcedenti tractauimus) etiam ſubdito eius, de cuius cauſa agitur, fieri poſsit.

[a] gloſ. cle. 2. uer. delegatus. de reſcr. ubi Doct.

Nec permittitur conſeruatori extra ciuitatem, aut Diœceſim, in qua fuerit deputatus, cōtra aliquem procedere, aut aliquem extra locum itinere vnius diei remotiorem protrahere: quod tamen delegato partiū conſenſum habenti non denegatur.

Prohibetur etiam Conſeruator alij vices ſuas committere, (exceptis citationibus, & ſententiarum denunciationibus) niſi hoc ei ſpecialiter ſit conceſſum: quo tamen caſu nec alibi hoc poterit facere, quàm in ciuitatibus ſuæ diœceſis, in quibus hoc Conſeruatoris fungatur officio: nec niſi pſonis, quas A ſuprà Cōſeruatoris munere fungi poſſe diximus.

Verùm ſi conſeruatores alijs, quàm manifeſtis iniurijs ſe immiſcere non dubitarint, & ad ea, quæ iudicij indaginē requirunt, manum extēdere, eo ipſo per annū ab officio ſunt ſuſpenſi: pars verò, quæ hoc fieri procurauerit, ſententiam excōmunicationis incurrit, à qua abſolui non poteſt, niſi ei, quem ſic fatigauit indebitè, priùs de expēſis integrè ſatisfecerit.

Officium autem quorumcūque conſeruatorum ipſo iure, quo ad non cœpta negotia, per obitum concedentis expirat[b].

[b] Habentur hæc omnia ex c. p. & c. fi. de offi. deleg. in 6.

B

## DE OFFICIO ARchidiaconi,

### TITVLVS XVI.

ARchidiaconus à iure vicarius Epiſcopi eſt conſtitutus, clericꝗ; vniuerſi curā habet, tam in vrbe, quàm in parrochijs: præeſt Archipresbytero, Primicerio, Cuſtodi, Sacriſtæ: imperat Subdiaconis, & Leuitis: parrochiarum ſolicitudo, & ordinatio ad ipſum pertinet, iurgia ſingulorum cognoſcit, omniumque primus & eximius eſt poſt Epiſcopum: & Epiſcopi oculus appellatur, quòd vice Epiſcopi omnia per Diœceſim ſcrutans, corrigat quę correctione egere noſcuntur, niſi negotia valde ardua

ſint, quæ maiorem authoritatẽ deſiderent, ſatagitq; de conuerſatione, & exiſtimatione clericorum certior fieri: inſtaurãdis Eccleſijs præeſt, tertio quoquo anno vniuerſam Parrochiam, id eſt, Diœceſim abſente Epiſcopo colluſtrat, ea corrigens, quibus correctione ſit opus[a]: parrochiam verò propriam ſingulis annis viſitat[b]. Examinatio clericorum, qui ſunt ad ſacros ordines promouendi, eius officij eſt, & examinatio eorum, qui ſunt Eccleſijs præficiendi, quos etiam ipſe coram Epiſcopo ſiſtere debet[c]. Ipſius item hæ ſunt partes, Euangelium in miſſæ ſacrificio pronunciare, aliiſve ex Diaconis pronunciandũ iniungere, & cùm Epiſcopus miſſam eſt ſolennem celebraturus, ipſe Leuitas de eorum officio inſtruit, & iubet veſtes ſacras induere, & omne deniq; officium Eccleſiaſticum ipſe diſponit.

Lectiones, aut reſponſoria in matrice Eccleſia præſcribit, vel audit, ita vt nemo Euãgelium, ſacrámve Epiſtolam, aut reſpõſoria, aut aliam quamlibet lectionem in Eccleſia legere, aut canere poteſt, niſi priùs ab Archidiacono exauditus. Acoluthis quoque ipſe officia diuidit, præcipiendo quis eorũ candelabra, quis thuribulum geſtare, & quod quiſque minorum in Eccleſia munus obire debeat[d]. Idem vaſa vſibus Eccleſiæ dicata cuſtodit[e]. Pecuniam Eccleſiæ à pijs hominibus Eleëmoſynę cauſa datam accipit, & Epiſcopo reddit. Diaconorũ delicta Epiſcopo aperit, Sacerdoti ieiuniorum & ſolennitatũ dies ipſe notos facit. Archidiacono verò abſente, hæc omnia munera proximus illi Diaconus ſubit[f]. Prælatos idem Archidiaconus in ſede locat[g]: nã miſsio in poſſeſsionem corporalem beneficiorum, & dignitatum eius officij eſt[h]. Non tamẽ aut animarum curam citra Epiſcopi mandatum cõmittere poteſt[i], aut in aliquos ſententiam promulgare[k], aut aliquẽ extero Epiſcopo ordinibus ſuſcipiendis commendare[l]: aut in monaſterijs iuriſdictionem habere, niſi conſuetudine pręſcripſerit[m]. Et hunc Diaconum eſſe oportet[n].

a c.p. ext. co.
b ca. mandamus.
c c. ad hæc.
d c. 2.
e c. 2.
f c. perlectis. §. hi ſunt ordines. 25. diſtinct.
g c. ut noſtrũ.
h c. ad hæc.
i ca. cũ ſatis.
k c. Archidiaconus non. ubi glo. & Doct.
l c. ſignificaſti.
m c. fin.
n c. p. de ætat. & qual.

## DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI,

### TITVLVS XVII.

ARchipresbyter cęteris preſbyteris eminet, ac præeſt, collectam indicit, vel is cui ipſe iniunxerit, horiſque ſuis in Eccleſia reſidere tenetur. Epiſcopo abſente, vice eius officium inchoat. Ipſo verò Epiſcopo ſolennem miſſam celebrante, ſacerdotes monet, vt veſtes ſacras induant; idem Eccleſiæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Eccleſiæ Cuſtodem monet, vt det operã, ne in ſacrario ſancta Euchariſtia vnquam deſit, quæ ægris propinari valeat. Ægrotantium quoque, & eorum ex Diœceſi, qui ad ciuitatem veniunt, hanc curã gerit, vt pręſtò ſint eis petentibus ſacerdotes, quibus poſsint crimina fateri, ne ſine Sacramentis Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, animam exhalent: omnia deniq; eius officij proviſionẽ expectant, quæ ſacerdotum miniſterio perficiuntur, his tamen exceptis, quę prohibita nominatim ſunt: quare ad eũ ſpectabit fontium benedictio, infirmorum ſacro oleo pervnctio: pœnitẽtis ęgri, conſulto priùs Epiſcopo, reconciliatio: idem cæteris ſacerdotibus pœnitentiam iniunget, horas dicendis officijs partietur, ſacriſq; diebus, & pręſertim Deo dicatis, aut ipſe miſſam ſolennẽ dicet, aut alij hoc munus delegabit: item Chriſtianis efficiendis, infantibus baptizandis, & ad ſuccurrendum nihil à ſacerdotibus ſine Archipresbyteri fiet præcepto.

Archipresbyteri verò officiũ illius, qui municipia, aut rura colat, & regat (qui & Decanus dicitur) eſt, curam habere laicorum, & presbyterorum, qui Eccleſias minores Archipresbyteratui ſubiectas, adminiſtrant, grauiaque delicta, ſi quæ inciderint, Epiſcopo ſignificare: nihil tamẽ audeat ſibi arrogare contra ea, quæ ab Epiſcopo fuerint decreta.

Eſt tamen ſciendum, quòd tam is Archipresbyter, quàm Vrbanus, paret Archidiacono [a]: & vtrumque presbyterum eſſe oportet [b].

a c. p. & tot. tit. extr. eo.

b c. p. de æta. & qual.

## DE OFFICIO PRIMICERIJ, ſeu Cantoris,

### TITVLVS XVIII.

Primicerius, qui & alio vocabulo à quibuſdam appellatur Cantor, ſeu Pręcentor, Archidiacono ſubeſt, quemadmodum etiam Archipresbyter: curamq; hanc præcipuam gerit, vt Diaconis docendis, reliquiſque gradibus & ordinibus Eccleſiaſticis incumbat, & iuxta conſuetudinem Diaconis præſcribat lectiones, quæ ad nocturna officia clericorũ pertinent [c]. Eiuſdem eſt præfigere, qua hora ſignum Campanæ peluis tinnitu officijs celebrandis dari debeat, & in eis per clericos munia diuidere. Item ordinem et modum canendi in choro præfigere, pro ſolẽnitate & tempore, & ſi qua re Baſilicis ſarciendis opus eſſe viderit, ſacerdotem monere. Ipſe Epiſtolas Epiſcopi pro diebus ieiuniorum ſacerdotibus parrochis per oſtiarios reddi curabit: clericos, quorum errores cognouerit, idem coërcebit: quos

c c. unico. extra. eod. tit.

verò ipſe coërcere non valebit, eorum commiſſa Epiſcopo reteget. Baſilicarum ipſe ponet cuſtodes, & tabulam (quam matriculam vocant) ipſe diſponet: eo autem abſente hæc curabit, qui illi lege, vel eruditione proximus fuerit [a].

[a] c. perlectis. §. ad primicerium. 25. diſt.

## DE OFFICIO SACRIſtæ, & Cuſtodis,

### TITVLVS XIX.

Sacriſta, ſeu quod idem eſt, Theſaurarius, ſacra vaſa, Eccleſiaſticas veſtes, & totum Eccleſiaſticũ theſaurum, quæq; ad Luminaria, ſeu cerea, ſeu oleo madentia, pertinent, cuſtodire tenetur [b]. Ipſe oſtiarium Baſilicarum conſtituit, thus incendendum præparat, curam Chriſmatis ſuſcipit conficiẽdi, & Baptiſterij inſtruendi, & Luminarium in ſacrario, & ſacrificijs præparandorũ [c]. Subeſt autem, vt ſuprà diximus, Archidiacono.

[b] d. c. perlectis. §. ad theſaurarium. c. pen. extra. eod.

[c] d. §. ad primicerium.

Cuſtos verò Eccleſiæ is dicitur, cui ea, quæ Eccleſiæ competunt, cuſtodienda traduntur: & cùm multa ad eum ſpectent, quæ ex Sacriſtæ officio iuxta diuerſam conſuetudinẽ videntur eſſe, inferior tamen Cuſtos eſt Sacriſta: & hæc propria ipſius ſunt munera, vt horarum Canonicarum ſigna det tintinnabulorum pulſatione, Archidiacono iubente: cui cùm ſubſit, in omnibus parêre tenetur. Palia, vel lintea altaris, omniaq; Eccleſiæ vtenſilia perpetua cuſtodia ſeruare debet, accendendis, vel extinguendis lampadibus vigilem ſe præbere, ne aut ſupra modum ardẽtes nimium olei abſumant, aut minùs illucentes obſcuriorem Eccleſiam relinquant. Diligenter etiam curet, ne thuris vnquàm ſit inopia, atque vt panis & vini ad miſſæ ſacrificiũ omni tempore copia ſuppetat, omnéſq; oblationes, & eleëmoſynas, ſeu decimas Archidiacono conſentiente (dum Epiſcopus abeſt) fratribus diuidat. At ſi his exequendis cuſtos minùs vigilem ſe præſtiterit, erit ab Archidiacono obiurgandus, vt ſe vltrò ipſe corrigere velit: ſin nihil Archidiaconi caſtigatio profuerit, Epiſcopus ab Archidiacono monitus, alio in locum eius ſubſtituto eum exturbabit.

Hi ergo tres, de quibus proximè diximus, Triumviri ſunt, quibus tanquam tribus validiſſimis columnis fulcitur Eccleſia, ipſiúſq; nititur ſalus, ſcilicet Archdiaconus, Archipresbyter, & Cuſtos. Quare nemo, niſi optimus, idẽq; vigilantiſsimus, ad hæc officia eſt admittendus, ne qua negligentia, aut ſocordia in Dei Eccleſia notari poſsit [d].

[d] To. tit. extr. eod.

De

## DE OFFICIO VTRIuſque Vicarij,

### TITVLVS XX.

CVm frequẽter eveniat Clericos neceſſarijs cauſis impeditos non poſſe officijs ſuis, tam in diuinis celebrandis miniſterijs, quàm in iure dicendo ſupereſſe: idcirco permittunt leges, vt, cùm id evenit, liceat eis aliorũ opera vti, & ſibi legere viros idoneos, quibus tutò poſsint vices ſuas mãdare, quos propterea Vicarios appellant.

Hi verò, vt diximus, vel ad diuina miniſteria celebranda conſtituuntur, vel ad Iuriſdictionem exercendam [a]: nam etſi parrocham Eccleſiam habentes non per vicarium, ſed per ſeipſos illi deſeruire teneantur in ordine, quem ipſius Eccleſiæ qualitas requirit, tamen quia fieri poteſt, vt parrocha Eccleſia, quam habent, dignitati, vel præbendæ Eccleſiæ maioris ſit annexa: id vbi àccidit, licebit ei, qui talem habuerit præbendam, vel dignitatem (cùm eximiam eam habere debeat, & oporteat in primis maiori Eccleſiæ deſeruire) vicarium perpetuum in parrocha Eccleſia ſubſtituere, qui ex illius Eccleſiæ reditibus congruam portionẽ hoc nomine percipiet [b]. Siue igitur hac cauſa, ſeu alia quis excuſetur, quò minùs teneatur

a glo. in Rub. extra, eod.

b c. extirpandæ. §. quia verò. extra. de præb.

A ipſe beneficio deſeruire, huius officium vicarius ſupplebit.

Epiſcopi tamen conſenſus exigitur in hoc vicario conſtituendo: quo adhibito, neq; per ipſum rectorem dominum, neque per ſucceſſorẽ eius poterit amoueri, portionéve ſua defraudari, niſi aliqua culpa id meritus fuerit. Idem pluribus Eccleſijs vicarius perpetuus eodẽ tempore eſſe nõ poteſt [c], & qui dum alicuius eſſet vicarius perpetuus in diuinis, beneficium curatũ poſtea eſt adeptus, amplius Vicarius eſſe non permittetur [d]. Atque vt Vicarij perpetui in Eccleſijs, quarũ Vicarij ſunt, reſideant, & ſe in presby- B teros (vt eorum cura exigit) faciant promoueri, per ſubtractionem proventuum, aut vicariatuum compelluntur [e]. Sed & Clemens V. conſtituit, vt in huiuſmodi Vicariatibus perpetuis ea obſeruentur, quę de Eccleſijs curam animarum habentibus, agnitione aliarum amittendis, ac de ipſarum Rectorib. promouendis ad ſacerdotium, déq; eorum ætate à iure ſtatuta eſſe noſcũtur [f]. Clerici in preſbyteratu, vel in alijs inferioribus ordinibus conſtituti, in Vicariatibus Eccleſiarum, quos adepti ſunt, alios ſibi ſubſtituere non poſſunt [g].

Et hæc de his Vicarijs, qui in diuinis ſubſtituuntur: pauca etiam dicamus de his qui ſub-

c c. 2. extr. eo.

d c. pe. extra.

e ca. clericos. extra. eo.

f cle. un. e. t.

g ca. clericos. extra.

rogantur in Iuriſdictione: qui etiam quandoque Officiales, quandoq; Miſsi Dominici appellantur[a], & quorum creditur ordinarium eſſe officium[b]. Vicarius autem ſummi Pontificis, quem in Vrbe relinquit, ſciat iuriſdictionē ſuam extra vrbem non protendi[c]. Quamvis in Officialem Epiſcopi per officiū generaliter ipſi traditum cauſarum cognitio transferatur, poteſtatem tamen inquirendi, corrigendi, aut delicta vlciſcendi, ſeu aliquos à ſuis beneficijs, vel adminiſtrationibus amouendi, transferri nemo dixerit, niſi nominatim hęc quoque tradita ſint[d]: neque beneficia conferendi[e], nec literas commendatitias ad ordines ſuſcipiendos concedendi[f]. Et poſtremò ſciendum, huiuſmodi Vicariam curam laico credi non poſſe[g].

a gloſſ. cle. 2. ver. officialis. de reſcr.
b gloſ. c. 2. eo. hoc t. in 6.
c c. pe. extra. eod.
d c. 2. in 6.
e c. fi. in 6.
f ca. cùm nullus. §. 1. de temp. ordi.
g ca. in noua. 16. q. 7.

## DE VISITATIONE PER Prælatos facienda,

### TITVLVS XXI.

Qvi ad Pręfecturas, & populorum, vel Eccleſiarum regimina vocati ſunt, excubare oportet, aſsidueq; explorare, qúænam vitia animarum ſibi creditarum ſaluti officere videantur, qúæve res profuturę ſint, & illa pro viribus evellere conari, hæc impigrè præſtare, & ſolicitè miniſtrare. Atque vt morbi confeſtim habita no-

A titia promptiùs & tutiùs ei manus medica adhiberi poſsit, propterea debēt Epiſcopi quolibet anno ſemel Diœceſes ſuas inviſere: ſin valetudine impediantur, quo minùs ipſi hoc officium exequi poſsint, poterūt illud alij demādare[h]. Hæ verò erunt Prælati partes, cùm Eccleſias ſuas inviſit, nempe, vt propoſito verbo Dei quærat de vita & converſatione miniſtrantium in Eccleſijs, & alijs locis diuino cultui addictis: & cùm de aliquibus lęuam famam eſſe ortam viderit, ipſorū ordinarijs id notum faciet, ſi iudicarit expedire, vt ſuper his ſolenniter inquirant: notoria verò cri- B mina, quæ examinatione non egent, vlciſci poterunt[i]. Providebitq;, vt, ſi qua fortè Baſilica * deſtituta fuerit, reſtituatur[k].

Viſitandi autem poteſtatem habent Cardinales, Legati, vel nuntij Apoſtolici[l], Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Archidiaconi, Decani: hi tamen duo poſtremi non ſuo, ſed Epiſcopi nomine viſitāt, niſi fortè longa conſuetudine pręſcripſerint ius ſuam parrochiam viſitandi. Et denique, vnuſquiſque Prælatus iuriſdictionem habens, & viſitādi ius habet[m], quod nulla pręſcriptione amittet[n]. Archiepiſcopus vniuerſam ſuam prouinciam arbitratu ſuo viſitare poteſt, quamvis non ſint eius ſuffraganei negligētes, nec non viſita-

h ca. decreuimus c. Epiſcopum. 10. q. 1.
i c. 1. §. ſanè. de cenſib. in 6.
* deſtructa, fortè.
k d. ca. decreuimus.
l c. procurationes. extra. de cenſib. c. mandamus. ubi Abb. de offic. ord.
m Ab. ca. cum Apoſtolus. 3. no. de cenſibus.
n ca. cum ex officij. de præſcr.

viſitationem iterare adhibito A ſuffraganeorũ conſenſu, & forma quadam ſeruata, & procurationes, id eſt, expenſas à locis excuſsis accipere poteſt: dúmq; ita viſitat, poteſt crimina ab his audire, qui ſuffraganeis ſuis ſubditi ſunt, eoſque ſoluere [a].

a c. fi. de cenſibus. in 6. & c. 1. §. ex quo. & §. ſeq. eod. tit. & l.

Viſitabit tamen in primis Eccleſiæ ſuę capitulum, mox totã ciuitatẽ cum Diœceſi, maiores Eccleſias, & minores pariter excutiendo: item clericos & populum. Sin cõmodus ei ad ſingulas Eccleſias, tutusq; acceſſus non fuerit, ad aliquem locum commodum omnes clericos, & laicos evocabit, pòſt oẽs prouinciæ ſuæ partes peragrabit, ſuffraganeos ſuos, eorumq; ſubditos, eccleſiarum capitula, Eccleſiasque omnes, monaſteria, aliaq; religioſa & pia loca, cleros, & populos pariter luſtrãdo & examinando: quod Inno. III. quemadmodũ & multa alia, in hoc propoſitũ ſumma ratione conſtituit [b].

b c. 1. de cenſibus. in 6.

Sunt tamen & quidam viſitatores generales, quos generale capitulum conſtituit, qui ſuperiorum viſitatorum veſtigia diligenter inquirere tenẽtur, eorumq; crimina, & culpas futuro generali Concilio referre [c].

c c. fi. de ſtatu monacho.

Laicis verò magiſtratib. etſi prouincias peragrare cõgruat, id tamen in vſu non eſt [d].

d l. congruit. ff de offic. præſi. Gra. conſ. 238. col. 8. in fi.

## DE PROCVRATIONIB.

### TITVLVS XXII.

SEd ne Prælatis hoc viſitationis officium diſpẽdio ſit, ſi ſuis ſumptibus peregrinentur, congruæ expenſæ eis ſubminiſtrandæ ſunt ab Eccleſijs, ad quas viſendas acceſſerint, quas expenſas procurationes appellant, à quarum ſolutione nulla præſcriptio excuſat, etſi ab illis excuſare poſsit, quæ vel inſtitutionis, vel conſuetudinis iure penduntur [e]. Procurationes autẽ prædictas nemo ante perfectam viſitationẽ impunè percipiet [f]. Et cùm Inno. IIII. prohibuiſſet in pecunia numerata procurationes ſolui, Bonifacius tamen VIII. moderatus eſt, vt ab invitis quidem, quod & ab Innocentio ſtatutum fuerat, B pecunia pro his alimentis exigi non poſsit: à volentibus autem, & vltrò offerentibus pecuniæ loco alimentorum accipiendę poteſtatem facit: adijciens, ne vna & eadem die pręter vnam procurationem accipere quis poſsit, tametſi ea die plura loca inviſiſſet, quę ſingula integris procurationib. dandis ſoluendo eſſent [g]. Sed & ne procurationes hę immoderatę darentur, plura emanârunt Pontificum Decreta ſtatuentia, quid vnuſquiſque Prælatus habita perſonę, & dignitatis, omniumq; cautionum ratione accipere poſsit [h].

e c. accedẽtes. ubi gl. fi. et c. cum ex officij. de præſcrip.

f c. 2. de cenſ. in 6.

g ca. felicis. de cenſibus. in 6.

h c. cũ Apoſtolus. in princip. extra. c. 1. §. procurationes. eo. tit. in 6. c. un. in extra.

* *
*

# M. ANTONII CVCCHI, IVRISCONSVLTI, INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI, LIBER II.

## DE CLERICIS REgularibus, & eorum ſtatu,

## TITVLVS I.

NVnc videndũ eſt de Clericis regularibus, ſeu religioſis: quod idem eſt: nã etſi multa ex his, quæ ſuprà tradidimus, etiam his conveniant, tamen quia & quædam iura præcipua habent, ea quoque tradenda ſunt.

Regulares autem dicuntur clerici, à regula ſpeciali, in quá iurârunt: & ſunt illi, qui per emiſsionem profeſsionis, vel paternam devotionẽ ſequenti ratihabitione Prælati imperio ſub aliqua ſpeciali & probata regula ſubijciuntur [a], ſi tria ſubſtantialia profeſsi fuerint, Paupertatem, obedientiam, & continentiam: neque enim ſatis eſt vnum, vel alterum ex tribus iuraſſe ſuprà dictis, vel vouiſſe, vt Regularis dici poſsit, quamvis religio illa à ſede Apoſtolica recepta eſſet [b].

Fit autẽ duobus modis profeſsio, expreſsè, & tacité. Expreſſa eſt profeſsio, quæ & ſo- A lennis meritò appellari poteſt, cùm nouus monachus profeſſurus coram Abbate, vel Priore, alteriúſve nominis Prælato eius religionis, quam ſibi ipſe delegit, promiſsionẽ accipiente, vel corã ſimplici etiam monacho à Prelato mandatum habente, conventu præſente vniuerſo huius ſententiæ promiſsionem emittit, ſeſe Deo ac ſanctis eius, & Prælato promittere, quantum ſibi opis Deus dederit, adhibiturum, vt continentiam, quam pro humana imbecillitate poterit, ſeruet incorruptam, vtque Prælato obedientiam & obſeruantiam ex B regulę præceptis debitam prę‑ſtet, malamque vitæ conſuetudinẽ, & mores, ſiquos hactenus corruptos habuit, in melius deinceps mutet: teſtari etiam ſimul debet, ſeſe bona ſua repudiare: qua promiſsione exhibita profeſsionis habitum ſuſcipiet [c]. Solent enim huiuſmodi generis clerici plerunque nondum iuratos, nec religioni addictos homines, qui nouitij vocantur, à veteranis, quos profeſſos vocant, veſtiũ diſcrimine ſegregare: ſiue id diſcrimen coloribus veſtium diuerſis, ſeu veſtium modo, & forma inter ſe diffe-

a Hoſtien. in ſumma.

b Ab. in Rub. eo. tit. gloſ. cle. pe. uer. obedientiã. de relig. domibus. gloſ. cle. cùm ex. uer. tertio, de ſentent. excommun.

c Spec. in tit. de regular.

a de. eos qui. de regul.

differenti notetur [a]: quæ diuerſitates oculis patentes ſunt.

Sed & alijs quoq; modis, non tamen ita manifeſtis, hæc duo veſtium genera ſecernuntur: nam vel diuerſis locis ſuſcipiuntur: putà, tyrones, id eſt, nouitij ſuas veſtes in monaſterio ſumunt, initiati, quos profeſſos vocant, in Eccleſia ante ſupremum altare: vel huic duntaxat profeſſorum veſti benedicitur, non illi nouitiorum: vel hæc ab vna certa perſona, putà Abbate, vel Priore tantùm conferri poteſt, illa nouitiorum etiam ab alijs Abbate inferioribus: vel alijs demum diebus ſolent profeſsi indui, alijs nouitij [b].

b c. p. in fi. de regul. in 6. d. cle. eos in fi. c. ſtatuimus. in fi. extr. de reg.

Sed ne quivis temerè & inconſultè, & repentino quodam animi impetu, quaſi vento, incitatus (quod non rarò áccidit) potius quàm certo animi iudicio, religioni quandoque ſe deuoueat, quam deinde pœniteat eſſe profeſſum, dum eius aſperitatem ferre non poteſt, conſtitutũ anni integri eſt tempus, quo in monaſterio, profeſſorũ regulis ſolutus moretur, experturus, an ea ſibi vita placeát, & tolerare eam poſsit, & quo tempore viciſsim eius vita & mores à Prælato ſpectari, & cognoſci poſsint: ante quod liberum eſt nouitio ad ſeculũ arbitratu ſuo reverti [c]. Et Abbates, qui cuiuſvis generis homines quos

c con ſult d. & ca. pen. eod. tit.

A libet ante ſuprà dictum tempus ad profeſsioné admiſerint, Canonicas pœnas non evadent [d]: tametſi etiam interdum ante anni lapſum poſsint profeſsionem admittere, quæ valitura etiam ſit, vt cùm nouitius eo tempore ſatis ſe periculum ſui feciſſe ipſius aſſerit, ſeque ad omnia regulę onera conſtanter ferenda affirmat [e]. Sed et anni tempus quandoque Prælati arbitrio, vel ad biennium, vel ad triennium produci poteſt, & ante id profeſsioné admittere detrectare poteſt: quid enim, ſi nouitij conditio, & vita Prælato omnino ignota ſit? & de eius moribus nullam antea notitiam habuerit [f]?

d c. ad Apoſtolicam.

e d. c. ad Apoſtolicam.

f Ab. d. c. ad Apoſtolicã.

B In Mendicantibus autem monachis propria quædam iura ſeruantur: nam ſi quis eorum regulam etiam expreſsè ante probationis tempus ſuprà dictum, quamvis Prælato accipiente, fuerit profeſſus, ei tamen regulæ non erit præciſè obligatus, ſed modò alij cuivis regulæ ſe addicat, eámque obſeruet, nihil ei poterit crimini adſcribi, quòd hanc deſeruërit. Quod cùm in Prædicatoribus ſolùm, & Minoribus religioſis ab Alexandro IIII. ſtatutum eſſet, ad omnes deinde cuiuſvis generis monachos, Mendicantes ſcilicet, Heremitas, & Carmelitas à Bonifacio VIII. extenſum eſt [g].

g c. non ſolum c. ſeq. in 6.

Tacitè autem fit profeſsio, velvti ſi quis vltra probationis tempus in monaſterio permãſerit indiſcretum habitũ gerens: & alijs modis [a], putà ſi actibus profeſſorum vltrò ſciens ſe ingeſſerit [b].

a gl. cle. eos. uer. deinceps. eo. tit.

b Ab. c. uidua. per illum tex. extr. co.

In alijs autem religionibus profeſsio expreſsè, vel tacitè fieri poteſt intra annum: ſed expreſsè emiſſa etiam ſeculari habitu non mutato illi religioni præciſè obligat, quam profitens eſt profeſſus. Tacitè verò facta infra probationis annum per ſuſceptionem habitus, qui profitentibus tantùm datur, nõ illi ſpecialiter, cuius habitus eſt ſuſceptus, ſed generaliter religioni alicui recipienté obligat, ſi ætatis aptæ ſit ſciens, & voluntarius, et triduo perſeueret [c].

c cõſtitutionē. de reg. in 6.

At ſi tacitè quidem profeſsio facta ſit, ſed per geſtationem indiſtincti habitus anno integro factam, non dubium eſt hac ratione illi ipſi regulæ obligatũ eſſe, cuius habitum induerit, niſi huiuſmodi habitus in colore, ſciſſura, vel forma ſe diſtinctum patenter exhibeat ab habitu profeſſorum [d].

d d. cle. eos.

Suprà dicta in illis procedũt, qui iam puberes facti religionem ingreſsi ſunt: is verò, qui monaſteriũ ante XIIII. annum, vt monachus efficiatur, ingreditur, niſi eo completo profeſsionem faciat in ſequenti, vel habitum religionis ſuſcipiat, qui

A

dari profitentibus conſueuit, ſeu profeſsionẽ à ſe priùs factam, ratam expreſsè habeat, liberè poteſt intra ipſum ſequentem annum ad ſeculum remeare: quòd ſi per totum ſequentem annũ in monaſterio permanſerit, vbi profeſſorum & nouitiorum ſunt habitus diſtincti, profeſsionem per hoc feciſſe, vel ſi quam priùs fecerat, ratam habuiſſe videtur: niſi tanta indiſtinctio ibi habitus habeatur, quòd & profeſsi & nouitij, ac etiam alij cõmunem vitam cum eis ducentes ſimili penitùs habitu induantur [e].

e c. conſtit. de de reg. in 6.

B

In omnibus autem generaliter, qui aliquam regulam profiteri voluerint, pubertas exigitur, id eſt, in maſculis ætas quatuordecim annorum, in fœminis duodecim [f]. Sed & quandoque plena pubertas requiretur, id eſt, decem & octo annorum, vt ſi congregatio ſit difficilis, vel regula valdè anguſta [g].

f gloſſ. d. cle. eos. ubi ætate.

g c. quia in inſulis. uer. Ab.

Beneficium autem illius, qui religionem ingreditur, non eſt intra probationis annum alicui conferendũ, niſi vel ipſius acceſſerit aſſenſus, vel manifeſtis indicijs colligatur decreuiſſe eũ vitam abſolutè mutare, vel profeſsionem expreſſam ediderit, aut demũ profeſſorum habitũ ſciens receperit, ſed interim alius ei beneficio miniſter dabitur, aſsignata ei cõgrua de illius proventibus portione [h].

h ca. beneſic. in 6.

Hoc

Hoc etiam valde providendũ eſt, ne cui monacho de monaſterio in monaſterium temerè migrare permittatur, nec peculiare quicquam habere, ſed monaſterium ſuum deſerẽs, ad illud competẽti coërctione redire compellendus eſt[a]. Ad arctiorem tamen regulam migratio concedetur, dũ venia à Prælato ſit petita, quamvis non impetrata[b]. Et religioſis Mendicantibus Martinus IIII. interdixit ſub excommunicationis pœna, ne quovis quæſito colore ad aliquam non Mendicantium regulam ſe transferãt[c]: & Clemens V. conſtituit quoslibet Mendicãtes, qui ad nõ Mẽdicãtium ordines etiam authoritate Apoſtolica tranſierint, à Prioratibus, adminiſtrationibus, officijs, vicariatibus, & alijs, quoquo nomine vocentur, repelli debere[d]. Atque, vt omnibus religioſis paupertatis onus ferendum ſit, his tamẽ magis obſeruandum præcipitur, q fratres Minores appellãtur, beati Franciſci regulæ addicti, vt eiuſdem Clementis conſtitutione continetur[e].

a c. Iohãnes.

b c. licet.

c c. 1. extrau. comm.

d cle. 1.

e cle. exiui de paradyſo. de uer. ſigni fi.

Non omittendum eſt, nemini licere nouam religionem inſtituere, ſed quicunque ad religionem ſeſe convertere voluẽrint, vnam ex olim inſtitutis, & ab Eccleſia receptis optent: & conſequenter, qui voluerint religioſam domũ fundare, ex veteribus religionibus accipere debent[f]. Probatæ autẽ religiones ſunt principaliter, Baſilij, Benedicti, Auguſtini, Franciſci: à quibus, tanquam fontibus, cęteræ omnes manant[g].

Et hactenus ſatis de regularibus dictum videtur.

f c. fi. extrau. de religio. domi.

g Summa Angeli. uer. religioſus. co. 2. ubi apoſt. & Bocr. tr. de uita et ſtat. hæret. præſertim in prin.

## DE VITA, ET HONEſtate clericorum,

### TITVLVS II.

Congruit, vt clerici omnes, quemadmodum in ſortem Domini ſunt vocati, & à populo officijs & ordinibus diuiſi ſunt, ſic etiam ſumma ope nitantur, & ſtudeant vitæ integritate ac ſanctitate cæteris ſeſe præſtare, vel alijs documento ſint, & diſciplinæ: & lucernã ſuam ardẽtem palàm manibus præferentes, olei nunquam copiam non habeant, ne eorum ſimiles ſint, qui lucernæ, vt ardeat, tantùm lychnum emungũt, & manu contrectant, olei autẽ nihil inſtillant: quapropter certa ſacris Canonibus præcepta eorum vitæ inſtituendæ, & moribus caſtè informandis tradita ſunt.

Nam interdum his conſulũt, quid eos maximè deceat, quídve eorum gradu indignum ſit, quid quemque clericum ſequi, aut quid fugere oporteat: interdum etiam ſeuerè imperant, & bonæ apud homines famæ in-

tertrimentum, ſalutisque æternæ iacturam minantur: & demum, quia præſentia ſæpe magis metui ſolent, quàm futura, & quæ terreſtria bona auferũt, quæ cæleſtium futurum diſpẽdium portendũt, modò officia, modò beneficia adimunt, ſuſpendunt, interdicunt, & Chriſtianorũ conſociatione priuãt.

Curare igitur debent hi, vt grauitatem in actibus, ſermonibus, veſtibus, & omnibus moribus, & omni denique vita præ ſe ferant. Hinc Innocentius III. ſanxit, ne clerici officia & commercia ſecularia exerceãt, præſertim inhoneſta: mimis, ioculatoribus, & hiſtrionibus operam ne impendant: & vt tabernas fugiant, niſi fortè neceſſitate adducti, putà dum peregrè proficiſcuntur: aleis, & taxillis ne ludant, nec ludentibus interſint, coronamque & tonſuram in capite vt ferant, ſeque in officijs Eccleſiaſticis tantum, alijsque honeſtis & vtilibus ſtudijs exerceant: quod ſanctiùs etiam poſtea firmatũ eſt per Leonem X. piæ memoriæ, in Concilio Lateranenſi. Veſtibus autem vtantur, neque effuſa prolixitate nimiùm luxuriantibus, neque anguſta ſupra modũ breuitate ſordeſcentibus: omnium denique veſtium, & ornamentorum, quæ clericorũ vſui ſint, formam quàm exactiſsimè Innocentius idem præfiniuit [a].

a c. clerici. extra de vita & honeſt. cler.

A Clemens etiam quintus pœnam ſanxit aduerſus clericos, qui decori ſui metas non ſeruãtes veſtibus nimiùm mollibus vſi fuerint: nam beneficia habentibus fructus beneficiorum ſemeſtres adimit, beneficijs autem carentes clericos, ſacris tamen ordinibus inauguratos, omnibus, excepto presbyteratu: ſex item mẽſes ad beneficia Eccleſiaſtica aſpirare vetat: quod ad alios deinde neque beneficia, neque ordines ſacros conſecutos clericos extendit, qui ꝓhibitas veſtes, & tonſuram ſimul geſtauerint. At qui dignitatem habent, vel perſonatum, vel beneficium, cui animarum B cura incumbat, ſi citra iuſtã cauſam interdictis veſtibus vſi fuerint, anni vnius fructuum iacturam ſuorum beneficiorum damnantur [b]. Item prohibentur clerici cauſa lucri negotiari, & monachi ſuo nomine conductas poſſeſsiones tenere [c]. Itẽ clericis ad ſacros ordines promotis tabellionatus officiũ per beneficiorum ſubtractionẽ interdicitur [d]: & generaliter quævis officia, vel negotia, etſi alioqui turpitudine vacantia exercentes, ſi tamen clericis interdicta ſint, à pœna immunes non abeunt: nam ſi tertiò moniti à negotijs eiuſcemodi ſecularibus ſe non amouerint, priuilegijs omnibus priuãtur, quæ clericorum bonis à iure conceſſa ſunt:

b cle. ſi eo. tit.

c c. Secundum inſtituta. ne cleric. uel mona.

d c. ſicut.

a c. finali.

b clem. 1.

ſunt[a]: & quandoq; etiam ſeuerius puniuntur, ſi eorum contumacia, & mores hoc mereri videantur[b].

c c. nō magno ꝑere.

d c. fi. ne cle. uel mona.

e c. 1. ne cler. uel monac. in 6.

Quinimò & Alexander III. edixit, vt nulli religioſo poſt votum religionis ſuſceptum, & poſt factam profeſsioné ad Phyſicam, vel leges ſeculares legendas exire liceat, pœna etiam violatoribus addita[c]: quam Alexandri Conſtitutionem Honorius III, poſtea ſic declarauit, vt eius tráſgreſſor ipſo iure ex Canone latæ ſententiæ excommunicationi cenſeatur obnoxius, eàmq; extendit, vt Archidiaconos, Decanos, Plebanos, Prępoſitos, Cantores, & alios clericos perſonatus habentes, & presbyteros complectatur[d]. Sed rurſus Honorij legem Bonifacius VIII. ſic interpretatus eſt, vt eos non includat, qui Eccleſias parrochas obtinét, quamdiu ad ordinem Sacerdotalem non ſunt promoti, niſi ſub ſe habeant ſacella, in quibus inſtituantur clerici perpetui, nequeútes ab eis citra cauſam legitimam remoueri[e]: aliaq; in hanc rem vtiliſsima eadem conſtitutione idem Bonifacius cóprehendit. Nouiſsimè quoq; ex Concilio Lateranenſi ſub Leone X. ſtatutū eſt, ne quis in ſacris ordinibus conſtitutus, in gymnaſijs generalibus, vel aliàs publicè audiendæ Philoſophiæ, aut Poëſis ſtudijs vltra quinquenniū poſt A Grammaticam, aut Dialecticā, ſine aliquo ſtudio Theologiæ, aut iuris Pótificij incumbat: verùm exacto quinquennio, ſi illis ſtudijs inſudare voluërit, liberum ſit ei, dum tamen ſimul, aut ſeorſum Theologiæ, aut ſacris Canonibus operam nauet.

f c fi. ne cle. uel mona.

g c. 2. ne cle. uel mona.

h ca ſed nec ex. ne cler. uel mona.

i c. clericus in ſacris. ubi Ab. co. tit.

Et hęc quidé ab illis Patribus ſtatuta ſunt, ne clerici humanarum literarum illecebris capti, Theologię ſtudia omittant, cui eos omni cura vacare convenit, cū infectas Philoſophiæ & Poëſis radices & aliunde ortas peſtes per hanc ſanare, & purgare debeant[f]. Prohibétur quoq; clerici ſacrati procuratores, aut miniſtri in iudicio ſeculari laicorū eſſe[g]: B quemadmodum etiam prohibentur procurationes oppidorū, aut rurium, aut quaslibet ſeculares Iuriſdictiones hominum ſeculariū vice & nomine ſuſcipere, & exercere, niſi ab Eccleſiaſtico miniſterio velint eſſe alieni: & religioſi clerici ſeueriùs etiam puniri velint[h]. Cuiuſvis aūt ordinis clericus, q̃vis nondū ſacer effectus, ſanguinis iudiciū ad morté, aut mébri mutilationé inferédam exercés, honore priuatur & loco[i]. Et nō modò ſanguinis ſententiā dictare, aut ꝓferre, aut ſanguinis vindictā exercere nó debet: ſed neq;, vbi exerceatur, intereſſe, nec literas dictare, aut ſcribere in ſanguineā vltionem mittédas, nec viris ſanguinum



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vllis tanquam eorum dux præficí poteſt. Itē presbyter, Diaconus, Subdiaconus, à Chirurgicæ artis exercitio repellũtur, qua advſtio, vel inciſio aliqua irroganda ſit, alijſque artibus, quibus ſimilia officia ineſſe neceſſarium ſit[a]. Clerici quoq; arma portantes, & vſurarij excommunicantur[b]. Et clericus percuſſor, qui ſe non corrigit, deponendus eſt. Epiſcopus autem, cuius mandato mulier ob delictũ ſeuerè nimiùm flagris, ſeu fuſtibus cęſa fuerat, duobus mẽſibus à miſſarum adminiſtratione Gregorij Põtificis Romani decreto ſuſpenſus eſt[c]. Venationes item, & aucupia à clericis omnib. aliena eſſe debẽt[d].

Iam ex ſuprà dictis nemo nõ iudicare poteſt, quàm deforme exiſtimetur in clerico incontinentię & fornicationis vitium, cùm ſuprà dicta, quorum multa minora ſunt, tam acerbã vindictam expectent: quare clericus fornicator poteſt ab officio ſuſpendi, ſiue iam monitus ſe non correxerit, ſiue etiam nulla monitio præceſſerit, ſi ita iudici ſedeat, qui & delicti pondus, & locorum conſuetudinẽ perpendet, atque ex eis iudicabit, anĩ à monitione, vel ſuſpenſione, aut potiùs priuatione ꝑpetua incipi præſtet[e]: qui clericus, ſi contempta ſuſpenſione diuina celebrare auſus fuerit, et in vetere flagitio perſeuerare,

a c. cũ ſententiam ſanguinis. ne cler.
b c. 2.
c c. 1. & 2. de cler. percuſſ.
d de cler. uena.
e Ab c. at ſi clerici. nu. 36. uer. & ideo concludo. de iudic.

A non beneficijs Eccleſiaſticis tãtùm exvetur, ſed etiam perpetuò deponetur. Quæ pœna etiã prælatos manet, qui huiuſmodi ſubditorũ vitia æquo animo tulerint, nec in eos animaduerterint[f]. Et clericus concubinam palàm habens, ipſo iure ab officio eſt ſuſpenſus, nec partẽ ab Eccleſia ſuſcipere poteſt[g]. Seueriùs etiam puniuntur clerici, quibus matrimoniũ contrahere ex regionis fortè vſu permiſſum eſt, ſi in hæc flagitia lapſi fuerint. Non tamen Pręlatus clericum coget omnino, vt cõcubinam abiuret, quia periurij metuitur periculũ, ſed dimittere recuſantem interdi- B cet, ſuſpendet, & demum etiam excommunicabit[h]: quæ pœnæ ſi priſcis comparentur, quæ tũc infligi ſolebant, cũ Eccleſia adoleſceret, quo tẽpore longè maximus erat in ſide ardor, leues, mediusfidius, iudicarẽtur: nam vel ſimplex fornicatio olim iuſta cauſa clerico deponẽdo exiſtimabatur[i]. Atque vt hiſce vitijs via omnis, quoad fieri poteſt, claudatur, omniſque occaſio reſecetur, certis iuribus ꝓuiſum eſt, vt ea vitentur, ex quibus contra eos læua ſuſpicio oriri poſſet. Hinc & prohibentur clerici mulieres domi habere, quæ incontinentiæ ſuſpicionẽ præbere poſſent, quãuis matres eorum eſſent, alióve conſanguinitatis gradu, aut genere

f c. ut clericorũ. ubi Ab. de uita & honeſt. cler. ca. ſicut ad extirpãdas. ca. clericos. de cohabit. cler. et mul. & c. ſi autẽ. eo. tit. de cohab. cler.
g c. ſuper hoc. 32. diſt.
h d. c. ut clericorũ. cũ alijs ſuprà al leg. in 6.
i ca. presbyter. 81. diſt. Ab. d. c. ſicut ad extirpanda.

nere coniunctæ[a]. Et quarumcunque mulierum frequens, & aſsiduum colloquiũ ſacris clericis interdicitur, monitisque, nec tamen abſiſtentibus, excómunicatio inuritur[b]. Et clericus ſine manifeſta, & probabili cauſa ad Sanctimonialium cœnobia frequenter accedens, per Epiſcopum arceri debet, ſeque non corrigens Eccleſiaſtico beneficio priuari[c].

a c.1.de coha. cler. et mul. vbi Abb.

b c.2.de coha. cler. et mul.

c c. monaſterium. de vita et honeſt.

## QVI CLERICI MAtrimonium contrahere poſſunt, qui non,

### TITVLVS III.

A Deo in clericis caſtitas cómendatur, vt non ſolùm ſecundum ſuprà dicta à libidine etiam in laicis damnata abſtinere Pontificijs legibus iubeantur, ſed ipſi etiam matrimonio, alioqui ſancto, & à Deo inſtituto aliqui eorum aſpirare prohibeantur[d]: neque id temerè, cùm caſtitas ſit primum clerici fundamentũ[e], omniũq; ſacerdotum ita excellens ſit electio, vt quæ in alijs membris Eccleſiæ vacare vitio creduntur, in illis tamen habeantur illicita.

d c.1.diſt.32.

e §. hoc de deo. in aut. quom. opor. Epiſcop.

QuareEpiſcopus, presbyter, Diaconus, & Subdiaconus, etſi irregularitatem etiam contraxerint, ad matrimonium tamen accedere prohibentur[f]: at

f d.c.1.diſti. 32.

A

ſi matrimonium de facto contraxerint, nulla habita irregularitatis ratione ſeparabuntur[g], & compelli poterunt per ordinariũ ſuſpenſionis & excómunicationis remedijs vxores repudiare, & nihilo minùs à maioribus ordinib. repellentur, & in ſuſceptis adminiſtrare ꝓhibebũtur. Sanè ſi religionẽ ingredi voluerint, maiores quoq; ordines retinere & aſſequi cócedentur[h]. Poteſt tamen Epiſcopus ſacerdoti, qui poſt nuptias, vel contubernia veriùs contracta, eaq; dimiſſa diu ſe continuerit, & pœnitẽtia acta laudabile ſui ipſius ſpecimen præbuerit, officium ademptum, & executionem reſtituere[i]:

B

qui verò eſt intra minores ordines clericus, nuptiarum incapax eſt, verùm beneficio, quod habet, ſpoliatur: recipit tamen expenſas, quas in rem illius Eccleſiæ irrogarat[k]: nec ꝓdeſt clerico, quòd beneficium ei ſit collatum poſt nuptias ab eo contractas, vt illud retinere poſsit[l]. Item hi clerici vxorati amittunt priuilegium, quo rerum ſuarum immunitate potiebantur[m]: ſaluũ tamẽ eis remanet priuilegium, ne ſub iudice Laico conueniri poſsint, néve citra excommunicationis pœnã manus iniurioſas quis in eos inferat, dum clericorum in habitu incedãt, veſtibus clericalibus vtentes, & tonſuram geſtantes, dumque

g c.p. qui cler. uel uouen.

h c. ex tuarũ. eod. tit.

i c. ſanè.

k c. quod à te: de cler. cõiu.

l c. diuerſis.

m c.p. de cler. coniug.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vxor, quam habet hic clericus, prima vnaq; ei nupta fuerit, & virgo [a]. Sed ſicut clericus à matrimonio repellitur ſecundum proximè ſuprà à nobis dicta: ita è converſo, dum quis iugo vxorio iam preſſus eſt, neque ad beneficia, neq; ad adminiſtrationes Eccleſiaſticas, ſed nec ad aliquos ordines acceſſum habet, niſi fortè caſtitatem vouiſſet, cùm vxoris conſenſum haberet, vel ſi adoleſcens ea eſſet, religionem ingreſſa fuiſſet, & eam vnam eandemque virginē habuiſſet vxorem [b].

a c. uni. de cle. coniu. in 6.

b c. ſanè. t. de cler. coniug. ubi gloſ. & Ab. nu. 3.

Atque ex his vnuſquiſque iudicio aſſequi poteſt, quāto maiore ratione perſonæ ſuprà dictæ à dignitatibus Eccleſiaſticis ſummoueantur, vel quæ dignitatibus Eccleſiaſticis auctæ ſunt perſonæ, à matrimonijs repellentur [c].

c c. cùm ad decorem. cod. tit.

## DE CLERICIS NON reſidentibus,

### TITVLVS IIII.

Suprà dicta etſi clericis diligēter obſeruanda ſint, non tamen ſatis fuerit ea obſeruaſſe: nam & alia exiſtunt, quibus clericus præſtandis tenetur, & certè cùm Eccleſiæ clericis cū inquiſitione credi ſoleat, apparet eorum, quibus committuntur, eligi induſtriam, quibus id oneris tutò imponi poſsit: quare & eos convenit in ipſis Ec- A cleſijs reſidere, & officium ſuū nauiter obire, ne eorum, à quibus probati ſunt, fidem fallant, ſi ipſi officio ſuo, vt par erat, ſtudioſè non ſuperſint, quod non ſine magna populi offenſione, & animarum ſibi creditarū diſpendio eveniret.

Curam igitur adhibent Pontificiæ leges, vt vnuſquiſque Eccleſiæ Rector, vel præfectus, eā ipſe regat, in eaq; temporibus debitis reſideat [d]. Quocirca ſi quis à ſuo ſacerdotio, quamvis ſimplici [e], diutiùs abſuerit, q̄ Eccleſię vtilitas expoſceret, monendus erit, & terminus ei ſtatuendus, intra quem commodè reverti poſsit: quo lapſo, ſi B omninò ſine cauſa probabili ſui copiam non fecerit, beneficio priuari poterit, illudq; in alium transferri [f].

d Ab. c. ex parte, 2. uer. ſed quæro qualiter.

e Ab. c. p. n. 5.

Sed & alia via poterit clerici non reſidētis contumacia coërceri ex Concilio Agathenſi: nā in minoribus ordinibus conſtitutus clericus, ſi ab Eccleſia ſua diebus ſolennibus abfuerit, id eſt, natiuitate Domini, Epiphania, Paſchate, vel Pentecoſte, triennio à communione ſuſpēdetur: Diaconus verò & presbyter, ſi tribus hebdomadis ſuæ Eccleſiæ defuerint, huic pœnæ ſuccumbent [g].

f c. ex parte ueſtra. cum duobus capitulis ſeq. ubi Abb.

g c. ſi quis in clero. 7. q. 1.

Cæterùm, ſi incertum ſit, vbi nam gentium agat Clericus, vel prælatus, qui à ſua Eccleſia deſideratur: vel ita abſit, vt non

facilè

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

facilè ad eum citatio deferri poſſit, tribus edictis evocari eũ oportebit, publicè propoſitis in eius Eccleſia: quibus ſi minimè audiens fuerit, & ſex menſes expectatus non redierit, Eccleſia illa ſpoliari legitimè poterit[a].

a c. ex tuæ deuotionis, in prin.

At ſi in rem Eccleſiæ fortè nõ ſit, vt clericus hic, vel Prælatus propter ipſius præſtantiam ab ea exturbetur, putà quia eius opera multis de cauſis Eccleſiæ vtilis noſcatur, dum adſit, eámque velit impigrè (vt decet) ac ſedulò præſtare, ideoq; melius videatur eum ad Eccleſiæ miniſteria iuris remedijs revocare, quàm ab ea ſummouere, ita poterit procedi, vt per ſuſpenſionis, vel excommunicationis remedia redire compellatur: quæ ſi nihili facere ſe oſtenderit, tũc verò etiam ſpiritualium adminiſtratio ei interdicetur. Quòd ſi is, qui deſideratur, Prælatus, in Pontificia dignitate cõſtitutus ſit, ad legati, vel alterius officium hoc pertinebit, vt ex ſpeciali mandato ſummi Pontificis hunc Epiſcopum ita meritum ab Epiſcopatu remoueat[b]. Epiſcopus enim quivis ab alio, quàm à ſummo Pontifice, Epiſcopatu priuari nequit. Quare nec prior procedendi modus à nobis in principio huius tituli ſuprà traditus, poterit aduerſus Epiſcopum exerceri[c]: ſed poſteriorem hunc in eum

b c. ex tuæ. §. contra eos. ſecundũ unũ intellectum.

c d. §. contra eos. ubi no.

A experiri eſt neceſſe, nempe vt ſuſpendatur ab Archiepiſcopo, & excommunicetur, & demum ſummi Pontificis mandato Epiſcopatu priuetur[d].

d d. §. contra eos. & c. accuſatus. 3. q. 6.

Ac conſtitutio, qua clerici reſidere iubentur, ita procedit, vt nullum fiat diſcrimen inter beneficia opulenta, vel tenuia, aut inter ordinem ſupremum, vel infimum: nam & Clericum habentem beneficium non excedens proventum viginti aureorum annuum reſidere nihilo minùs oportet[e]: & Cardinales quoq; ipſi huic ſanctioni ſubiacent, cùm & Leo III. Anaſtaſiũ Presbyterum Cardinalem tituli beati Marcelli depoſuerit, eo B quòd parrochiam ſuam annos quinque deſertam eſſe paſſus fuiſſet[f].

e c. conquerente.

f c. 2.

Diſtributiones item quotidianæ alijs erogandæ non ſunt, quàm qui diuinis officijs celebraturi interſunt, nec vlla eis patrocinatur conſuetudo in contrarium præſcripta, quique diſtributiones contra prædicta acceperint, non facient ſuas, ſed reſtituere eas tenebuntur: quod & in diſtributionibus diuidendis pro ſacrificijs defunctorum anniverſarijs obſeruatur[g].

g c. uni. co. tit. in 6.

Nec minùs locum habet, ſi quis abſit, vt Theologiæ ſtudio operam det: tunc enim & beneficij fructus percipiat, Canonicas tamen diſtribu-

tiones non percipiet[a]. Vtque omnia ſuo iure faciliùs procedere poſsint, cóſtitutum eſt ex concilio Lateranenſi, vt cùm Eccleſia, vel Eccleſiaſticum miniſterium conferendum eſt, talis ad hoc perſona quæratur, quæ reſidere iñ loco, & curam eius per ſe ipſam valeat exercere: niſi &, qui acceperit, acceptum amittere, &, qui contulerit, conferendi poteſtate deinceps priuari velit[b].

Relaxantur tamen interdum ex iuſtis cauſis, & remittuntur ſuprà ſtatuta, & conceditur interdum clerico à ſuis beneficijs abeſſe: nam & ſtudiorum rei literariæ honeſta eſt cauſa, quibus vt clerici imbuti meliores vtilioresq́; fiant, conceditur, vt dum in illis verſantur, beneficiorum ſuorum fructus nihilo minùs conſequantur, dum tamen ſe ad honeſta gymnaſia, non ad villas, aut minuta caſtra ſtudiorum cauſa tranſtulerint[c].

Item pro Eccleſiæ ſuæ iuribus tuendis, & conſeruandis abeſſe quis poteſt, etſi ꝓmotionis tépore iuraſſet in eá reſidere[d]. Familiares quoq; ſummi Pótificis, dum in eis obſequijs ſunt, etſi in Eccleſijs ſuis non reſideant, fructus licitè percipient[e]: nec oberit eis conſtitutio contraria ex ea ſynodo profecta: diſtributiones autem Canonicas non percipient.

Quod & de Canonicis obſequijs Epiſcopi ſui addictis eſt accipiendum, mődò plures nó ſint, quàm Capituli ſui vſus, & neceſsitas patiatur[f].

Si tamẽ Eccleſiam debitis miniſtrorum officijs carere appareat, & ex hoc damnum ferre, dũ plures ex ea priuilegijs innitentes eam deſerunt, poterunt tunc fructibus ſubductis, vt reuertantur, compelli.

Clericus autem valetudine aduerſa impeditus, ne poſsit munera ſua obire, beneficij ſui fructus nihilo minùs conſequetur[g], & diſtributiones Canonicas, & omnia, quæ ſano miniſterium ſuum præſtanti darentur[h].

## DE VOTO,

### TITVLVS V.

VOtũ eſt alicuius boni operis cum deliberatione Deo facta promiſsio, vt beatus Thomas cenſuit[i]: ſeu, vt alij, eſt propoſiti ſuper erogantis promiſsio Deo facta propter bonũ finem ex deliberatione firmata[k]. Eſt enim ſciendum, non idcirco adſtringi aliquẽ voto, quòd tantùm animo conceperit, ſe aliquam operam Deo acceptam operaturum, niſi etiam id firmo certoq; animo ſtabilierit: quare etſi quis, cùm animo agitaret de religionis habitu ſuſcipiendo, verba huius ſententiæ edidiſſet, Non diu hic commora-

a c. licet uobis. de præben.
b c. quia nonnulli.
c c. tuæ fraternitatis.
d c. ex parte tua fuit propoſitum.
e c. cùm dilectus filius.
f c. ad audientiam noſtrã. ubi Ab.
g c. 1. de cleri. ægro.
h c. uni de cler. non reſi. in 6.
i habes in ap. ad Abb. in Rub. eo.
k Summa Angel.

morabor, voti reus nó propter ea eſt cenſendus[a]: tunc enim duntaxat initiatum eſt votum, nondum autem confirmatum. At ſi deliberatio matura præceſsiſſet, dehinc in ea fixus perſtitiſſet, tunc vtique etiam confirmatum dici poſſet. Cùm verò præterea etiam verba profert, quibus fixam animi ſui deliberationem aperit, conſumatum iã deinceps votũ dicetur[b].

a c.2.cod. tit.

b Ab. 1.c.2.

Hactenus tamẽ, niſi vlteriùs ſit proceſſum, ſimplex adhuc erit, nondum autem ſolenne: nã quandiu ad aliquam ſolennitatem ventum non ſit, qua voti executio initium accipiat, ſimplex appellatur: ſed cùm executioni ipſius per ſolennitates aliquas ei rei neceſſarias initium datur, tunc iam ſolenne effectũ dici poteſt, veluti ſi quis vouerit, ſe religionem probatam ingreſſurum, ſuſceperitque ſacrã veſtem, quæ profeſſorum propria eſt: vel ſi expreſsè in manibus prælati religionem & regulam profeſſus ſit, vel ſacros ordines acceperit, qui eis ſe devouerat. His & ſimilibus modis ſolenne effectum dicetur, ante verò quàm ad huius generis ſolennitates ventum ſit, quamvis expreſſa pollicitatio clarè pronunciata ſit, ſimplex appellatur: quod tamẽ votum ſimplex non minùs Deo obligat, quàm ſolenne: etſi in alijs differant, veluti quòd votum ſolenne nó

A ſolùm matrimonium contrahi impedit, ſed etiam contractum dirimit. Quam vim ſimplex votum non habet: contrahendum enim duntaxat impedire ſolet[c].

c c. rurſus. ubi gl. mag. qui cler. uel uouen. &c. uni. cod. tit. in 6.

## II.

### DE REBVS CLERICORVM.

Hactenus de Perſonis, id eſt, de ordinibus clericorũ, & quæ perſonæ, aut à quibus, vel quibus temporibus ad ordines admitti poſsint, item de Prælatis, & eorum officijs diſſeruiſſe ſufficiat: nunc ad ſecundam partẽ propoſitæ diuiſionis tranſeamus, id eſt, ad dicendum de rebus ipſorum clericorum, & B initium ſumamus à titulo de Præbendis.

## DE PRÆBENDIS,

### TITVLVS VI.

Provident ſacri Canones, vt qui miniſterijs Eccleſiæ ſe devouerunt, in eisque aſsidui ſunt, his etiam ab ijſdẽ Eccleſijs opes ſuppeditentur, quibus ſe dignè & honeſtè ſuſtentare poſsint[d]: ne, ſi eos preſſerit inopia, neceſsitate vrgente cogãtur vel à diuino famulatu recedere, & ad alia officia, vel negotia, vnde victum ſperare poſſint, ſe transferre: vel ſaltem ſimul Deo ac mundo ęquè operam ſuã locare: quod quàm dif-

d c. cùm ſecundum Apoſtolum de præben.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ficile, aut veriùs impoſsibile ſit, nemo tam obtuſam habeat inge nij aciem, cui ſit incognitum. Idcirco ex Eccleſiæ patrimonio ſingulis clericis pro eorum meritis, & dignitatibus opes congruæ ſubminiſtrantur, non vt tanquam proprias ſibi eas vẽ dicent [a]: ſed quibus ſe honeſtè alere, Eccleſiarum vſui, vbi id opus eſſe viderint, ſuccurrere, & pauperum egentiumq; hominum neceſsitatibus, ſi copiæ ſuppetaut, ſubvenire poſsint.

Hæc autem bona Præbendę appellantur.

Nihil eſt enim aliud Præbenda, quàm certorum proventuũ in Eccleſia percipiẽdorum ius ratione diuini officij, cui quis ſeruit [b].

Et altera quidem Præbenda eſt connexa Canonicatui, altera etiam ſine Canonicatu confertur.

Et quantæ hæc res Romanis Pontificibus ſemper curæ fuerit, ne videlicet clericus inopia & egeſtate preſſus iaceret, indicant plures conſtitutiones diuerſis tẽporibus à diuerſis Pontificibus editæ: nam & ſtatuerunt, ne poſsit aliquem Epiſcopus ad ſacros ordines promouere, niſi cui de alimentis etiã providerit, vel præbẽda aliqua ei aſsignata, vel ex proprio ſui ipſius patrimonio alimẽta ſuggerendo, quoad certum ei titulum contulerit, niſi promotus

A in patrimonio locuplete eſſet, ex quo alimenta congrua habere poſſet [c]. Hinc etiam, qui ex poteſtate ſibi generaliter data clericos ad ſacros ordines ſine titulo evexit, eis etiam tenetur providere: qui verò certas perſonas mãdat ad ordines evehi, vel perſonis ipſis ius facit, vt ab alijs promoueri poſsint, eis ꝑvidere tenetur, ſi ad ſacros nullo titulo fuerint evecti [d]. Hinc etiam prohibetur, in Eccleſijs collegiatis plures clericos inſtitui, quàm quot ſe alere abſque penuria poſsint [e]. Eadem ratione fit, vt congruum non ſit, carere præbẽda eum, qui in Canonicũ eſt receptus [f]. * quam- B primùm ſe facultas obtulerit, & interim diſtributiones quotidianas ꝑcipiat [g]: multaq; alia ad hoc neceſſariò inſtituta ſunt, quæ aliunde ſunt aſſumenda.

Præbendę autem omnes, aut aliquorum in tutela & patrocinio ſunt, quia ab illis aut poſitę, aut locupletatę ſunt, quas & propterea Patronatus iura appellamus: quamvis hæc fortaſſe quis præbendarum nomine non comprehenderit, de quibus infrá. Plerunque autem liberę & ab omni cuiuſque patronatu ſolutæ ſunt Præbendę: in quarum collatione conſuetudini in primis, ſi aliqua ibi vigeat, deferẽdum erit: nam ſi ex conſuetudine capitulum ſolum conferre ſoleat, ſoli hoc ius

a c.3. eod. tit.

b Ryp. c. cùm M. Ferrar. nu. 17. uerſ. ſecundo modo. de conſt.

c c.3. & 4. et c. tuis quæſtionibus.

d c. ſi Epiſcopus. in 6.

e c. 1. extr. de inſtit. & c. authoritate. eod. tit.

f c. relatum. in fin. ubi gloſ. eod. tit.

g d. c. relatum. & c. dilectus filius. ꝑ

ius permittetur: ſi Prælatus cũ capitulo, vtriuſque factũ & conſenſus exigetur: ſin nulla ibi vigeat conſuetudo, & de Præfectura Eccleſiæ collegiatæ, vel conventualis agatur, collegiũ eliget, vel conventus, confirmabit Epiſcopus: at ſi de beneficio inferiore agatur, putà beneficio præbendáve ſimplici Eccleſię Cathedralis, Epiſcopus ipſe vnà cum Capitulo eorum largiendorum poteſtatem habebit: ſi tamen paruum fuerit beneficium, vel ſolus Epiſcopus ſine capitulo latam in eo poteſtatem habebit. Sin præbenda, vel dignitas, aliúdve beneficium, de cuius collatione agitur, non in Eccleſia Cathedrali ſint, ſed in alia collegiata, id collegium cum Prælato eligent, inſtitutio ad Epiſcopũ ptinebit. In beneficijs verò cæteris, quorum dantur Rectores, ſi tenuia ſint, ſolus item Epiſcopus poteſtatem habebit: ſin opulentiora ſint, Capituli quoque conſilium erit adhibendum [a].

In his autem omnibus maxima & omnibus regulis ſoluta eſt ſemper Romani Pontificis poteſtas, quæ nullo modo minui vnquam poteſt, quin omni caſu quævis beneficia elargiri poſsit [b]. Sed vt omnia beneficia illius in manu ſint, ea tamen proprio quodam iure ad eum magis ſpectare videntur,

A quorum poſſeſſores in curia Apoſtolica obierint: ea ſiquidẽ præter ſummum Pontificem, nemo conferre poteſt [c]. Quod in omnibus cuiuſque generis beneficijs procedit omniũ Aulicorum, & quorumcunque ad curiam accedentium, vel ab ea recedentium. Si in locis à curia non remotioribus duorum dierum itinere eos mori contigerit [d], necnon & in legatis, vel nuncijs aliquo per Curiam trãſmiſsis [e], item in omnibus his, qui curiam ſequentes in itinere moriuntur [f]: ſolent etiam ſummi Pontifices, certarum perſonarum, certíque tituli beneficia, vbivis locorum illæ perſo-

B næ exiſtant, & vbicunque eorũ poſſeſſores decedant, largitioni ſuæ reſeruare, alijs poteſtatẽ ea cõferendi adimentes & irritum decernentes: quod cùm faciunt, illa quæ ſibi reſeruarint, beneficia adeò ſunt affecta, vt eorum collatio per alium exinde quemcunque facta, nullius prorſus momenti habeatur [g]: quinimo & ſi præbenda priùs alicui eſſet per electionem collata, quàm per Pontificem cum Decreto reſeruata, omnia poſt reſeruationem ſubſequuta eſſectu carebunt, licet reſeruatio, inhibitio, & Decretum electionẽ aliáque præcedentia non afficiant [h].

Legatus quoq; de latere ſummi Põtificis miſſus beneficiorũ

a Hoſtien. in Sũma de elect. Abb. c. cùm Eccleſia colu. 3. uerſ. primo caſu. de Ele. ubi ap.

b c. licet Eccleſiarũ, in 6.

c d. c. licet Eccleſiarũ. in 6.

d c. præſenti declaramus. in 6. c. ad regimẽ. in ext.

e extra. ex debito. de elec.

f c. cùm præſenti.

g c. ad regimẽ. c. ad Romani. in extra. com. & c. ex debito. de elect. & c dudum. de præben. in in 6.

h c. ſi eo tempore. de ele. in 6.

conferendorum ius habet, vt ſuprà nos docuiſſe meminimus: alius verò Legatus, qui à latere Apoſtolico nō ſit profectus, niſi ſpecialiter hoc ei indultum ſit, beneficia non confert [a]. Si verò ipſum Pontificem Romanum mortuum eſſe contingat, atque ita ſedem Apoſtolicam vacare, tunc cùm beneficia curiæ Romanæ otioſa fiunt: aut ſi mortuus Pōtifex ſit ante, quàm beneficia conferret, quæ ſe viuente vacabant, eaque beneficia ex his ſint, quibus animarū cura eſt annexa, Ordinarius, ad cuius donationem alioqui pertinuiſſent, illa conferre poterit [b]. Item ſi ſummus Pontifex in menſem diſtulerit beneficiorum in curia vacantium ad ſe pertinentem collationem, eas partes Ordinarius excipiet conferendo per ſe ipſum, vel ipſo in remotis agēte per ſuum vicarium generalem, in diœceſi exiſtentem, cui id Canonicè ſit mandatum [c], vt ex Grego. X. Conſtitutione in Concilio generali Lugdunenſi edita apparet: quę tamen per Bonifacium VIII. creditur abrogata, cùm ſanxit, Vt dignitates, perſonatus, præbendæ, aliáque beneficia Eccleſiaſtica cum cura, vel ſine cura, quæ apud ſedem Apoſtolicam vacare noſcātur, & vacatura ſint, ſedi Apoſtolicę reſeruentur [d].

a c. ſi de offic. lega. in 6.

b c. ſi Apoſtolica ſede. in 6.

c c. ſtatutum. de præben. in 6.

d extra. piè ſolicitudinis. Gomes in re. de Trien. poſ. reg. 31. dicit communem, quòd c. ſtatutum. ſit correctū.

Sciendum eſt etiam, cùm A ipſemet ſummus Pontifex beneficia confert, vis longè maioris huiuſmodi eſſe collationem, quàm ab alijs factam. Hinc ſi à ſede Apoſtolica, vel Legato ipſius vni, & ab Ordinario alteri eodem die beneficium conferatur, is cui ipſa Sedes contulerit, vel Legatus, propter conferentis ampliorem prærogatiuam erit alteri pręferendus, niſi appareat ab Ordinario priùs factam eſſe collationem, vel niſi alter poſsideat [e]. Item ſi ſuper gratia cuiquam ab Apoſtolica ſede facta executores fuerint deputati, ſicut ipſa gratia, licet nondum ſit in eius executione proceſſum, morte nō perimitur concedentis: B ſic neque etiam re integra perimitur executoribus data poteſtas [f]. At ſi ſuper prouiſione certæ perſonæ facienda ſit data poteſtas alicui, non ob ſuam, ſed eius cui prouideri mandatur, gratiam, vel fauorem, illa quidem expirat omninò, ſi concedens re integra moriatur: quāvis vbi nulla perſonarum facta expreſsione alicui gratioſè eſt conceſſa facultas, vt authoritate Apoſtolica poſsit aliquibus perſonis idoneis in certa Eccleſia prouidere, vel beneficia, quorum collatio eſt ad Sedem legitimè deuoluta, cōferre, contradictores etiam compeſcendo, non expiret etiam re integra per obitum concedentis [g].

e c. ſi à ſede. de præbem. in 6.

f c. ſi ſuper gratia de offic. delega. in 6.

g c. ſi cui. de præbē. in 6.

Frequen-

Frequenter etiã ſummus Põtifex poteſtatem ſuam in alienis Diœceſibus alijs quoq; modis exercet, earumque ordinarijs ita manus devincit, vt non poſsint in conferendis beneficijs ius ſuum liberè exercere, dum vel ipſe beneficia in eorũ diœceſi poſita largitur, vel ipſis iniungit, vt vel ſoli, vel cum alio, qui executoris partibus fungatur, certis beneficia vacatura perſonis largiantur: vel etiam ſoli executori mandat, vt in aliena Diœceſi aliquibus provideat: quo caſu ex ſola reſcripti Apoſtolici ordinario, vel Capitulo, vbi ad ipſum collatio pertinebat, facta redditione abſq; alia etiam executoris inſinuatione, inhibitione, vel reſeruatione beneficiũ id, pro quo ſcriptum fuerit, adeò cenſetur affectum, vt nullius roboris habeatur alij de eo facta largitio [a]. Interdum tamen non omnis poteſtas Ordinario adimitur per huiuſmodi reſcriptum [b].

[a] c. ſi Capitulo. de conceſſ. præ. in 6.

[b] c. ſi ſoli. vbi gl. ma. in fi. de cõceſſ. præb. in 6.

Sciendum eſt, quamvis pleniſsima ſit aliàs in beneficijs interpretatio facienda, literas tamen ad beneficia obtinẽda impetratas, cùm ſint ambitioſæ, reſtringẽdas eſſe: & ideo, ſi alicui vſque ad certam ſummam provideri mandetur, non in penſione, ſed in beneficijs Eccleſiaſticis tãtùm provideri oportebit, niſi de penſione mentio habeatur expreſſa. Eadẽ ratione fit, A vt quamvis ſub nomine Eccleſiarum Ciuitatis comprehendatur aliàs Eccleſia Cathedralis, cùm tamẽ alicui præcipitur de beneficio in aliqua Eccleſiarũ Ciuitatis, vel Diœceſis provideri, ad Cathedralem Eccleſiam, (quæ propter ipſius honorem ſub hac generalitate includi nõ debet) mandatum huiuſmodi non extendatur. Aliud tamen erit, ſi mãdetur in aliqua Eccleſia prouinciæ providere: tunc enim & Metropolitana, & cęteræ Cathedrales Eccleſiæ continentur [c]. Item cui de non ſacerdotali præbenda provideri mãdatur, ei etiam volenti ſacerdotalis huius authoritate mandati conferri nequibit. B Huc pertinet, quòd ſi in Eccleſia, in qua integræ & mutilatæ præbendę exiſtunt, præcipiatur alicui integram præbendã conferri, mutilata præbenda non poterit etiam conſentiẽti dari. Et, cùm iniungitur, vt certi valoris præbenda alicui tribuatur, non poterit minoris valoris præbenda vel cõſentienti aſsignari: huiuſmodi enim mandata, quorũ fines diligenter ſeruandi ſunt, non debent extra caſus expreſſos extendi [d]. Item, ſi alicui de Eccleſijs, perſonatibus, dignitatibus, vel alijs beneficijs qbuſcunque de animarum cura mẽtione nõ habita provideri mandatur, ea conferri nequibunt, quibus ea cura annexa eſt. Lon

[c] c. quamvis pleniſsima. in 6.

[d] c. cũ de nõ ſacerdotali. in 6.

gè enim præſtantiorem eſſe oportet eum, cui cura animarum cum beneficio creditur, quàm q ad alia beneficia vocatur: eſt enim ars artiū regimen animarū[a]. His adde, quòd cùm Pontifex Romanus præcipit, vt alicui provideatur de perſonatu, vel dignitate, quamvis curā haberent animarum, ad collationem, proviſionem, præſentationem, vel diſpoſitionem ſpectantibus quorumcunq;, hæ dignitates, vel perſonatus videntur excepti, qui electione conferūtur[b]. Nec quicquam ſuffragij conferet de electione mentio enunciatiuè habita[c]: cumq; inter Collationem, Præſentationem, & Inſtitutionem multùm interſit, ſi cui de beneficio ad alicuius collationē ſpectante ꝓvideri mandetur, de illo quod ad eius Inſtitutionem, vel Præſentationem pertinet, provideri non poterit: nec è converſo: vno etenim ſuprà dictorum caſuum expreſſo, mādatum ad alios non extenditur. Inſtitutio enim de beneficio ab Epiſcopo fit, quod eſt in patronatu alicuius poſt factam admiſſamq; prę ſentationē. Præſentatio fit à Patrono ipſi Epiſcopo de eo, quē velit ab Epiſcopo inſtitui. Collatio, eſt donatio ab eo facta, q conferendi poteſtatē habet de beneficio, quod nullius in patronatu ſit. Multa præterea alia ſimilia exempla ſuprà dictorū A ratione, & regula ſtudioſus ſibi colligere poteſt[d].

Non tamen ibimus inficias, interdum quoq; plenam & latam in beneficijs interpretatione fieri, vt cùm motu ipſius ſummi Pontificis proprio literæ cōceduntur: nam huiuſmodi literæ pluribus beneficijs eodem tempore vacantibus de opulentiore intelliguntur: ſin æqualis ſint valoris, ei ꝑmittetur optio, cui literæ ſunt conceſſæ. Contrà verò ad Poſtulationem alicuius datæ literæ ad beneficiū anguſtius reſtringuntur: & ſi æqualia ſint beneficia, eliget is, qui alioqui conferendi ius habebat[e].

B Sed quemadmodum curant leges Pontificiæ, ne quis clericus in egeſtate iaceat, ita proſpiciunt, ne quis beneficiorum ambitione alterius morti inhiet: quapropter vetat Conciliū Lateranenſe Eccleſiaſtica beneficia, vel miniſteria alicui conferri prius, quàm vacent, vel promitti[f], adeò quidem vt omninò vacare ea oporteat[g]. Et ne vllo commento Concilij decretum deludi poſsit, quāvis olim Prælatus rectè promitteret, ſe proviſurū cùm primùm potuiſſet[h], Bonifacius tamen VIII. irritas inanesq; decreuit quaſcunque promiſsiones ſub quavis verborum forma factas, quibus directò, vel obliquè aperiri poſsit via ad beneficia vacatura[i]. Qui

verò

a c. cū ſit ars. de æta. & quali.

b c. cùm in illis.

c clem. p. de præben.

d d. c. cùm in illis. in 6.

e c. ſi pluribus. in 6.

f c. 2. de conceſſ. præbē.

g c. cùm noſtris de conceſſ. præb. Fel c. ex tenore. 8. de reſc.

h c. an præ. de conceſſ. præb.

i c. 2. de conceſſ. præb. in 6. Abb. d. c. antepe.

verò in viui ſacerdotis præbendam ſuam non abiurantis locũ ſciens ſubſtitui ſe patitur, præbenda priuatur, & ab Eccleſiaſtica communione pellitur eo ipſo, quòd ſe paſſus eſt viuo ſacerdoti ſucceſſorem dari [a]. A

Poſtremò non lateat, in cauſis quorumcunq; beneficiorum procedi ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij [b].

a c.1. extra. de præb.

b cle. diſpendioſ. m. de iudic.

## QVIBVS MODIS beneficia vacent,

### TITVLVS VII.

AT ne quis fortè ambigat, quãdo beneficia vacare dicantur, huic quoque rei ex parte ſatisfaciemus. B

Vacare igitur poteſt beneficium morte, vel renunciatione eius, qui illud fuerat aſſecutus [c]: ſiue ſimplex ſit renunciatio, ſiue permutationis cauſa facta [d].

Item ſi pœnæ cauſa ob delictum quis fuerit priuatus beneficio [e]. Item ſi quis ad Epiſcopatum electus fuerit, & confirmationem electionis acceperit, Eccleſiaſticorumq; bonorũ adminiſtrationẽ habuerit, decurſo tempore conſecrandis Epiſcopis à Canonibus diffinito, is, ad quem ſpectat, beneficia, quæ habebat, diſponere liberè poteſt [f]. Quin & generaliter, vbicunq; ſecundũ beneficium quis aſſequitur, quod vel curã habeat, vel dignitatẽ annexam, prius ipſo iure vacabit, cui vel dignitas, vel cura inhærebat [g]: quod & infrà dicemus.

c c. ſuſceptũ. de reſcript. in 6.

d to.t. de rer. per.

e c. ex literis. c. graue. de exceſſ. prælat.

f c. cùm in cũctis. §. cùm verò. de elect.

g c. de multa: ubi Abb. 3. no. Extrau. excerabilis.

Epiſcopo quoq; ad aliam ſedẽ propria authoritate ſe transferente, eiusq; poſſeſsionẽ adepto, prior eius ſedes vacua fiet [h].

h c. quanto. de trãsla. Epiſcop.

Vacuũ quoq; fiet beneficium parrochũ, differente eo, cui fuerat cõceſſum, vltra annũ ſacerdotalis ordinis cõſociationem aſſequi [i]. Itẽ vacat beneficium clerici, qui matrimonium contraxit [k]. Nec deerunt fortè & alij modi, qui ſtudioſis lectoribus Canonicas conſtitutiones diligenter inſpicientibus occurrent.

i c. licet canõ. c. cõmiſſa. de elect. in 6.

k gloſ. c. 1. de cle. coniug. in 6. Ab. c. 1. extr. eo.

Illud ſciendum, debere Epiſcopum, aut alium, qui beneficia conferat, modum exprimere, per quem beneficiũ à ſe collatum vacet: nec ſatis fore, ſi dixerit, vacantem ſe Eccleſiam conferre [l].

l Bertran. cõſil. 132. nu. 19. l. 2. Rebuſ. tit. requiſita ad collationẽ. n. 61.

## DE PROHIBITA BEneficiorum multiplicitate, & ſectione,

### TITVLVS VIII.

SEd & ne, dum clerici opibus Eccleſiaſticis ſupra modum augentur, & plurium Eccleſiarũ curæ præficiuntur, vel tanto oneri ſuccumbãt, & aliquas ex Eccleſijs ſuis debito miniſterio deſtitutas eſſe patiãtur, quæ ſingulæ ſingulis creditę meliùs

fortaſſe fuiſſent adminiſtratæ [a]: vel, ne fortè amplis luxuriantes diuitijs clerici nimiùm efferantur, dum ipſis redvndat, quod alijs deeſt: &, ne deſint, quæ alijs clericis ſuppeditari poſſint, Eccleſiæ facultates, ſi pauci eas exhauriant: idcirco ſtatutum eſt, ne quis clericus beneficium, aut dignitatem habens, aliud inſuper beneficium aſſequi & retinere cum priore poſſit, niſi tamẽ alterum ex his ſimplex ſit, & in quo reſidere minimè oporteat ex conſuetudine, & anguſtius, quàm vt eo clericus honeſtè ſubleuari poſsit [b], vel niſi vnum alteri annexũ ſit [c].

a c. quia nonnulli. ubi Ab. de cler. non reſidẽ.

b Ab. c. cũ iãdudum. col. pe. nu. 8. et c. extirpandæ. §. quia uerò. n. 34. in rep. de præb.

c d. c. extirpãdæ. § . quia uerò.

Quæ cura Epiſcopo incumbet, ne patiatur ſuos clericos plures Eccleſias eodem tempore habere [d].

d ca. quia in tantum. de præb. et c. ordinarij. de offi. ord. in 6.

At ſi quis contra hæc præcepta eodem tempore plura beneficia tenere nõ dubitarit, hodie aliam, quàm olim vindictã ſentiet: nam, vt nihil antiquitatis penitùs ignoretur, ſciẽdum eſt, quater in hac re diuerſis quatuor temporibus variatum eſſe.

Et primùm quidem Alexander tertius cõſtituit, vt qui duas Eccleſias, ſeu curatas, ſeu cura carentes, duáſve dignitates, aut duos perſonatus haberet, vtrũ ex eis retinere vellet, optare poſſet, alterum autem omnino vt demitteret [e]. Sed Conciliũ Lateranenſe hanc conſtitutionem nimiùm mitem iudicans, A noluit vt res deinceps in clerici arbitrio eſſet, cũm vtriq; beneficio vel dignitas, vel perſonatus ineſſet, vel animarum cura, ſed vt beneficium poſteriùs huic omnino auferretur, & poteſtatẽ conferendi poſthac amitteret, qui illi poſtremum cõtuliſſet [f]. Sed hoc tamen beneficium ex hac conſtitutione ipſo iure nõ vacabat: quare Innocentius tertius in generali Concilio ſtatuit, vt beneficium cum cura habens, vel dignitatem, vel perſonatum, ſi aliud ſimile beneficium, vel dignitatẽ, vel perſonatum accepiſſet, beneficio priore, vel dignitate, vel perſonatu, tamque ipſo iure vacantibus cẽ B ſeretur priuatus. Itaque ex Innocentiana conſtitutione non ſecundum, vt ex Concilio Lateranenſi, ſed primum aufertur, idque ipſo iure, quod ex eo Cõcilio nõ erat. Sed & hæc Conſtitutio locum non habet, niſi prius beneficium, vel curæ onus, vel dignitatem, vel perſonatum haberet, licet ſecundum ex illis eſſet [g]. Neque huic cõſtitutioni locus erit, etſi quis perſonatum cum cura animarũ & Eccleſiam parrocham præbẽdæ annexam eodem tempore habeat [h]. Illud quoque addidit, vt, ſi quis poſt vnum beneficium & alterum aſſequutus ſit, & prius nihilo minùs retinere perſeuerauerit, vtroque ſit priuatus: multaq; alia, quæ omnia etſi

e d. c. referente. c. præterea. de præben.

f c. quia nonnulli. de cleri. non reſi.

g c. de multa. ubi Abb. 3. no.

h c ſuper eo. de præb. in 6.

etſi viderentur conſtituta prudenter, ſatis tamé plenè Ioanni XXII. non fecerunt: quare is adiecit, vt quicunq; ſecundum curatum beneficium, vel dignitatem, aut perſonatũ acceperit, niſi confeſtim poſt adeptam ſecundi quietam poſſeſsioné primum re ipſa publicis perſonis preſentibus dimiſerit, vtroq; ſit ipſo iure exvtus: quæ ſi nihilo minùs pertinaciter retinere cõtenderit, ad aliud quodcunque Eccleſiaſticum beneficium indignus admitti deinceps iudicetur[a]. In religioſis verò Clericis iam tum à Bonifacio VIII. ſtatutum fuerat, vt ſi habens Prioratum, vel Eccleſiam cum cura animarum, aliud quoq; ſimile accepiſſet, poteſtate à ſummo Pontifice nõ facta, primum ipſo iure vacare cẽſeatur: quod ſi confeſtim à ſe non abdicarit, tanquam ambitioſus ab vtroq; arceatur, & amplius eligi non poſsit[b]. Eſt tamen ſciendum, quòd niſi poſterioris beneficij fructus percipere poſsit, conſtitutionis ſuprà ſcriptæ pœnæ non erit obnoxius, putà ſi illius poſterioris beneficij fructus, ſicut etiam aliorum vacantium, ad certum tempus alicui ſint conceſsi[c].

a Extrauag. execrabilis.

b c. cũ ſingula. in princip. in 6.

c c. ſi tibi conceſſo. ubi gl. de præb. in 6.

Quæ hactenus diſſeruimus de beneficiorũ exaggeratione à Iure interdicta, ſecundũ iuris cõmunes regulas procedunt: verùm iuris communis obſer- A uationé relaxat interdum, vbi Eccleſiæ vtilitatem hoc poſtulare videt, ſummus Pontifex, vel Epiſcopus, vel ex perſonæ meritis, veluti dignitate, integritate, ſcientia, plurimo rerum vſu, vel etiam nobilitate, indulgendo vt beneficia plura alicui liceat eodem tempore habere: & ſi quidem vtrumque beneficium animarum curam gerat, vnius erit hæc authoritas indulgendi ſummi Pontificis: ſin vel vtrumque, vel eorum alterum ſimplex ſit, Epiſcopus quoque gratiã facere poterit, niſi vtrũq; in eadem Eccleſia exiſtat, imò etſi plura ſint, quàm duo, ſed vni tantùm ex eis cura animarũ B ſit, poterit nihilo minùs Epiſcopus indulgere, ſi Eccleſiæ vtilitas id ſuadeat, & cauſa iuſta ſub ſit: quod nonnulli extendere volunt, & ſi duo curata eſſent, ſi publicæ vtilitatis ſpiritualis ſtudio magis, quàm perſonæ meritis ducatur[d].

d Abb. ca. de multa. num. 19. & ca. extirpãdæ. §. quia uerò. nu. 43. uerſ. ex his ſequitur.

Cæterùm, ſicut, quibus ſuprà dictum eſt modis, ſacri Canones invigilant, ne vni plura beneficia accumulẽtur, ita è conuerſo prohibent ad vnum beneficium plures perſonas admitti, ne vel beneficium hoc modo ſcindatur, vel eorũ vnus, aut alter expectet, dum à ſocio vacet, itáq; eius morté optet[e]: ſicut neq; duo eiuſdem Canonicatus, vel præbendæ ſocij eſſe poſſunt[f].

e c. maioribus. ca. tuæ fraternitatis. de præben.

f c. dilecto. de præben.

Si tamen præbenda ita opulenta ſit, vt duobus victum commodè præbere poſsit, in duas ſcindi eam licebit, nec Turonenſe Conciliũ hoc improbat, quæ ſi partes ſectæ non ſufficerent, ambæ eſſent per ſectorem ex præbendis alijs vacantibus augendæ [a], earum fructus præbendas ſectas habentibus pro parte tribuẽdo, dum tot fructus ex eis ſuperſint, quot Canonico ſufficiant: alia enim præbenda attenuari non debet, vt alia locupletetur [b], niſi neceſsitate impellente [c]. Si verò aliqua præbenda Cathedralis Eccleſiæ ita inops ſit, vt clerico ad victum oportunũ non ſufficiat, capella ei annecti poterit, dum ne illius presbyter & ipſe congrua portione defraudetur, ſi Capella vtrique ſatis eſſe poteſt [d].

Animadvertere autem debet is, qui conferendi poteſtatem habet, ne ex affectu carnali, ſed ſano, & recto iudicio Eccleſiaſticum officium, vel beneficiũ, & in perſonam, quæ magis viſa fuerit idonea, locet. Item vt neque ex pactione, vel conventione quacunque conferat, nec ſibi retineat vllam redituũ portionem, alióve modo beneficium diminuat. Conſultius etiam fuerit, ſi palàm, nõ clàm beneficium contulerit [e].

a c. uacante. de præben.

b ca. cùm cauſam quæ. ubi Abb. de præb.

c c. fi. de uer. ſig. ca. ex parte. de conſtit. gl. d. c. uacãte. in fi. mag. glo.

d c. expoſuiſti nobis.

e c. un. ut Eccleſiæ benefici.

A

## DE PENSIONIBVS,

### TITVLVS IX.

ET ſi beneficia integra conferri debeant, non diminuta, poteſt tamen interdum aliqua ex his deceſsio fieri, vt fructuum portio ab eis detracta alicui ſuppeditetur: quæ portio Penſio appellatur, eaque vel in titulum beneficij ſolet aſsignari ei, qui ad Eccleſiaſticos ordines recipitur, vel vexationis redimendæ cauſa, quæ Rectori beneficij, modò procurata non ſit, ab aliquo in iudicio infertur, interdum & illi exoluitur, qui ſuum beneficium alteri ceſsit, ne interea,

B

dum ſuperſtes eſt, vitam inopem ducat, aliáve de cauſa: ſed & remunerationis gratia alicui nonnunquã conſtituitur, velvti ſi cuius opera vtatur Eccleſia.

Nec refert, an is Clericus, an Laicus ſit.

Moderatam tamen penſionem eſſe oportet, ne vſqueadeo beneficium extenuet, vt eius Rectori non ſuperſit, vnde ſuſtentari valeat. Hinc ferè obſeruari ſolet, vt non maiorem tertia partem beneficij deducat, id eſt, vt quantitas fructuum, quæ ex beneficio in penſionem detrahitur, tertiæ partis annui reditus beneficij onerati ſummam ne tranſiliat. Quod eò dictum voluimus, ne cui perſuaſum ſit, poſſe penſionem

per

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

per quotas aſsignari: id enim ſimoniæ vitio non careret. Illa quoque penſio improbatur, quæ per colluſionem conſtituitur, vt cùm Rector Eccleſiæ patitur ſibi litem fieri, vt ſub ſpecie litis redimendæ commentitio aduerſario aliquam penſionem tranſactionis cauſa promittat ſuper litigioſo beneficio. Nec is tutus erit, qui pactione priùs inita penſionem obtinuerit, niſi ſummi Pontificis ſeſe authoritate munierit. Ante omnia verò penſionis imponi vllum onus non debet, niſi Antiſtitis accedente authoritate.

Sed non Pontifex Romanus ſolùm penſioni excipiendę author eſſe poteſt, verùm & Legatus à latere eius profectus: alius Legatus non poteſt, niſi hoc ei ſpecialiter ſit conceſſum. Item Epiſcopus Penſionem deducere poteſt, ſi qua eum iuſta cauſa moueat, quæ evidentem Eccleſiæ vtilitatem importet, dum modò neq; penſionis transferendę poteſtatem eum facere poſſe, neque poſt eius mortem, cui eſt conceſſa, poſſe eam perpetuare intelligamus. Item, qui aliquam Eccleſiam erigit, vt patronatum eius nanciſcatur, poteſt in eius fundatione penſionem de beneficio excipere aliæ Eccleſiæ, aut ſibi, Epiſcopi accedente conſenſu, quotannis ſol- A uendam. In primis quoque eius Rectoris conſenſus exigitur in penſione conſtituenda, qui id oneris ſubiturus eſt, quiſquis ſit is, qui penſionem eſt impoſiturus, ſeu ſummus Pontifex, ſeu Legatus, ſeu Epiſcopus: quod etiam regulis Cancellariæ ſanciri ſolet.

Sed neque infante minor, neque illegitimus, nec excommunicatus penſionis illius capaces ſunt, quæ vel beneficij loco, vel in titulum datur.

Extingui antem poteſt etiam ſola partium conventione, licet nulla Antiſtitis authoritas acceſſerit, niſi in alimenta eſſet conſtituta, vel pecunia data re- B dimatur: quemadmodum frequẽter vſurpari videmus, quinque fortè, aut ſex, aut ſeptem ad ſummum anticipatis penſionibus: quibus caſibus receptum eſt ſummi Pontificis authoritatem deſiderari [a].

[a] Gig. in trac. de penſion.

## DE IVRE PATRONATUS,

### TITVLVS X.

QVia Eccleſiæ, quæ alicuius in Patronatu ſunt, propria quædã ab alijs diuiſa iura habent, quæ & ipſa neceſſarium eſt intelligere, de his quoque, quatenus inſtituti huius noſtri ratio patitur, dicamus.

Ius ergo Patronatus (ſeu Ad uocationem, ſeu Cuſtodiam,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſeu alio nomine quis illud appellet) eſt, quod alicui in Eccleſia acquiritur, eo quòd ipſe, vel eius authores Eccleſiam poſuerint, ędificarint, vel ſuis opibus non minimùm auxerint, conſenſu Epiſcopi adhibito: ex quo iure cum vtilitate honor & onus ſimul reſultant.

Poteſt autē quis huiuſmodi patronatus iura nanciſci, ſeu laicus ſit, ſeu clericus, etſi in collegiata Eccleſia longè infirmius habeat ius laicus[a]: quicunque enim vel fundum Eccleſiæ ędificandæ largitus fuerit, vel Eccleſiam ſuis ſumptibus ædificarit, vel ædificatæ non ſordidam dotē dederit, vt hoc ius nanciſceretur, in ipſa Eccleſia ius adipiſcitur patronatus, adeò vt ſi quiſpiam ſolus tria hæc præſtiterit, ſoli etiam totum hoc iuris integrè quæratur: ſin tria hæc munia à duobus, vel pluribus diuiſim obita ſint, ambo, vel omnes illius Eccleſię acquirent patrocinium.

Ex quo hæc conſequentur, vt ipſi idoneos rectores in illis Eccleſijs Epiſcopo offerre poſſint inſtituendos: quibus ſi ſpretis Epiſcopus alios ibi inſtituerit, nihil egerit, iſque inſtituendus erit, quem Patronus pręſentarit[b]. Nec deſunt alia cómoda patronis, qui Eccleſiæ fundandæ, vel augendæ ſuis copijs operam tulerint: nam ſi fortè ipſi, aut eorum filii eò ino- A piæ redacti fuerint, vt ſuppetijs alienis egeant, ab eadē Eccleſia præſidium vitæ pro temporis vſu percipient[c]. Sed & ſuus honor patrono ſeruatur: nam procedentibus, atque vrbem, vel Eccleſiam ſupplicationum gratiam ambientibus Eccleſiæ ipſius clericis, primus eximiúſque eo ordine locus patrono debetur[d].

a c. maſſana. c. ſacroſan. de elect.

b c. quicunq;. c. decreuimus. 16. q. 7.

Ipſe autē Patronus Eccleſiæ tutelam ſic ſuſcipere debet, vt quo ad poſsit, eam ab omni iniuria tueatur, & cùm presbyterum in ea inſtitutum Eccleſiæ non eſſe vtilem cognoſcit, quia fortè frugi non ſit, ſed dilapidator, bonorumq; inhoneſtus B concoctor, Epiſcopo denunciare debet[e].

Non tamen credat Clericus, qui Eccleſiæ patronus eſt, ſibi licere ad eā Eccleſiam ſe ipſum offerre inſtituendum, quamvis alioqui valde idoneus ſit, pluribusq; meritis adiuuetur: nemo enim ſe ingerere debet Eccleſiaſticæ pręfecturæ officijs[f].

Neque habet Patronus vendendi ius per ſe, vel donandi, vel tanquam proprijs vtendi rebus iuris patronatus[g]. Nec vllum omninò grauamen Eccleſiæ imponere poteſt, nihilq; in ipſa præter antiquos & moderatos reditus à locorum Epiſcopis inſtitutos exigere[h].

Nec licet Clericis Eccleſias à parentibus ſuis fundatas propria

c d.c. quicunque.

d c. nobis. ext. cod.

e c. filijs. 16. q. 7.

f ca. per noſtras. co. tit.

g d.c. quicunque.

h c. præterea. de iure pat.

pria authoritate retinere, aut laicis, vel laicorum filijs concedere [a]: ſed ſicut Patroni iura per Epiſcopum minui non poſſunt, ſic contrà non poteſt Patronus ſine Epiſcopi authoritate ius ſuum exercere. Verùm laicus Patronus, qui Epiſcopi neglecta authoritate Clericos in Eccleſia inſtituerit, poſſeſsionéſve, aut alia Eccleſiaſtica bona ex ſententia ſua liberè diſtribuerit, anathemate eſt feriendus: & Clericus qui Eccleſiam per laicos ſine proprij Epiſcopi authoritate acceperit, communione priuatur: ſi verò in ea etiam perſiſtere non dubitarit, à miniſterio Eccleſiaſtico, & ordine deponetur [b].

a c. conſuluit.

b c. præterea. 1. & c. relatum.

Si tamen laicus ius patronatus ſibi competens eidem, vel alteri Eccleſiæ, vel alij loco religioſo contulerit, quamvis ſine Epiſcopi aſſenſu, conceſsio valebit, ſed nihil tamen per hoc iuri Epiſcopi derogatur: & tunc quamvis patronus laicus quadrimeſtre tempus duntaxat ad præſentandum haberet, locus tamen pius, in quem tale ius translatum fuerit, ſemeſtri potietur: nam quod ad præſentandi ius pertinet, non laici, cui ſucceſsit, ſed Eccleſiaſticorum iuribus vti conceditur [c].

c c. uni. in 6.

Epiſcopi autem ius in faciendis inſtitutionibus adeò firmum & ſtabile eſt, vt quamvis ius patronatus ad exemptos perveniret, nihilo tamen magis Epiſcopi ius debilitetur [d]. Quinimo ſi Epiſcopus aliquis ſit Patronus Eccleſiæ in aliena Diœceſi poſitæ, ipſius ſola authoritas non ſufficiet, ſed ab illius Diœceſis Epiſcopo inſtituendus erit ille, quem Epiſcopus Patronus idoneum præſentarit [e].

d c. cùm ſeculum.

e ca. ſignificaſti.

Cùm autẽ Patronus quempiam idoneum coram Epiſcopo inſtituendum conſtituerit, ſi eo non repudiato alterum poſtea æquè idoneum ſtiterit, vter eorum præferendus ſit, iudicio Epiſcopi relinquetur, ſi laicus ſit Patronus: ſi verò collegium, aut perſona Eccleſiaſtica ius patronatus habeat, prior tempore oblatus potior habebitur [f]. At ſi Epiſcopus idoneum clericum ſibi à patrono oblatum admittere noluerit, alterque ab eodem adductus pariter idoneus, & ab Epiſcopo admiſſus corporalem poſſeſsionem acceperit, melior poſsidentis erit conditio: quoniam ante quàm præſentatio per Epiſcopum admittatur, & approbetur, ratum non eſt, quod à Patrono fuerit inchoatum [g].

f c. ſi autem.

g c. quod autẽ.

Epiſcopus tamen, qui virum idoneum ad ſe à patrono adductum, doloſè recuſarit inſtituere, de beneficio competenti prouidere illi compelletur [h].

h c. paſtoralis officij. in fi.

Epiſcopus verò ſolus etiam illis Eccleſijs providebit, de quarum patronatu contentio cùm eſſet inter Eccleſiaſticas perſonas, vltra ſex menſes à vacationis tempore electio Rectoris ſit dilata, vel vltra quatuor, cùm laici eſſent, qui diſceptabant [a].

a c. eam te. c. cũ propter laicorum.

Vt tamen nullum ex hoc illi in poſterum præiudicium fiat, qui ſuperior in lite fuerit, qui ipſe eum ſiſtere debeat, quem Epiſcopus inſtituerit, & cæteros omnes deinceps, qui in ea Eccleſia erunt inſtituendi [b].

b c. ſi uerò ordinatio.

Aliud deinde eſt ius, iuri patronatus in multis ſimile, ſed ab eo tamen etiam in multis abſimile, id eſt, cùm religioſi Eccleſiam aliquam ſibi ſubiectam habent, tam quoad ſpiritualia, quàm quoad temporalia, in qua tamen pleno iure inſtituere non poſſunt, nec curam populi committere, ſed authoritas Epiſcopi deſideratur. Nam hoc ius ita à patronatu differt, quòd, qui illud habent, ipſi reditus Eccleſiæ illius percipiunt, & congruam portionem Rectori aſsignant: at qui patronatum habent, nihil redituum percipere poſſunt, ſed integri proventus Rectori inſtituto permittuntur [c].

c c. un. de Capel. mona. in 6. ubi gl. & cle. un. de ſup neg. præla. ubi gl. Abb. ca. extirpãdæ. §. quia uerò de præbend.

## DE RELIGIOSIS DOMIBUS, earumq; ſubiectione,

### TITVLVS XI.

A Sciendum eſt, hoc generale eſſe, vt quodvis monaſterium, vel quælibet Eccleſia ei Epiſcopo ſubiecta ſit, in cuius ſita eſt Diœceſi, niſi ea Eccleſia, vel monaſterium priuilegiũ exhibeat, quo ſe probet iuriſdictioni eius ſubtractum [d].

d c. pe. & c. cùm uenerabilis. de religi. do.

Nec ideo Epiſcopi iura in Eccleſia ſuæ Diœceſis minuentur, quòd illa Eccleſia alteri vnita ſit alienæ diœceſis Eccleſiæ [e].

e c. 2. eod. tit.

Si verò ambigi contingat, cuius Epiſcopi ea diœceſis ſit, in qua extat Eccleſia, & propterea incertum ſit, à quo ſit Baſilica conſecranda, ad illum eundum erit Epiſcopum conſecrationis gratia, qui in eo loco B hactenus Epiſcopalia iura exercuerit [f].

f c. 1. ubi Ab.

Sunt tamen quandoque Eccleſiæ proprijs priuilegijs ab Epiſcoporum Iuriſdictione immunes, & ſolius Apoſtolicæ ſedis ditioni parent [g]. Cæterùm per exemptionem Eccleſiæ conceſſam, ipſa Eccleſia, & ipſius monachi, vel Canonici, clerici etiam, & converſi, perpetuoque oblati, non autem Eccleſiæ eiuſdem presbyter, qui parrochianorum curam habet, quo ad ea, quæ ad curam eandem pertinent, nec ipſi parrochiani intelligũtur exempti. Verùm ſi Canonici alicuius Eccleſiæ eximantur, ipſi ſoli Canonici, non autem Eccleſia, vel alij eius clerici, ſunt exempti.

g c. recepimus: c. cum Capella. de priuileg.

Si

Si autem Clerici cuiuſvis Eccleſiæ eximantur, tunc tam Canonici, quàm alij Clerici eximuntur, non tamen Eccleſia, niſi aliud in exemptionis priuilegio exprimatur [a]. Item quamvis monaſterium aliquod exemptum ſit, hoc priuilegio tamen Capellæ ei ſubiectę perfrui non concedũtur [b]. Et demum, quibus certæ rei, vel loci ratione priuilegium exemptionis conceſſum eſt, eodem priuilegio pro alia re, alióve loco non potientur [c].

a c. per exemptionem. de priuil. in 6.

b c. ex. extra. de priuileg.

c c. cùm Capella. ex. de priuileg.

## DE CONSECRATIONE Eccleſiæ, vel altaris,

### TITVLVS XII.

NOn eſt autem temerè concedendum, vt cuivis liceat ſuo arbitrio Eccleſias ponere, ſed, vt rei tantæ ſua dignitas, quantum fieri poteſt, ſeruetur, certę ſolennitates introductæ ſunt, quę pręire debeant in Eccleſia facienda.

Nam primùm nemo Eccleſiam ædificare debet, ante quàm Epiſcopus ciuitatis eò accedat, & crucem ibi figens publicè atrium deſcribat: ac priùs ille, qui ædificaturus eſt, præfiniat, quæ ad Luminarium, & Cuſtodum ſumptus ſufficiant: & demonſtrata donatione, ſic domũ ædificet: qua erecta, atrium aqua benedicta aſpergatur [d]: poſtea per conſecrationem Deo ab Epiſcopo dedicetur, cum

d c. placuit. 1. q. 2. c. 1. de conſecrati. diſt. 1.

A miſſæ celebratione [e]. Conſecratio autem fit ſuperficiei interioris parietum delinitione cum crucibus [f]: ſed oratorium non conſecratur, quia ad orandum, non ad celebrandum ædificari ſolet [g].

e c. omnes Baſilicæ. 1. diſtinct.

f Ab. c. propoſuiſti. n. 7. eo. tit. de conſecrat.

g c. fi. de cenſibus.

Eccleſijs Deo ſemel ſacratis non eſt iterum conſecratio adhibenda, niſi aut incendio, aut alia ruina deſecratæ ſint: quo caſu omnia ex integro agenda erunt, perinde ac ſi nunquam conſecratæ fuiſſent.

Sed & ſi incertum ſit, vtrùm olim conſecratæ fuerint, an id minùs, cùm nec certa ſcriptura, nec teſtes exiſtant, à quibus indubitatè id ſciri poſsit, nihil

B prohibet eos denuo à Capite conſecrari.

At cùm Eccleſiæ aut homicidio etiam citra ſanguinem, aut ſeminis, vel ſanguinis humani effuſione fœdantur, ea labes vino aqua diluto, & cinere abſtergenda eſt: quæ appellatur Recõciliatio [h]. Eccleſia autẽ non conſecrata, cuiuſcunq; ſeminis fuerit, vel ſanguinis effuſione polluta, aqua protinus exorcizata lauanda eſt, ne diuinæ laudis organa ſuſpendantur [i].

h ca. Eccleſijs ſemel. ea. diſtin. c. propoſuiſti. ubi Ab. ext. eo. titul. & ca. ſolennitates. 1. ead. diſtin.

i c. fi. extr. eo.

Quod autem diximus, Eccleſiam poſt conſecrationem pollutam poſſe reconciliari, & à macula invſta purgari, etiam de cœmiterio Eccleſiæ intelligendum eſt: nam ſi Eccleſiæ contiguũ ſit cœmiterium, pol-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

luta Eccleſia & ipſum pollutum erit, nec debebit quis in ea ante abſterſioné ſepeliri: quod contrà erit, ſi ab Eccleſia ſeiunctum fuerit cœmiterium: ipſo verò cœmiterio polluto, quamvis Eccleſię annexo, non tamen Eccleſia polluta erit [a].

Conſecratio Eccleſiæ etiã priuatis diebus fieri poteſt [b]: quãvis ſacri ordines nõ, niſi ſtatutis à iure diebus, conferri poſsint, vt ſuprà docuimus: honeſtiùs tamen in diebus feſtiuis conſecratio fiet [c]. Eccleſiam, in qua mortuorum cadauera fidelium, ſiue infidelium, ſepeliuntur, ſanctificare non licet: ſed ſi apta videtur ad conſecrandum, inde evulſis corporibus, & raſis parietibus, & tignis eius loci, reædificetur: ſed ſi hęc conſecrata antè fuerit, miſſas in ea celebrare licet, tamen ſi fideles fuerint, qui in ea ſepulti ſunt [d].

Non ſolùm autem Eccleſia certis ſolennitatibus ſacra efficitur, ſed etiam altaria ſtatas ſolennitates quaſdam deſiderant in eis conſecrandis, nec niſi lapidea ſint, conſecrari poſſunt [e]. Solennitates ſunt hæ: nam poſt altaris invnctionem Chriſmate factam, & benedictionem ei à ſummo Sacerdote tributam [f], in facie ipſius altaris, vel dextro cornu feneſtella aperitur, in qua ſacræ ſanctorũ

a c. un. eo. tit. in 6.
b c. 2. extr. eo.
c c. habetur in Pontificali.
d c. Eccleſiam. de conſecr. diſt. 1.
e c. altaria. ea. diſt.
f c. uni. §. fin. ex. de ſacr. unc. c. altaria. c. placuit. ea. diſt.

A reliquiæ conduntur, vnà cum nomine illius ſancti, cui altare dicatur, & nomine Epiſcopi ipſius, qui ſacram facit, quæ feneſtella deinde paruo lapide vel quadrato, vel rotundo operitur, qui lapis ſigillum appellatur [g]: quæ in altari immoto & ſtabili procedunt. Sed & alia altaris forma eſt, quod portatile, ſeu viaticum appellatur, quia per diuerſa loca facilè trãſferri poteſt, & itineri etiam eſt aptum, eſtque lapis paruus foramen habens, & conſecrationem, lapide ſuperimpoſito [h].

Poſſunt etiam plura altaria in eadem Eccleſia ſimul conſecrari [i].

B Altari autem amoto, & ſigillo fracto & diminuto, denuo id conſecrabitur [k].

g Ab. c. 1. extra. eod.
h Ab. d. c. 1.
i c. cum ſis. ex. eod.
k c. 1. extr. eo.

## DE ECCLESIIS ÆDIficandis, vel reſtituendis, vel ſarciendis,

### TITVLVS XIII.

SI quando contingit Eccleſias inſtauratione aliqua egere, putà vt tecta, aut parietes ruinam minantes ſarciantur, vel fulciantur, aut iam lapſi reſtituantur, ſubire hoc onus debebit ipſius Eccleſiæ rector, ſi quarta huic vſui à ſacris Canonibus ex reditibus Eccleſiæ aſsignata non ſufficiat, et ipſi Rectori proventus ſuperſint,

ſint, vnde hos ſumptus ferre poſsit, nullaq́ue cõſuetudo hoc oneris ad laicos tranſtulerit[a].

[a] c.1. ubi gl. & c. de his. de Eccleſ. ædifican.

Item ſciendum, licere interdum in aliena parrochia nouã Eccleſiã ædificare, ſi publica vtilitas id flagitet, veluti ſi ita longè abſit parrocha Eccleſia, vt nõ facilè animabus curæ eius creditis, vbi neceſsitas exegerit, p̃ſtò eſſe poſsit: ex quo ſæpè eveniat plures animas in periculũ adduci: tunc enim Eccleſia conſtrui poterit, quæ animabus oportunior ſit, & ipſi Eccleſiæ veteri ius Rectoris in ea præſentandi vnà cum patrono, qui eã fundauerit, competet[b].

[b] c.3. ex eo. t.

## DE RENVNCIAtione,

### TITVLVS XIIII.

Qui beneficia, vel dignitates aliquas habent, illas interdum renunciant: quod cum venia prælati, cui ſubſunt, facere debét[c]. Nam ſi vel prelato inconſulto, vel fortè in manibus Laici cuiuſpiam quis ſacerdotium ſuum abdicarit, nulla erit abdicatio, quod ad Prælati præiudicium attinet. Sanè ipſi renuncianti oberit, hoc laico tribuiſſe, vt in eius manibus ſuum beneficiũ cederet, idemq́; ab eo ſibi conferri pateretur: nã hoc ipſo beneficio erit ſpoliandus[d]. Puram quoque & liberam eſſe oportet renunciationem, quæ in manibus Ordinarij fit[e]. Quiſquis autem beneficium ſuum ſemel renunciarit, ſciat ſibi ad illud repetendum viã eſſe interclusam[f]: cuius qui dẽ renunciationis, vel ex ipſius renunciantis confeſsione, vel etiam Epiſcoporum literis indubitatum ſumetur teſtimonium[g]. Sed etſi nondum ceſſerit, cedendi tamen à Prælato licentiam impetrarit, non licebit ei poſtea conſilio mutato à ceſſione abſtinere, ſed à Prelato cedere cogendus erit[h]. Quòd ſi contigerit eum, qui vltrò reddiderit beneficium, denuò ad illud eligi, nihil ei obſtabit olim facta renunciatio, quamvis etiã iureiurando firmata eſſet[i]. Itẽ ſi quis probauerit, ſe non vltrò, ſed coactum metu reſignaſſe, audiendus erit: adſtringiturque reus, qui ei voluntariam exceptionem obijcit, in exceptione cauſam exprimere, qua ad renunciandum actor adductus fuerit[k].

[c] c. admonet. ext. eo.

[d] ca. quod in dubijs. ext. eod.

[e] c. ex parte. ubi glo. & Doct. de offic. de leg. c. fin. de pact. ca. tua nos. de ſimon.

[f] c. ex transmiſſa.

[g] c. in præſentia.

[h] ca. quidam.

[i] c. 2.

[k] c. ſuper hoc.

Si quis amica & beneuola Canonicorum gratia potius, q̃ literarum Pontificiarum authoritate cupiens beneficium conſequi, ipſorum Canonicorũ arbitrio mitis ſe ſubmittere dixerit, non propterea videtur literarum Pontificiarum, quas habebat, fauorem hac ſua comitate repudiaſſe, nec ei nocebit illiberalis Canonicorum contumacia detrectantium literas



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Pontificias exequi [a]. Quod etiã certius erit, vbi ex ipſis literis inſtitutio iam ſecuta erit: tunc enim, quod plus eſt, etſi ipſis aduerſarijs literas Apoſtolicas, veluti eas abnuens, & Canonicorũ gratiæ tantùm ſe ſubmittẽs, reddidiſſet, hoc tamen facto inſtitutionis ſibi quæſitæ iure ex cõtumaci aduerſariorum & impudenti pertinacia, non priuabitur. Potuiſſet tamen illi hoc incautum eius factum nocere, ſi nondũ inſtitutus fuiſſet, cũ literas Apoſtolicas prodegit [b].

a c. ut nẽs ad Apoſtoli.

b c. ſanè.

Item ſi quis Prælatus, dũ corporis ægritudine oppreſſus breuì ſe moriturum ſuſpicaretur, ſuos ſubditos abſoluerit, ne ſibi parêre tenerentur, non idcirco tamen præfecturam videtur abdicaſſe [c]. Poteſt Epiſcopus, qui vel perſecutionem veritus, vel adverſa valetudine, aut inſcitia deterritus, vel ſimoniæ vitium (quod clam ſe in ſui cõmodum fuerat commiſſum) peroſus, aliáve ſimili cauſa adductus Epiſcopatum depoſuerat, ſeq; ad religionẽ tranſtulerat, ad Epiſcopatũ denuò aſſumi: quod tamen ei tunc non permitteretur, cùm propter ſuum crimen ſe ab eo remouiſſet [d].

c c. lectæ.

d c. quod trãſlationem.

Renunciatio etiam per Procuratorẽ ad hoc ſpecialiter conſtitutum fieri poteſt, & ſera erit domini pœnitentia tunc mandatum revocare volentis, cùm procurator animi ipſius igno-

A rans mutationẽ, Prælato nõ minùs ignorãti iã beneficiũ reddiderat, niſi vel procurator, vel Prẹlatus dolosè curaſſent, ne ad ſe revocationis nunciũ perveniret [e].

e clem. unica.

Non tamẽ omnibus permittitur officiũ, vel dignitatẽ ſuam arbitrio ſuo deponere: nam &, ſi Epiſcopus aliquis ſenectutẽ cauſatus, ſucceſſorẽ ſibi dari poſtulet, nõ facilè impetrabit, ſi alioqui Eccleſiæ vel neceſſarius, vel ſaltẽ vtilis, videatur [f]. Si qs tamẽ aperto mortis in diſcrimine verſetur, dũ Epiſcopatus ſui adminiſtrationẽ ſtrenuè gerere ſtudet, & in Eccleſia ſua morari conatur, poterit miſsionem impetrare [g]. Sed & aliæ ſunt cau-

f c. 1. extrau.

g c. ad ſupplicationem.

B ſæ, quæ deponendi Epiſcopatus iuſtam tribuunt excuſationem, quas Innocẽtius III. epiſtola ſua ad Arelatẽſem Epiſcopũ dilucidè cõplexus eſt: vt, tenuis & malè firma corporis valetudo, conſcientia criminis, inſcitia, ſi plebi ſit inviſus: ſi ei offendiculo, ſeu ſcãdalo ſit: ſi irregularitatem contraxerit [h].

h c. niſi cum pridem.

Prẹlatus aũt, qui ſummo Põtifici immediatè ſubeſt, non poteſt ab alio, q̃ ab ipſo ſummo Põtifice, præfecturæ, quã gerit, vacationem impetrare [i].

i c. ſi. extrau.

Qui Prębendã ſuã exilẽ ideo abdicauit, vt alij noceret, quẽ p̃ſumebat literarũ Apoſtolicarũ authoritate aliã pinguiorẽ propediem habiturũ, niſi hac tenui dolo ſuo præveniretur, nihil agit:



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

git: ſed ſi ipſemet eam maiorẽ in ſe transferri curauerit, vtraq; carebit. Hîc enim manifeſta apparet fraus, quę tegi nõ poteſt[a].

Sciendũ eſt etiam ſummum Pontificem renunciare poſſe[b].

a c.fin.in 6.
b c.1.in 6.

## DE IMMVNITATE Eccleſiarum,

### TITVLVS XV.

VT Clerici diuinis commodiùs vacare poſsint, advertunt Canonicę leges, ne vlla eis onera per laicos imponi poſsint, ſed vt ab omni grauamine & tributo immunes cuſtodiãtur, omniaq; eis priuilegia indulgeãtur, ꝓpter quæ ab omni vexatione ſecuri, vni Deo omnem operam ſuam colendo nauare poſsint.

Quapropter plena perſonarum, & rerum ſuarum immunitate à laicis perfrui debẽt: ideóque ex Concilio Lateranẽſi ſancitum eſt, ne ſecularis poteſtas vllum onus, vel tributum clericis, aut Eccleſijs imponãt: quod ſi nõ ſeruarint, & moniti nõ deſtiterint, ipſos, eorumq; fautores à Chriſtianorũ cõmunitate exterminat, nec priùs reſtitui eos permittit, q̃ Clericis eo modo læſis integrè ſatisfecerint.

Permittitur tamen ab eis aliquid percipi, vbi maximam neceſsitatem, vel evidentẽ Eccleſiæ vtilitatẽ viderint, cui rei ſeculariũ facultates nequaq̃ ſatis

A fuiſſent futuræ[c]: idq; cernẽs Epiſcopus & Clerus ſubueniendum ei iudicarit.

Conſtitutiones autem & ſententiæ contra ſuprà dicta factæ, inanes & irritæ eſſe decernuntur, nec ſuprà dicta excommunicationis pœna ſolutus quis erit, quamvis poſt legem violatam, pœnamq; admiſſam officium depoſuerit, niſi ſatisfecerit, eademq; pœna etiã ſucceſſorẽ devincit, niſi damnũ à prædeceſſore ſuo illatũ intra menſem reſtituerit[d]. Quod cùm ab Innocentio III. in generali Concilio ſtatutũ eſſet, eius conſtitutionẽ Alexander IIII. conſtitutione promulgata nõ modò approbauit, ſed etiã amplificauit, B vt ex ea ꝑcipi poteſt[e]. Poſtea Bonifacius VIII. declarauit, leges ſuprà dictas cõtra collegiũ, vniuerſitates, perſonasq; ſingulares cuiuſvis dignitatis, aut cõditionis extendi, quicũq; ab Eccleſijs aut Clericis pro eorũ perſonis, aut rebus, aliquid vectigalis, vel portorij nomine, ſeu cuiuſvis alterius tributi titulo exigere auſi fuerint: pœnamq; addidit interdicti, vel excommunicationis, legis violatoribus[f]: quos ita interdictos, vel excommunicatos publicè pronunciari Epiſcopus curare debet[g].

Sed cũ ex Innocentiana lege quædam quaſi anſa laicis Principib. oblata videretur clericos & Eccleſias expilandi hac ſpe-

c c.non minus.
d c.aduerſus.
e c.1.de immu. Eccleſ. in 6.
f c.quanquã. de cenſib. in 6.
g c.cler. præſenti. de cenſib.

cie, quòd eorum Laicorum neceſsitas poſtularet, vt à Clericis ſuppetias expectarét, vel quòd Clerici eas vltrò offerrent, atq; ita laici Principes efficerent, vt clerici metu impulſi eorum nutui tanquam neceſſaria voluntate impulſi obtemperarent, tributa laicis Principibus frequéter pendentes, idcirco vt huic aſtutiæ obuiàm iretur, edixit idem Bonifacius, vt quicunque Prælati, vel Eccleſiaſticæ perſonæ religioſæ, vel ſeculares cuiuſvis nominis, vel generis tributū laicis ſoluerint, aut promiſerint abſque authoritate ſedis Apoſtolicæ, ſententiam excommunicationis incurrant[a]. Quā Bonifacij conſtitutionem cùm Benedictus XI. declaraſſet, ad eos non extendi, qui ſpontè ſoluiſſent, aut qui à ſpontè ſoluentibus accepiſſent[b], Clemens V. vt primùm ad ſedē Apoſtolicā aſſumptus eſt, decreuit Bonifacij conſtitutionē cū declarationibus Benedicti, & quicquid earum cauſa ſequutū eſſet, reuocari oportere, & pro nullis & infectis haberi, vtq; omnino Lateranenſe & generale conciliū ſeruarentur in his, quæ de hac materia ſtatuerunt[c].

a ca. clericis. de immu. eccle. in 6.

b Extrau. de immun. Ecclef.

c cle. uni co. tit.

Hæc quoq; inter Eccleſiaſtica priuilegia cēſentur, quòd in Eccleſiaſticis domibus laici iudices, neq; iudicare, neq; hoſpitium quærere poſſunt[d]: & præſertim cauſæ, quibus de ſanguine, vel pœna corporea tractatur, in Eccleſijs, vel cœmiterijs agitari prohibentur[e]. Item liber homo ad Eccleſiam confugiens non eſt ab ea ad mortem, aliámve pœnam corporeā trahendus, quodcunq; crimen patrarit, niſi vel publicus latro ſit, vel nocturnus agrorū depopulator, quíve itinera frequentata, & vias publicas obſidet, inſidijs in viatores paratis. Hi enim ab Eccleſijs extrahi poſsūt immunitatis ſecuritate nō pręſtita[f]. Eccleſiæ quoq; non cōſecratæ, quę propriè Baſilica appellatur, dum in ea diuina officia celebrentur, eadem immunitatis priuilegia tribuūtur: qa diuinis obſequijs dedicata nullius eſt temerarijs auſibus prophananda[g]. Si quis tamē delicti impunitatē ita ſe conſecuturum ſperans, homicidiū, aut membri mutilationē in Eccleſia ipſa, vel eius cœmiterio patrare auſus fuerit, quæ niſi ab Eccleſia, in quam confugit, defenſum ſe iri ſperaſſet, non fuerat commiſſurus, tam impio homini Eccleſia nulli adiumento, vel præſidio, eſſe debet: fruſtra enim legis auxiliū implorat, q eā violat[h]. Et hæ quidem ſunt immunitatū ſpecies, quibus Eccleſiæ Eccleſiaſticæq; pſonæ pfruūtur, & ſi quæ pręterea ſunt, ex latioribus Decretalium Epiſtolarum, aut Decretorum voluminibus petendæ ſunt.

d c. 1. de immu.

e c. cùm Eccleſia Dei.

f c. inter alia.

g c. Eccleſiæ in qua.

h c. fi.

Non

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Non tamen ita plena immunitate perfruuntur, quin & ipſę interdũ aliquid oneris ferre cogantur: nam & à murorum cuſtodijs magna imminente neceſsitate excuſationem non habent[a], & onus procurationis, quæ prælato viſitanti perſoluitur, effugere non poſſunt: qua de re ſuprà à nobis, quãtum ad rem neceſſarium eſſe duximus, tractatum eſt[b]. Item ſi quis ab initio cùm Eccleſiam fundaret, vel ſuis opibus locupletaret, vt eius patrociniũ nanciſceretur, aliquos ſibi reditus Epiſcopo annuente ab Eccleſia illa reſeruarit, non licebit illi Eccleſiæ hoc oneris detrectare[c]. Quod non minùs procedit, ſi res aliquod onus habens annexum à laicis ad Eccleſiam trãsferatur: onus enim ſuum rem ſequetur, & Eccleſiam quoque tenebit[d].

Decimarum quoq; Romano Pontifici ſoluẽdarum onus Eccleſiam interdũ adſtringit, ſed frequentiùs ipſi Eccleſiæ à laicis decimæ ſoluũtur: de qua re mox ſubijciemus.

a c.2.
b ſup. titul. de procurat.
c c. præterea quoniam. de Iure patro.
d c. quanto. de cẽſi. c. procurationes. de cenſib. q. 1. c. ſi quis laicus. gl. cle. 1. uer. ſolita. de cenſib.

## DE DECIMIS,

### TITVLVS XVI.

Decimas à Populo ſacerdotibus ac Leuitis eſſe reddẽdas, diuina ſanxit authoritas[e]. His enim verbis præceptum diuinum emanauit, Decimas primitias non tardabis A offerre[f].

Sunt enim Decimæ egentiũ animarum tributa, quas ſi quis dederit, non ſolùm vbertatem fructuũ recipiet, ſed etiam corporis ac animæ ſalutem conſequetur[g].

Et Decimæ, vel prædiorum, quæ aliquis poſsidet, ratione debentur: vel propter lucra ex hominis induſtria & opera quęſita. Et hę Perſonales decimæ appellantur, illæ Prædiales.

Soluuntur autem decimę de fructu omni prædiorum, de fœno, lana: de prouentibus molẽdinorum, etiam eorum quæ vẽto impelluntur: de Piſcinis, apibus[h], vino, grano, fructibus arborũ, pecoribus, hortis, de B militia, de negotiatione, & de omnibus denique bonis.

Et ad eas ſoluendas cenſura etiam Eccleſiaſtica cõpelli quis poteſt[i]: idq; ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij[k].

Hoc autem differunt decimę prædiorũ à Perſonalibus, quòd in Decimis Prædialibus ſoluendis nullæ deducuntur expenſæ[l]: nam neque ſemen, neque ſumptus colendo agro facti ante decimas capi poſſunt[m], nec impenſæ pro reparanda re factę ex fructibus, vel pẽſionibus, detrahuntur, veluti expenſa domui, aut molendino, aut ſimilibus reficiendis, vel ſarciendis. Item ſi ſumptu melior factus ſit

e c. decimas. 16. q. 1.
f Exod. 22.
g c. decim. 16. q. p.
h c. prouenient. c. nun. eod. tit.
i c. non eſt. c. ſeq. & c. ex parte.
k cle. diſpendioſam. de iudic.
l c. ex parte. et c. non eſt. in fin.
m c. tua nobis.

ager, vel vinea, ſi grex ſubſtitutione in capitum demortuorũ loco facta ſeruatus ſit, vel auctus. His, inquam, erogata modis decimas haudquaquam imminuent[a]. Nec famulis, aut mercenarijs mercedes debitæ ante exolutas decimas perſolui debent, ſed decima fructibus lectis confeſtim reddenda eſt[b].

a c. paſtoralis.
b c. cùm homines.

Quæ verò ex rebus opera induſtriaque noſtra, putà ex negotiatione, partis, debentur decimæ, non, niſi detractis expẽſis, æſtimandæ ſunt[c].

c gl. d. c. paſtoralis. gl. d. c. ad Apoſtolicæ. uer. perſonales.

Perſonales Decimæ ad illam parrochiam ſpectànt, quæ diuina ſacramẽta miniſtrat[d]. Quòd ſi duæ parrochiæ inter ſe certent, quia altera Baptiſmatis ſacramentum conferat, altera autem cætera ſacramenta omnia, illa potior habebitur, quæ baptizat[e]. Prædiales verò decimæ ad illam parrochiam deferri debent, ſub qua prædia exiſtunt. Quòd ſi ea prædia è celebritate & frequentia hominũ & Eccleſiarum ita remota ſint, vt nulli Eccleſiæ ſubeſſe dici poſsint, Epiſcopo decimæ ſoluentur, conſuetudinis tamen, ſi qua ibi fuerit, non negligetur authoritas[f].

B

d c. ad Apoſtolicæ.
e c. cùm contingat. colu. 2, in p.
f d. c. ad Apoſtolicæ. Ab. d. c. cùm contingat.

Laicus certè incapax decimarum cenſetur[g].

g c. quamuis. c. prohibemus. de decim. c. cauſam. ubi Doctor. de præſcript.

Decimarum quoque ſolutio priùs facienda eſt, quàm cẽſus, vel tributi. Quòd ſi cenſuũ, aut tributorum ſolutio decimas

A

præceſſerit, ab ipſis quoque tributis, & cenſibus, decima deducetur[h]. Eccleſiæ quoque ipſę interdum ad decimas Rom. Põtifici ſoluendas compelluntur, ſi pro vniuerſalis Eccleſiæ vſibus ſit neceſſarium: quo caſu ſi quis dubitet, de quibus rebus ſolui debeant, diffusè hoc declarauit Bonifacius VIII. ſua Conſtitutione[i], & nõnulla quoque addidit Clemẽs V. vt ex amborum Cõſtitutionibus vobis patêre poteſt[k].

h c. cum nõ ſit in homine.
i in ext. com. cum.
k cle. 2. ubi gl.

## QVANDO, ET QVIbus ſolennitatibus res Eccleſiæ alienari poſſunt,

### TITVLVS XVII.

Qvamvis leges Pontificiæ curent, ne clericis facultates idoneæ ab Eccleſia deſint, & propterea illis præbendas ſuggerant, ea tamen bona clericorum ipſorum in dominio cenſeri nemo exiſtimet, vel quòd illis poſsint ſuo arbitrio vti, & in quoſcunque vſus transferre: nam præter quàm, quod ſuprà docuimus, quibúſnam vſibus ſint illę facultates deſtinatæ, pręterea etiam cauendũ eſt, ne alienentur, ne patrimonium Petri prodiga Prælatorum, & clericorum libidine exhauriatur: quo facto inæſtimabile damnum Eccleſiæ inveheretur, ſi opes deinde non ſuppeterent, quibus ſubleuari poſſent, qui miniſterijs diuinis omnẽ operam

tam

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ram ſuam dicarunt.

Quapropter ex Concilio apud Syluanum ſtatutum eſt, ne cui liceat alienare rem immobilem Eccleſiæ, nec mancipium, neque ſpecialis hypothecę titulo cuiquam addicere. Alienationis autem titulo diffinitum eſt contineri cōductionem, donationem, vēditionem, permutationem, & emphyteuticum contractum perpetuum[a]: & ſancitum eſt, Leoninę Conſtitutioni ſubiacere eos, qui hanc Concilij cōſtitutionem fuerint trāſgreſsi, nempe vt officio priuentur, & omne damnum illatum Eccleſię reſtituant ipſi, qui contractum inierint, aut eorum ſucceſſores: tabelliones autem de B alienatione inſtrumenta conficientes ex eadem Leonina Cōſtitutione relegantur, & iudices alienationi authoritatem pręſtantes, bonis & dignitate priuantur[b]. Quibus Symmachus pię memorię ſummus Pōtifex addidit, vt ſi quis presbyterorum, Diaconorum, ſeu defenſorum, alienanti prædium Eccleſiæ ſubſcripſerit, anathemate feriatur, niſi fortè & alienator, & qui acceperit, celeri reſtitutione ſibi proſpexerint, & liceat præterea quibuſcunq; Eccleſiaſticis perſonis contradicere, & rem cum fructibus alienatam repetere[c]. Sed & Clemens V. in Concilio Vienneſi conſtituit[d], Ne quis reli-

a c.nulli. de rebus Eccleſ. non alien.

b l. iubemus. §. œconomus. C. de ſacroſ.Eccl.

c c.ſi quis preſbyterorum. extr.eo.tit.

d cle.p.eo.tit.

A gioſus monaſterio, prioratui, Eccleſiæ, ſeu adminiſtrationi cuivis præſidens, iura, reditus, aut poſſeſsiones eiuſdem alicui ad vitam eius, ſeu aliud certum tempus pecunia etiam inde recepta quovis modo concedat, niſi neceſsitas, aut vtilitas monaſterij, prioratus, Eccleſię, aut adminiſtrationis huiuſmodi hoc expoſcat, Conventus ſui, aut ſi Conventum non habeat, prælati proprij aſſenſu accedente, & qui contra hæc fecerit, pœnam ſuſpenſionis ab officio eo ipſo incurrat, nec ex conceſsione ipſius recipiēti ius aliquod acquiratur: quod tamen ad locationes, vel etiam redituum, aut fructuū venditiones ad tempus modicum faciēdas non extenditur[e]. Prohibentur item Eccleſiæ, earumq; bona immobilia, & iura Laicis ſubigi, abſque Capituli conſenſu & Romani Pōtificis venia: ſed & omnes contractus, quovis ſint robore muniti, contra hæc celebrati, inanes decernuntur: nec impunè abeunt Pręlati, qui hęc fuerint tranſgreſsi, & Clerici, q ſeſe nō oppoſuerint: ſed & Laici, q Prælatos ad hoc cōpulerint, dignis pœnis ſubijciuntur[f]. Cùm igitur incidūt tēpora, quib. vel vtile eſt Eccleſię, vel fortè ēt neceſſarium alienationem fieri, ei erit conſulendum cū totius cleri tractatu, cōſenſu, & ſubſcriptione[g]: qua forma nō

e d.clem.p.

f c.2.in 6.

g c.non liceat. c.alienationes. c.ſine exceptione. 12.q.2.

ſeruata, nullius erit momenti alienatio [a]. Sed longe omniū pleniſsimè huic rei ꝓuidit Paulus Venetus II. dum ſua conſtitutione, quæ in viridi eſt obſeruantia, prohibuit omnium rerum & bonorum Eccleſiaſticorum alienationem, omneque pactum, per quod dominium ipſorum transfertur, conceſsionem, hypothecam, locationē, & conductionem vltra triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphyteoticū, præter quàm in caſibus à iure permiſsis, ac exceptis rebus & bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis (& tunc Eccleſiarum euidenti vtilitate) dēptisq; fructibus & bonis, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, pro inſtantis temporis exigentia, prædeceſſorum conſtitutionibus, prohibitionibus & decretis alijs ſup hoc editis in ſuo robore nihilo minùs relictis: & decreuit, Contra hæc facta nullius omninò roboris & momēti fore, & tam alienātem, quàm eum, qui alienatas res & bona prædicta receperit, ſententiæ excōmunicationis ſubiacere. Alienanti verò bona Eccleſiarum, monaſteriorum, locorúmque piorum quorumlibet incōſulto Romano Pontifice, aut cōtra ipſius conſtitutionis tenorem, ſi Pontificali, vel Abbatiali prǽfulgeat dignitate, Eccleſię ingreſſum interdicit: qui ſi per ſex menſes immediatè ſubſequentes ſub interdicto huiuſmodi obſtinatis auribus perſeuerarit, regimine & adminiſtratione Eccleſiæ, vel monaſterij, cui præſidet in temporalibus & ſpiritualibus, ſit eo ipſo ſuſpenſus. Inferiores verò Prælati, Commendatarij, & aliarū Eccleſiarū rectores, beneficia, vel adminiſtrationem quomodolibet obtinentes, prioratibus, præpoſituris, dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officijs, Canonicatibus, præbendis, alijsque Eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura, ſecularibus, & regularibus beneficijs, quorum res & bona alienarunt, dūtaxat ipſo facto priuati exiſtant, illaque abſque declaratione aliqua vacare cenſeātur, poſsintque per locorum Ordinarios, & alios, ad quos eorum collatio pertinet, perſonis idoneis (illis exceptis, quæ propterea priuatę fuerint) liberè de iure conferri, niſi aliàs diſpoſitioni Apoſtolicę ſedis ſint ſpecialiter reſeruata, vel generaliter: & nihilo minùs alienatæ res, & bona huiuſmodi ad Eccleſias, monaſteria, & loca pia, ad quæ ante alienationē huiuſmodi pertinebant, liberè reuertantur [b].

Non licet etiam Epiſcopo, vel Abbati terram vnius Eccleſiæ ad aliam vertere, quamvis ambæ in eius ſint poteſtate: ſi tamen

a c.1. in 6.

b in extrauag. 1. de reb. Eccleſi.

tamen eam commutare voluë-
rit, cum ambarum cõſenſu hoc
faciat[a]. a c.1.extr.eo.

Et permutationes rerum Ec
cleſiaſticarũ ab anteceſſore in-
conſultè factę à ſucceſſore emẽ
dari poterunt[b]. b c.2. de rer. permut.

Cauſę autem iuſtę ad aliena-
tionẽ rei Eccleſiaſticæ eſſe poſ-
ſunt: veluti ſi ære alieno ita ſit
oppreſſa Eccleſia, vt illi exoluẽ
do fructus non ſufficiant: ſi rem
alienet, quò meliorem emat: ſi
captiuos Chriſtianos redimere
velit: aut ſi res, quę alienatur, da
mno potiùs & oneri ſit Eccle-
ſię, quàm emolumento[c]. c Ab.d.c.nulli.

Sed interdum etſi nulla ſolẽ-
nitas in alienatione facienda
poſthabita ſit, ab ea tamen reſi-
lire licebit, vt ſi graue diſpen-
dium ex ea alienatione ferat Ec
cleſia: reſcindetur enim tunc a-
lienatio per in integrum reſti-
tutionem[d]. d c.p. de reb. Eccl.nõ ali.

Sed cùm ex ſuprà dictis appa
reat, ne Eccleſiaſticis quidem
perſonis licere Eccleſiaſticas
res alienare, quo deteſtabilior
eſt iudicanda Principum ſecu-
larium temeritas, qui falcem in
meſſem alienam inijcere, resq;
Eccleſiaſticas prophanis ſacri-
legiſque manibus contrectare,
easq; iure ſuo, quaſi earum dñi
ſint, alijs donare nõ dubitarint,
atque ita egentium clericorum
ſubſtantiam rapere, vel qui ab
eis hęc petere auſi fuerint: quip
pe hoc modo tentata irrita eſſe

A omnia ex Concilio Lugdunen
ſi iubentur, hocque impium &
temerarium hominum genus à
communione Eccleſiæ exclu-
di[e]. e c.2.extr.eo. de reb.Eccl

## DE PECVLIO Clericorum,

### TITVLVS XVIII.

INquirendum eſt pręterea, ſi
quis presbyterorum de rediti
bus Eccleſiæ, vel oblationi-
bus, vel votis fidelium, alieno
nomine res comparauerit, quia
quemadmodum ſuo, ita nec a-
lieno nomine fraudem facere
presbyter de facultatibus Ec-
cleſiaſticis poteſt, quoniã hoc
B ſacrilegium eſt, & par crimini
Iudę, qui ſacras oblationes aſ-
portabat, & furabatur[f]. Et qui f c.inquirẽdũ. de pecu.cle.
patrimonij nihil habebat preſ-
byter, quo tempore ad ſacrum
ordinẽ promotus eſt, ſi poſtea
prædium emerit, Eccleſię illud
acquirit, ad quam inops pro-
motus eſt[g]. Idcirco Epiſco- g c.1.eo.tit.
pus res, quas Eccleſiæ occaſio-
ne poſt conſecrationem acqui-
ſierit, proprię Eccleſię relinque
re tenetur[h]. Et presbyter, qui h c.3.eo.tit.
diœceſim tenet, de his quę eme
rit, ipſius Eccleſię nomine con-
ficere inſtrumẽta debet, aut ab
ea diſcedere[i]. Si quis ſanè cle i c.2.
ricorũ agellos, vel vineolas ſibi
paraſſe ſuſtentandę vitæ cauſa
probatus fuerit, vſque ad obi-
tum ſuum ea poſsidere poterit,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſed poſt eius deceſſum Eccleſię A erunt reſtituenda, neç teſtamētario, aut ſucceſſorio iure cuiquam hæredum prohæredúmve relinqui poſſunt, niſi forſan cui Epiſcopus propter obſequia Eccleſiæ præſtita elargiri voluërit [a].

a. c. fin.

## DE TESTAMENTIS,

### TITVLVS XIX. ET *ultimus*.

NOn alienum fuerit hoc loco breuiter etiam de teſtamentis aliqua retuliſſe: nam etſi nobis propoſitum ſit hoc volumine ea duntaxat tractare, quæ Pontificij iuris propria ſint, tamen quia hæc materia ſecundum ius noſtrum propria quędam præcepta habet à iure ciuili diſcrepantia, neceſſarium eſſe duximus, ea quoque demonſtrare, ſed primùm tamē ab ipſis Iureconſultis Cæſ. diffinitionem mutuemus.

Eſt igitur teſtamentum noſtræ voluntatis iuſta ſententia de eo quod quis poſt mortem ſuam facere voluërit [b]: in quo condendo quamvis leges Ciuiles maiorem teſtium numerū requirant, ius tamen noſtrum ea quoque teſtamenta recipit, quæ coram ſuo presbytero, & tribus vel duabus alijs perſonis idoneis facta ſint, & executionem eis concedit omni conſuetudine reiecta, quæ maiorē teſtium numerū deſideraret [c].

b. l. 1. ff. eod.

c. c. cùm eſſet. eod. tit.

Item hoc iure, qui extremam voluntatem ſuam in alterius diſpoſitionem confert, non videtur inteſtatus decedere [d]. Nec minùs executionem merebitur teſtamentum ad pias cauſas, quamvis per verba enunciatiua ad aliud prolata ſcriptum ſit [e].

d. c. cùm tibi.

e. c. fi. de ſucceſſ. ab inteſt.

Sciendū eſt, Epiſcopis, Preſbyteris, & alijs clericis, qui per B hæreditatem, vel alium modū, intuitu perſonæ aliquid acquiſierint, donare id licere, cui voluerint, dum viuunt: ſin antè obierint, quàm hoc fecerint, altari, cui ſeruiūt, omnia perpetuò conſecrantur, & in ius eius trāſeunt, ſi nullos conſanguineos habeant [f].

f. c. 1. de ſucceſ. ab inteſt. ubi gl.

## III.

### DE SACRAMENTIS *Eccleſiæ*.

Hæc de rebus ſufficiant, nūc de Sacramentis Eccleſiæ tractemus.

FINIS LIBRI SECVNDI.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# M. ANTONII CVCCHI IVRISCONSVLTI, INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI, LIBER III.

## DE SACRAMENTIS Eccleſiæ,

### TITVLVS I.

QVia mortalium conditio omniũ ita cóparata eſt, vt longè plus caliginis, quàm lucis noſtri oculi habeant in his ſpeculandis, quæ non caduca, aut fluxa ſunt, ſed cæleſtia, & æterna, cùm tamen ad illa æterna acceſſus aliàs nobis non pateat, quàm ſi ad ea mente erecta ſæpè ſuſpexerimus, ꝓpterea, vt imbecillitas noſtra, quam maximè fieri poteſt, adiuuetur, & ſenſim animos attollere, æternaque illa contueri diſcamus, nec ſemper mentem humi defixam teneamus, diuina authoritate via adinventa eſt, qua ex terreſtrium rerum oculata inſpectione, ad earum, quæ ſupra nos ſunt, mente perceptá cognitionem & cogitationem ꝑvenire poſsimus. Hacq; ratione ſeptem Eccleſiæ ſacramẽta inſtituta ſunt, quæ præter id, quòd (vt modò diximus) ſupera nos docent ſuſpicere, & efficiunt, vt animus quamvis incluſus in corpore, tamẽ foras emineat, longè ſe à corpore abſtra-

A hens. Sunt pręterea tãquam ſigna & vexilla congregationis illius, quæ Eccleſia appellatur, ſub quibus in vnum fideles cõgregantur. Sed & aliud nobis conferunt: nam caſtè à nobis, & incorruptè obſeruata humilitatis & ſubmiſsionis cuiuſdam in nobis ſpecimen oſtendunt, ex quo efficitur, vt tũ non dedignamur nos rebus infimis earum contemplatione, quæ in eis ſignificantur, pronos & obedientes effingere, ęternis digni præmijs apud Deũ habeamur, quibus item ſacramentis dum noſtram operam integrè, & ſyncerè nauamus, nóſque in eis e-

B xercemus, & animum noſtrum agitamus, efficitur, vt otioſi ne ſedeamus, multáque malorum ſemina hoc pacto vitemus[a].

Eſt autem ſacramentum corporeum quoddam elementum extrinſecus cum ſenſu inflictum, inviſibilia & incorporalia propter ſimilitudinem referens, & propter inſtitutionem ſignificans[b]. Ideoque dicuntur ſacramenta, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur: quod cernitur, ſpeciem habet corpoream: quod percipitur, fructum habet ſpiritalem[c].

a gl. c. inſtitutio. de conſecra. diſti. 2. Ab. in Ru. de ſacra. nõ iter. in fin.

b Ab. d. R. de ſacram. non iter. col. p.

c c. qui manducat. p. ea. diſtinct.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vnde à ſecretis virtutibus, vel A ſacris, ſacramenta dicũtur: quia ſub tegmento corporalium rerum diuina virtus ſecretiùs ſalutem eorundem ſacramentorum operatur[a].

[a] c. multi. §. myſterium. 1. q. 1.

Sunt autem hæc ſeptem infrà ſcripta Eccleſię ſacramenta: Baptiſmus, Cõfirmatio, Ordo, Euchariſtia, Pœnitentia, Matrimonium, & Sacra vnctio. Horum tria prima characterem animę imprimunt, ideoq́ue illa iterari nefas eſt: alia verò quatuor poſtrema, characterẽ cùm non infligant, nihil impedit, quin iterari poſsint[b]. Rurſus horum ſacramentorum quinque ſunt, quibus non habitis, vel neglectis, eorúmve aliquo, B nulla homini ſalutis æternæ ſpes eſſe poteſt: quare & Neceſſaria appellantur. Alia verò duo, matrimonium & ordo, quę & dignitatis dicuntur[c], liberæ ſunt voluntatis vnicuique, licet vniuerſo Eccleſiæ corpori ſint neceſſaria, & tametſi quis hæc nunquam acceperit, animę tamen ſalutem, & gratiam diuinam ſperare poteſt.

[b] Ab. d. Rub. col. 1. & 2

[c] c. remiſsionem. in fi. 1. q. 1.

De his igitur ſingulis videamus, & primùm de Baptiſmo, qui reliquis omnibus ianua eſt & principium[d].

[d] gl. c. 1. diſti. 4. & c. quicunque. 77. diſt.

## DE BAPTISMO,

### TITVLVS II.

Baptiſmus tanti eſt momenti, vt ſine eo nemo ſaluus eſſe poſsit, quemadmodum Chriſti ipſius voce docemur: hoc enim crimen ingenitum abſtergitur, quod cæleſtem ianuam nobis obſerauerat.

Eſt autem Baptiſmus exterior hominum ablutio cum certa forma verborum originarium peccatum delens[e]. Et lõgè maiorem vtilitatem affert Baptiſmus, quàm olim Circunciſio afferebat, quippe per Baptiſmum renatus ianuam cæleſtem ſibi reſeratam invenit, quę circuncîſis occluſa erat, quamvis culpa ingenita eis per Circunciſionem ipſam remiteretur[f].

[e] gl. c. 1. 4. diſtinctio. de conſecrat. Thom. l. 4. ſenten. diſt. 3. q. p.

[f] c. maiores. in princ.

Et duplex eſt Baptiſmus, ſolennis & ſimplex: ille multas ceremonias exigit præter verbum Dei & aquã, nam & Catechiſmos, & exorgiſmos, & multas preces, multáſque alias ſolennitates deſiderat: hic autem in caſu neceſſario in vſu eſſe ſolet.

Præcipua autem in hoc ſacramento verba ſunt hæc, EGO TE BAPTIZO, addito ſanctiſsimę trinitatis nomine[g].

[g] c. 1. extr. eo. et de cõſec. diſt. 4.

Et quãvis hoc munus baptizandi ſacerdotum propriũ ſit, tamen & laicus rectè & vtiliter neceſsitate exigente baptizare poterit. Nec, ſi hæreticus, vel paganus, aut Iudæus

dæus

A dæus baptizarit, dum modò de bita materia, fórma & intétione vtatur, ſacramentum repeté dum erit, cùm nó dignitate miniſtri, ſed virtute verbi diuini, & ſpiritus ſancti conſtet [a].

Sed quamvis hoc ſacramentum iterandum non ſit, ſi de aliquo tamen ambigatur, an ſit baptizatus, nécne, poterit ei baptiſmus huiuſmodi verbis conferri: Si baptizatus es, te non rebaptizo: ſed ſi nódum baptizatus es, ego te baptizo, addito trinitatis nomine [b].

Nemo tamen ſeipſum baptizat: at quicunque presbyter có mendatum ſibi ægrum baptizare neglexerit, adeò vt ille ſine baptiſmo è vita deceſſerit, ab officio deponendus eſt [c].

a c. in neceſſitate. cũ ſeq. ea. diſt. 4.

b c. 2. ext. co.

c d. c. in neceſſitate. cũ ſeq.

## DE CONFIRMATIONE,

### TITVLVS III.

POſt baptiſmum cóſirmatio quoque eſt Chriſtiano adhibenda, qua vndequaque munitus ſit, tanquam duplici thorace, aduerſus maligni hoſtis inſidias: ita enim fit, vt per baptiſmum genitus, poſtea per hoc ſacramentum enutriatur & creſcat, & per virtuté ſpiritus ſancti confirmetur.

Quod olim impoſitione manuum duntaxat celebrabatur, hodie ex Apoſtolorum traditione chriſma quoque adhibetur cum impreſsione ſigni ſanctæ crucis, vt externo ſigno intima vnctio, quam ſpiritus ſanctus efficit, ſignificetur: hinc ſeptiformis ſpiritus ſanctus hoc ſacramento accipitur, ſpiritus ſapiẽtiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis ac timoris.

Miniſter autem huius ſacramenti eſt Epiſcopus: quamvis cæteras vnctiones etiam ſimplex presbyter valeat exhibere [d].

Nec niſi ieiunis, & à ieiunis ex honeſtate cófertur, exceptis infirmis, & in tenui diſcrimine leti poſitis [c].

Nec iterandum eſt [f]. B

d c. uni. §. frõtis. de ſacra unct. & c. quanto. de conſuetudi.

e c ut Epiſcopi. de conſecr. diſt. 5.

f c dictũ eſt. ea. diſtin.

## DE POENITENTIA,

### TITVLVS IIII.

CVm homines p baptiſmũ renati ſunt, ſæpe in grauia crimina labuntur, quibus ne opprimantur, inſtituit Chriſtus ſacramentum Pœnitentiæ, quod poſt Baptiſmum ſit nobis tanquam ſecũda tabula in naufragio [g], cuius ope à lapſu nos erigere poſsimus [h], ſi noſtra vulnera criminibus contracta medico, id eſt, ſacerdoti nudauerimus, debita cordis cópunctione: in corde enim ſi adſit contritio, in ore confeſsio, in opere ſatisfactio, ſacramenti huius vis operatur, quę in abſolutione ſacerdotis conſiſtit. Illi enim ſol

g c. ſecunda. de pœnitẽ. diſt. 1.

h c. 1. in fi. de ſum. trin.

uendi & ligandi poteſtas diuinitùs data eſt, quam non poterit vtique cum iudicio exercere, hunc pro meritis ſoluens, illum vinciens, niſi ex peccatorũ enumeratione proprio ore facta, etiam criminum occultorũ notitiam habeat[a].

a c. uoluiſſet. de pœnitẽ. diſt. 1.

Sed quia parum fuerit, ſacramenta eſſe inſtituta, niſi etiã cura adhiberetur, vt hi quorum vtilitati eorum inventione & inſtitutione proſpectum eſt, ea non recipientes dignam mercedem habeant: idcirco in Concilio generali Innocentiano ſancitum eſt, vt quilibet Chriſtianus, vbi ad annos iudicij perveneri, quolibet anno hoc ſe ſacramento exerceat, ſua crimina proprio ſacerdoti aperiendo, niſi à Chriſtianorum communitate repelli velit, & Eccleſiæ ingreſſu arceri, & poſt mortem Eccleſiaſtico ſepulchro interdici: quo Cõcilio etiam pœna ſancita eſt aduerſus Sacerdotẽ, qui peccata ſibi Pœnitentiæ cauſa retecta quovis modo prodiderit[b].

b c. omnis utriuſque ſexus. ext. eo.

## DE SACRAMENTO Euchariſtiæ,

TITVLVS V.

VBi homo pœnitentiæ ope à lapſu exvrrexerit in domino, tum verò ei cauendum eſt, vt in bono perſeueret, ac creſcat: quem ad vſum inſtituit Chriſtus ſanctiſsimum ſuũ Euchariſtiæ ſacramentum, ſub viſibili ſpecie panis & vini, quę verum Chriſti corpus & ſanguinem nobis præbet: quo quidẽ ſacramento nullum maius eſſe poteſt, nec vlla potior oblatio[c].

c ca. nihil. de conſec. diſt. 2.

Cuius forma in illis verbis ſolennibus conſiſtit, quæ Chriſtus nobis reliquit.

Nemo autem illud facere poteſt, niſi Sacerdos, qui ritè ſit ordinatus ſecundum claues Eccleſiæ, quas conceſſit Apoſtolis, eorumq́ue ſucceſſoribus Chriſtus[d].

d c. 1. de ſum. trin. §. pe.

Illud autem ſumunt, vel illi ipſi qui id fecerunt, id eſt, ſacerdotes, aut alij, ſiue laici, ſiue ſacerdotes, quibus per ſacerdotẽ alium propinatur. Sumũt verò ipſi ſacerdotes, dum miſſam celebrant: nam quotieſcunque ſacerdos ſacrificans corpus & ſanguinẽ Domini noſtri IESV Chriſti in altari immolat, toties perceptionis corporis & ſanguinis dñi noſtri IESV Chriſti participem ſe præbeat, niſi ab ipſa cõmunione annum velit eſſe ſuſpenſus[e].

e c. relatum. in ſi. de conſecr. diſt. 2. & c. ſeq.

Miſſæ autem celebrationem Iacobus frater domini, & Baſilius Cæſarienſis adinvenerũt[f].

f ca. Iacobus. de conſecr. diſt. 1.

Eaq; non debet niſi à ieiunis celebrari[g]. Nec niſi vna miſſa à quovis ſacerdote vna eadémque die, ſi iuſta cauſa nõ ſubeſt, celebrari poteſt, die natiuitatis Dominicæ excepta[h]. Qui verò

g c. ſacramenta. ea. diſt.

h ca. ſufficit. ea. diſt. c. 3. de celebra. miſſar.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

rò pecunia inductus, vel adulationibus ſecularium plures eadem die miſſas celebrare non formidarit, hic non creditur damnationem evadere[a].

a d.c.ſufficit.

Caueat verò ſacerdos, ne dũ miſſam celebrat, & ſacramenti myſterium facere ſimulat, ſuppreſsis verbis ſolennibus, quibus ſacramentum cõficitur, panem & vinum inane tantúmodò ſumat, dũ fortè veretur miſſam celebrare, quòd ſe ſciat letali crimini obnoxium, & eam tamen propter aliquam neceſſitatem intermittere non poteſt: nam etſi leuis non ſit eius noxa, qui criminis grauis ſibi conſcius ſacramento impudenter ſeſe ingerit, longè tamẽ grauius crimen illius exiſtimandũ eſt, qui prædicto modo aliud agere, aliud ſimulare nõ formidarit: ille enim Deum ſolum, hic & Deum & populum lædit, & quod in ſe eſt, ludit[b].

b c.de homine. de celebrat. miſſa.

At laici ſacramentum de manu eorundem ſacerdotum expectant, & clerici Presbyteris inferiores: nemo enim illud miniſtrare debet excepto Presbytero, adeò vt Presbyter puniatur, qui per alium ægro ſacramentum miniſtrat[c].

c c.peruenit. de conſecr. diſt.2.

Sed quamvis olim quilibet Chriſtianus ætatis legitimę ter in anno ſacramentum aſſumere iuberetur, id eſt, in feſto Paſchatis, Pentecoſtes & natalis Dominici[d]: hodie tamen, quia

d c. & ſi nõ frequẽtiùs. de conſecr. diſt.2. Ab. d.ca.omnis utriuſque.

A decreſcente fidei feruore ægrè hoc obſeruabatur, ex Concilio generali ſancitum eſt, vt quovis anno ſaltem ſemel, idque in Paſchate reſurrectionis ad hoc conuiuium quilibet accedat, delictorum confeſsione præmiſſa: alioqui Eccleſiæ ingreſſu & Eccleſiaſtica ſepultura prohibeatur, niſi proprij ſacerdotis conſilio legitima de cauſa id diſtulerit[e].

e d.ca.omnis utriuſque.

Hoc autem ſacramentũ non, niſi ieiuno ſtomacho regulariter ſuſcipi debet[f]: conſultiusq; faciet, ſi etiam à propria vxore tribus ſaltem diebus antè, totidemq; pòſt ſe continuerit[g].

f ca. liquidò. de conſecr. diſt.2.

g c. omnis homo.ea. diſt. ubi gl.

B Presbyter curet ſacram Euchariſtiam ad omnem ægri cuiuſque repentinam neceſsitatẽ ſemper paratam habere, ne ſine ea ægros mori contingat[h], & diligenter obſeruetur, vt in cunctis eccleſijs Chriſma & Euchariſtia ſub fida cuſtodia clauibus obſignata ſeruentur, ne ad illa queat temeraria manus extendi ad aliqua nephanda patranda. Si verò is, ad quẽ ſpectat Cuſtodia, noctes, diésque ſtertens ea incautè reliquerit, tribus mẽſibus ab officio ſuſpendendus erit. At ſi propter eius negligentiam aliquod nephas inde contigerit, grauiori etiam ſubdendus eſt vltioni[i].

h ca.presbyter.ea.diſt.

i ca.1.de cuſto.Euchar.

## DE SACRA VNCTIONE, TITVLVS VI.

NOn eſt etiam omittendũ ſacræ Vnctionis ſacramentum: cuius duæ ſunt ſpecies, exterior, & interior. Illa, quæ materialis eſt, & viſibilis, invngit corpus: Hæc, quæ ſpiritualis eſt, & inviſibilis, invngit cor[a]: hæcq; per illam exteriorẽ ſignificatur.

a c. 1. §. 1. de ſacra unct.

Vngitur ergo quilibet Chriſtianus primùm in Baptiſmate bis, oleo quidem Catechumenorum priùs ante baptiſmum, mox Chriſmate ante ſolennia Baptiſmi peracta. Vngitur etiam Chriſmate, dum Confirmationis munus accipit: quod non, niſi ab Epiſcopo impendi poteſt, quamvis cæteræ vnctiones per quemvis presbyterorũ fieri poſsint. Vngitur demũ, cùm infirmatur, vt & corpus & anima ſeruentur, quæ vnctiones cuivis Chriſtiano communes ſunt. Aliæ verò non omnibus conceduntur. Epiſcopus enim Chriſmate caput, manusq; invngitur. Vngitur altare, dum conſecratur: templum, cùm dedicatur: calix, cùm benedicitur. Item vngitur Princeps ſecularis in brachio, ſeu in humero, vel armo: non in capite, vt olim[b].

b eod. titu. de ſacr. unct.

## DE SACRAMENTO Ordinis,

### TITVLVS VII.

QVia ſuprà libro primo ſatis docuiſſe arbitramur, q ſunt Clericorum ordines, ſuperfluum exiſtimaſſius hîc circa ſacramentum Ordinis pluribus inſiſtere: quod ſacramentum inſtitutum eſt, cum ſigno impoſitionis manuum, alijsq; ritibus ſolennibus. Quãvis enim Chriſtiani omnes ſint ſacerdotes, vt ſpiritales hoſtias, id eſt, ſemetipſos Deo offerre, & nomen eius laudare & vtiliter invocare in omni loco poſsint, non omnes tamen ſunt Eccleſiæ miniſtri, ſed iam inde ab Eccleſię initio ſelecti ſunt quidam, qui muneribus Eccleſiaſticis fungerentur, & hi in nouẽ claſſes diſtincti ſunt, quas ſuprà libro primo recenſuimus, quamvis Theologi infimam & ſupremam claſſem inter has non recenſeant.

Hoc autem ſacramẽtum verbis Chriſti nititur pluribus locis repetitis, & duplicem poteſtatem confert, ordinis videlicet, & iuriſdictionis: ſub quarũ altera cadit verbi diuini miniſterium, adminiſtratio ſacramẽtorum, & Eccleſiarum ordinatio ad ædificationem: ſub altera poteſtas excommunicandi, & pœnitentes abſoluendi.

## DE SACRAMENTO matrimonij,

### TITVLVS VIII.

MAtrimonium eſt Sacramẽtum, quo vir vnus vnaque mulier perpetuo & indiſſocia-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſociabili vinculo coniugantur. A Duæ etenim Chriſtiani matrimoij leges præcipuæ ſunt: Altera, vt ſit inter duos tantùm, id eſt, vnius viri & vnius mulieris coniunctio, & neutri eorum liceat corporis ſui tertio poteſtatem facere: Altera, vt hęc coniunctio, ſola altervtrius morte diſſoluatur. Etſi enim lege antiqua repudiũ non prohiberetur, id tamen illis populis duriſsimi cordis Moſes permiſerat, grauius ducẽs vxorem occîdi, quod in illis metuebatur, quàm odij cauſa dimitti: quod hodie ceſſante iam illa tanta duritie minimè neceſſarium exiſtimatur. At quod dicitur, vxorem ob fornicationem dimitti poſſe, non ſic eſt exaudiendum, quòd propterea matrimonij vinculum ſcindatur, ſed dũtaxat thori, menſæq; conſuetudo ſeparatur: quare adulterij reus erit tanquam alienum contrectans, quiſquis ſic dimiſſam duxerit.

Cauſæ autem contrahendo matrimonio, vel iam contracto adverſantes, hæ ferè ſolent hoc iure enumerari. In primis votum ſolenne contrahendũ impedit, & contractum divellit. Simplex autem votum contrahendo quidem obeſſe poteſt, non contractũ dirimere[a]. Itẽ duo, quorum alter ſit Chriſtianus, alter infidelis, ſe invicem matrimonio copulare non poſſunt[b]. Error quoq;, quo coniugum alter ducitur, dum vel in perſona coniugis labitur, credens (gratia exempli) eſſe Corneliam, quæ Sempronia erat: vel quo in coniugis conditione decipitur, exiſtimans ingenuam eſſe, quæ ſerua erat, ſolet nuptiarum validitati officere[c].

Item cognati & affines nuptias inter ſe contrahere prohibentur. Et cognatorũ quidem per lineam rectam inter ſe coniunctorum prohibitio perpetua eſt, nullo certo fine concluſa: eorum verò, qui ex tranſverſo gradu cognationis iunguntur, prohibitio vltra quartum cognationis gradum non B protenditur, & cùm diſpari in gradu ſunt, remotior ſpectatur gradus[d].

Cùm autem tres ſpecies cognationis ſint, ſcilicet Carnalis, & Legalis, & Spiritualis (quæ ſcilicet contrahitur per Baptiſmum & Confirmationẽ) quælibet harum matrimonium impedit, & infirmat, licet diuerſis modis, vt ĩ. docebimus. Cognatio autem legalis dicitur, vt ſi qua per adoptionem mihi ſoror eſſe cœperit: nam quamdiu durat adoptio, inter me & ipſam nuptiæ conſiſtere non poſſunt[e].

Affinitatis autem ratio in primo duntaxat genere habetur, non in ſecundo, nec in tertio: quod in Concilio generali In-

a c. 1. & fin. qui cle. uel uo.

b c. caue. cum ſeq. 28. q. 1.

c c propoſuit. ubi Abb. de coniug. ſer.

d c. fi. de conſang & affinitat.

e c. un. de cog. nat. leg.

nocentiano ſtatutum fuit, cùm antea & ſecundum & tertium affinitatis genus nuptias impediret, & irritaret. Ea autem prohibitio vltra quartum gradum non provehitur, cùm ante illud Concilium ad ſeptimum vſq; gradum extenderetur[a].

a c. non debet. ubi glo. & Doc. de con ſang. et affinit.

Item ex his, quæ paulo ſuprà à nobis tradita ſunt, conſtat, eum, qui iam vno matrimonij iugo premitur, alterum ſubire non poſſe: quo fit, vt ſi quis cũ duabus mulieribus verbis pręſentem actum ſignificantibus matrimonij contractum inierit, eorum prior ſola futura ſit vxor, & poſterior dimittenda, quamvis cum ea ſe iam immiſcuiſſet[b]. Eadem ratione & qui vxorem ducit eam, quam alter ſibi deſponſam verbis pręſentibus habuerat, eam dimittere cogendus eſt, pœnitentiamque ſubire[c]. Publicę quoque honeſtatis iuſtitia nuptijs obeſſe ſolet, putà ſi conſanguineus meus cum aliqua muliere ſponſalia tantùm contraxerit, quamvis nondum præſentibus verbis confirmatũ ſit matrimonium, mihi tamen ſponſi ipſius conſanguineo collocari matrimonio propter honeſtatis quãdam publicæ rationem prohibetur: quod non minùs locum habet, quamvis illa ſponſalia conſanguinitatis vel affinitatis, aut frigiditatis, aut religionis, aliáve ratione eſſent nulla,

b c. pe. & 3. et fi. de ſpõ ſal. duor.

c c. 2 de ſponſal. duor.

A dum modò eis conſenſus non deeſſet. Si quis verò ſponſalia ſub conditione contraxerit, ſi ante conditionis eventum cum alia prioris conſanguinea per verba præſentia contraxerit, cum ſecunda remanere tenebitur: nam ex ſponſalibus ſub conditione initis, ante conditionis eventum, tanquam incertis, & puro conſenſu carentibus nulla publicæ honeſtatis iuſtitia oritur[d]. Item non poteſt quis eam vxorem habere, cuius ope eiuſdem maritum interfecerit[e]: nefariæ enim habentur nuptiæ, quibus conciliandis mariti prioris ſanguis & vita pręmij quodam modo nuptiarum loco petita fuerint.

d c. iuuenis. c. ad audientiã. de ſponſal. ca. uni. eo. tit. in 6.

e c. 1. de conuerſ. infi.

B Quo exemplo nec quis eam ducere poteſt vxorem, quæ in prioris vxoris ipſius necem aliquid fuerit machinata, ſiue ei fidem dediſſet, ſe eam pro defuncta ducturum, ſiue non: quæ prohibitio perpetuò eſt ſeruanda[f]. Item non valet matrimonium cum ea, quam per adulterium polluit, ſciente contractum[g]. Cum ea quoq; matrimonium non conſiſtit, cuius conſanguinea ego olim potitus ſim[h]. Et qui cum priuigna ſua ſciens fornicatus fuerit, nec à matre debitum thori exigere, nec filiam vnquam habere poteſt vxorem: imò nec priuigna, nec ipſe vllo vnquam tempore alij ſe poterunt matrimonio

f c. ſuper hoc. de eo qui duxit in matr. quam polluit.

g ca. 1. & 2. ubi Ab. de eo, qui duxit in matri.

h ca. 2. de eo, qui conſan.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

monio copulare, niſi fortè iuuenilis eorum calor mereretur, vt diſpenſatione cum eis ageretur[a].

Item qui debitum carnis reddere non poſſunt, matrimonio apti non ſunt: quare nec impuberis vllum erit matrimonium.

Impuberem autẽ eum vocamus, qui ex habitudine corporis pubertatem præ ſe non fert, nec generare poteſt[b]. Et quilibet impotẽs repellitur[c]: quod tam in muliere, quàm in viro procedit[d]: & hoc contractum etiam matrimonium dirimere valet. Sed quia poteſt evenire, vt qui à principio impotens videbatur, potens deinde ex curſu temporis efficiatur, vt hæc quoque res ſuos fines habeat, vltra quos omni ſpe iam conſumpta alteras nuptias contrahere poſsit is, qui nullum impedimentum patitur, ſi frigiditas citiùs probari non poteſt, ſtatutum eſt, vt coniuges triennio ſimul habitent à coniugij celebrati die: quo triennio lapſo, ſi alterius impotentiam adhuc ſubeſſe fuerit probatum, licebit alteri à tali coniuge diſcedere, aliumq; ſibi matrimonio iungere. Sin ambo ſimul habitare conſenſerint potius, quàm divertere, fratris & ſororis loco potiùs ſibi invicem, quàm coniugum erunt[e].

Atq; vt cæteris negotijs curiſque vacui maiorem diligen-A tioremq; operam certis temporibus, orationibus piiſque alijs operibus nauare poſsimus, ſtatutum etiã eſt, vt illis temporibus, quæ diuino cultui potiſsimùm dedicata ſunt, nuptias contrahi quodámodo nephas habeatur, nempe à ſeptuageſima vſq; ad octauam Paſchatis, & à tribus diebus rogationum vſque ad octauam, & per totum Aduentum[f].

Item matrimonium contrahere prohibentur hi, quibus Eccleſia, ne contraherent, iuſtis rationibus interdixerit[g]. Et cùm matrimonia libera eſſe oporteat, ſatis conſtat, vi contractum matrimonium nullius roB boris haberi, niſi copula liberè ſubſequuta[h]. Hinc fit, vt pœnæ promiſsio in matrimonijs nullam obligationem pariat[i].

Furioſus quoque matrimonium contrahere non poteſt, quia legitimum conſenſum prę ſtare nequit, niſi dilucida interualla tunc haberet[k]. Item conditionibus contra matrimonij ſubſtantiam appoſitis, tale matrimonium non conſiſtit: putà, vt proles vitetur, vel donec nuptiæ digniores inveniantur, vel vt coniunx quæſtum turpiter faciat.

Aliæ verò conditiones turpes, aut impoſsibiles, matrimonium non vitiant: ſed reijciuntur, tanquam non adiectæ[l].

a ca. 1. de co. qui cogno.
b c. impuberes. de deſponſ. impub.
c c. 2. de frigi. et malefici.
d c. fraternitatis. eo. tit.
e c. laudabilẽ. ex. de frigi.
f ca. capellanus, de fer.
g to. tit. de matrim. contr. con. inter. Eccleſ.
h c. ad id quod. et c. conſultationi tuæ. ubi gl. 2. et Ab. de ſponſal. c. inſuper. qui ma. accuſ. non po.
i c. gemma. de ſponſal.
k ca. dilectus. de ſponſal.
l c. fi. de condi. appoſi.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Si qui contra ſuprà dicta prę-cepta matrimonium inierint, vbi perpetuum ſubeſt impedimentum, nihil agunt, et vbi con ſanguinitas, vel affinitas ſubeſſet, vel cum monialibus, aut religioſis, aut cum ſacratis clericis initum eſſet, excommunicationis ſententiæ ipſo iure illigati eſſent, qui tale matrimonium contraxiſſent, eóſque Eccleſiarum Prælati ſic excommunicatos publicè pronũciare debent, aut ſuis ſubditis, vt notũ id publicè faciãt, iubere, donec errore cognito ſe ſeparарint, & abſolutionem impetrarint [a]: & proles ex talibus matrimonijs ſuſcepta prorſus illegitima habetur, quę pœna etiã in clandeſtinis matrimonijs ſeruatur [b]: aliæq; pœnæ ſtatutæ ſunt, quas aliũde cognoſcere quis poteſt.

a Clem.un.de conſang. et affin.

b c.3.§.ſi uerò.de clandeſt.deſp.

Sed & ſacerdos parrochus, qui huiuſmodi coniugationibus obviàm ire neglexerit, & quilibet regularis, qui eis interfuerit, per triennium ab officio ſuſpenduntur: grauiùs etiã puniendi, ſi culpæ qualitas poſtularit [c].

c ca.fi.§ fi.de clandeſt. deſp.

Altero autẽ coniugum morte ſublato, vbi certum nuntium de hoc fuerit allatum, ſuperſtiti licebit ad alias nuptias tranſire, nec mulierem infamiæ metus deterreat tempore luctus à Cęſareis legibus nubenti præfixus [d].

d c.Euthemiũ. §.1, 2.q.3.

In ſecundis nuptijs etſi con-A iugum alter duntaxat bigamus ſit, neutri tamẽn eorum à Preſbytero benedicendũ eſt. Preſbyter hæc pręcepta non obſeruans, ab officio & beneficio ſuſpendiur [e].

e to.tit de ſecun.nup.

In cauſis ſuper matrimonijs vertentibus, vel eas quoquo modo tangentibus proceditur ſimpliciter & de plano, & ſine ſtrepitu & figura iudicij [f].

f cle. diſpendioſam.de iudic.

## DE SPONSALIBVS,

### TITVLVS IX.

ADmonet nos tractatus de matrimonio modò à nobis habitus, vt hoc loco ali-B quid etiam de ſponſalibus dicamus: quæ licet matrimoniũ in contrahendo pręcedant, nos hîc tamẽ idcirco poſtponenda exiſtimauimus, ne matrimoniũ à cęteris ſacramentis hoc titulo interpoſito diuideremus.

Sunt igitur ſponſalia, mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum. Et à ſpondendo dicta ſunt: nam moris fuit veteribus ſtipulari & ſpondere ſibi vxores futuras: vnde & ſponſi, ſponſæq; appellatio nata eſt [g].

g l.1.2. & 3. de ſponſal.

Eiſque conſtituendis vel nudus conſenſus ſufficit [h]. Vnde qui de matrimonio contrahendo purè & ſine aliqua conditione fidem dederunt, commonendi ſunt, & omnibus modis inducendi, vt præſtitam fidem obſer-

h l. ſufficit.ff. de ſponſal.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

obſeruent: ſi autem ſe invicem A admittere noluerint, ne fortè peiora inde contingant, vt eam ſcilicet ducat, quam odio quis habet, videtur, quòd ad exemplum eorum, qui ſocietatem fide interpoſita contrahunt, & poſtea ſibi invicem remittunt, hoc poſsit æquanimiter ferri [a].

Ex ſponſalibus, vt etiam titulo ſuperiore docuimus, oritur publicæ honeſtatis iuſtitia, ſi purè contracta ſint, & conſenſus non defuerit, quamvis alioqui frigiditatis, conſanguinitatis, vel affinitatis impedimentum nuptijs obſtaret [b]. Si verò ſponſalia etiã carnis commixtio fuerit ſubſequuta, iam matrimonium iuris interpretatione cenſebitur: at ſi duntaxat ad copulam eniſi fuerint, nec perfecerint, quod cupiebant, ex hoc haudquaquam matrimonium cenſebitur contractum [c].

Illud non ignorandum eſt, ſponſalia ad futuras nuptias præparandas, tanquam exordium, præmiſſa, etſi iurata etiam ſint, per aliud tamen matrimonium præſentibus verbis perfectum diſſolui [d].

Ætas ſponſalibus contrahendis apta eſt, poſt ſeptem annos.

a c.2. eo. tit.

b c.4. de ſponſal. c. iuuenis. c. ad audientiam. ext. eo. c. 1. in 6.

c c. antepe. & c. fi. ext. eo.

d c. ſicut ex literis. ex. eo.

## DE DESPONSATIONE Impuberum,

### TITVLVS X.

Quia circa impuberũ ſponſalia quædam iura præcipua ſeruantur, idcirco de his hoc ſpeciali titulo, quàm breuiſsimis verbis poterimus, dicendum eſt.

Impuberes igitur matrimonium contrahere non poſſunt: quod etiam ſuperiore titulo docuimus. Et impuberes dicuntur, qui propter ætatem generare non poſſunt. Magnæ tamẽ alicuius neceſsitatis cauſa, putà pacis conciliandæ, quandoq; talis coniunctio concedi ſolet [e]. Sponſalia quidem impuberibus, dum ſeptennium exceſſerint, vt etiam ſuprà diximus, habere licet: à quibus tamen, vbi ad pubertatem vterq; B pervenerit, poterunt diſcedere.

Sed ſi eorum alter id ætatis maturiùs attigerit, alterum tamen, quoad ille etiam eò ætatis pervenerit, præſtolari erit neceſſe. Sin eorũ alter iam tum, cùm ſponſalia facta ſunt, matrimonio maturus eſſet, non licebit ei à ſponſalibus diſcedere, niſi & eius cõſors pubes factus in id conſenſerit [f], nihil ſuffragante callida verborum interpretatione, vt inter impuberes matrimoniũ conſiſtere poſsit, adeò vt quãvis huiuſmodi verba emanârint, quibus præſens matrimoniũ ſignificetur, ſponſalia tamen duntaxat efficiantur [g]: nec quicquam proderit, quòd impuberes hi ſponſali-

e c.2. ext. eo.

f c. de illis. ex. eod.

g c. fi. extr. eo.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

bus contractis ad carnis copulam ſint eniſi [a]. Quemadmodum autem ab impuberibus matrimoniũ contrahi non poteſt, ita etiam ab infantibus ſponſalia contrahi prohibentur, cùm eorum nullus ſit conſenſus: quare ab his contracta ſponſalia ne publicæ quidem honeſtatis iuſtitiam parient [b]: quod etiam ſuprà docuimus. Nec ætate iuſta ſuperveniente quicquam eis roboris accedet, niſi per cohabitationem & con ſuetudinem eorum mutuam, aut aliud factum, vel verbum eorum aliquod appareat, eos in eadem voluntate maiores ſeptennio factos perſeuerare [c]. Quo tamẽ caſu per ſubſequens B aliud matrimonium ſolui potuerũt [d]. Planè ſi maior ſeptennio minorẽ ſeptennio duxerit vxorem, & ad ſe traduxerit, ex hoc publicæ honeſtatis iuſtitia orietur [e].

Porro ex ſponſalibus, quę parentes pro filijs puberibus, vel impuberibus contrahunt, filij ſiue tacitè, ſiue expreſsè cõſenſerint, obligantur, et ex eis publicæ honeſtatis iuſtitia oritur [f].

a c. atteſtationes.
b c. literas. ex. eod.
c c. uni. in pri. eo. tit. in 6.
d c. duo pueri. ex. eod.
e c. iuuenis. de ſponſal.
f c. un. in fi. in 6.

## DE DIVORTIIS,

### TITVLVS XI.

QVod diximus ſuprà, Diuortiũ hodie iure diuino prohiberi, de matrimonijs ſecundũ leges Canonicas contractis intelligendum eſt: ma- A trimonia verò legibus Canonicis interdicta, nõn dubium eſt, quatenus de facto proceſſerint, retractari: quos caſus ferè ſuprà recenſuimus, quæ tamen diſſociatio abſque iudicio Eccleſiæ fieri non debet [g]. Item cùm mulier viro abſente, cuius de morte falſum nuntium acceperat, alteri ſeſe copulauit, eo pòſt reverſo, quem mortuũ falſò crediderat, poſteriore matrimonio dimiſſo, ad prius quàm citiſsimè redire eſt compellenda [h]. Item ſi coniugum infidelium alter ad Chriſtum con vertatur, altero in vetere errore perſeuerante, & vel cohabitationẽ detrectante, vel blaſphemiæ cauſam præbente, poterit ad alias nuptias abſq; Eccleſiæ licentia tranſire [i]. Illo quoq; caſu diuortiũ permittitur, cùm diuerſæ religionis homo, qui ex ſua lege plures vxores habebat, ad noſtram poſtea religionem melioribus auſpicijs migrans, cæteras omnes præter primam dimittere compellitur ex noſtrę legis prȩceptis, vel ad primam redire, quam alia ſuperducta repudiauerat [k]. Sed ſi contingat coniuges Chriſtianos quandoq; à ſe invicem ſeparari ob altervtrius fortè adulterium, vel aliam ſimilem cauſam, non tamen id propriè erit diuortium: quia matrimonij vinculũ ſolutum ex hoc nõ eſt. Vnde neuter eorum altero ſuperſtite

g c. 3. de diuort.
h c. 1. 2. & 3. 34. q. 1.
i c. quanto. de diuort.
k ca. gaudemus. eo. tit.

perſtite alias nuptias experiri poteſt: quod & ſuprà nos ſcimus docuiſſe [a].

a ſuprà de matrimo.

## DE CONVERSIONE coniugatorum,

### TITVLVS XII.

ETſi religionis cauſa ſemper & vbique præcipua ſit, non tamē ſic ei fauent iura Pontificia, vt matrimonia legitimè contracta altero coniugum invito hac cauſa dirimi cōcedant: neq; enim vult Deus tale lucrū cum tali diſpendio compēſare. Quare ſi coniugum alter ſine alterius conſenſu religionem fuerit ingreſſus, poterit ab altero ad thori conſortiū retrahi, nec tamen matrimonio alterius morte ſoluto ad monaſteriū redire compelletur, quamvis in cælibatu eum poſthac viuere oporteat [b]. Sed & ſi vir conſenſu per metum, vel dolum ab vxore extorto, religioni ſe devouiſſet, vxori petenti eſſet nihilo minùs reſtituendus [c]: ſi tamen carnis copula inter coniuges nondū interceſſerit, quamvis præſentibus verbis matrimonium eſſet contractū, poterit coniugum alter etiam altero invito ad monaſteriū tranſire, & alter in ſeculo remanens etiā alteris nuptijs operam dare, ſi continentiam monitus non ſeruarit, cùm nondum vna caro effecti eſſent [d]. Sed ne hoc velvti commento oportuno ad

b c.quidam intrauit.

c accedens. ubi Ab.

d ca. 2.

A nuptias deludendas poſt iam præſtitum conſenſum abvtantur, erunt partes Epiſcopi certū terminum cautione idonea recepta præfigere illi, qui à matrimonio ad monaſterium tranſire ſe velle dixerit, intra quem vel religionem ingrediatur, vel in coniugio conſtans ſit [e]. Poterunt etiam poſt confirmatum & conſumatum iam matrimonium coniuges pariter concordes monaſterio ſe dicare, vel alter eorum altero continentiam vouēte, cùm ſuſpicio nulla ſubeſſet, ne integrè eam eſſet ſeruaturus [f]. Vnus eſt caſus, quo, vel renitēte vxore, maritus ſe religioni addicere poteſt, cū videlicet vxor adulterij rea eſt etiam ſub

B matrimonij ſpecie contracti [g].

e c.ex publico.

f ca. cum ſis.

g c.cōſtitutus.

## DE GRADIBVS cognationum,

### TITVLVS XIII.

NVnc videamus, quemadmodum gradus cognationis naturalis numerentur, & primùm admonendi ſumus, Cognationem aliam ſuprà numerari, aliam infrà, aliam ex tranſverſo. Superior cognatio eſt, parentum: hoc enim vocabulo generaliter oēs appellare licet, qui per directam lineam aſcendunt, quotcunque perſonis ſeu gradibus à me diſtent. Inferior cognatio, eſt liberorū: quæ vox omnes continet, quicunque à me deſcen-

dunt, quotuſcumq; gradus inter me & ipſos interiectus ſit.

Ex tranſverſo autem cognati ſunt, qui cùm à parẽtibus meis & ipſi oriantur, in me tamen non influunt, neq; ego in illos, ſed aliorſum deflectunt, à linea diſcedentes, quæ ex me perpetuanda eſt: velvti, gratia exempli, Frater mihi tranſverſalis eſt: nam etſi ab eodem patre ortus ſit, à quo ego, alium tamen curſum à me tenet: in me enim nõ influit, nec item ego in illum, & alia ab eo linea ducenda eſt, alia à me. Sic Patruelis frater, vel conſobrinus, eundẽ quem & ego, auum referunt, ſed diuerſis tamen riuis ab eo deſcendimus, cùm diuerſis patribus B orti ſimus: quæ exempla in his duabus ſpeciebus poſita, ad multas alias transferri poſſunt.

Contrà parentes linea recta nullis flexionibus in me decurrunt: nam abauus in proauum, iſque in auum, qui auus in patrem, & pater demum in me influit. Quæ ratio pariter in deſcendentibus conſtituenda eſt, quotcunque in lineas, vel riuos ſe diuidant. Inter hos igitur perpetua prohibitio matrimonij eſt, etſi in alias atque alias ſtirpes in infinitum eſſent propagati. Quocirca haud malè ſentiunt, qui tradiderunt, Adamo illi primo totius humani generis parenti, ſi hodie A ageret in humanis, nullum repertum iri mulierem, quæ citra violatæ legis pœnã illi nubere poſſet: à quo tamẽ, quis neſcit, quot, quamq; ſæpe propagatis & multiplicatis ſtirpibus deducti ſimus?

Gradus autem hoc modo ſecundum ius noſtrum numerantur:

Primo gradu Suprà ſunt, Pater, Mater: Infrà, filius, filia: Ex tranſverſo, frater, ſoror: quãvis ſecundũ leges ciuiles, frater & ſoror, in ſecundo gradu locentur, & Iuſtinianus Imperator docuerit, lineam, quæ ex tranſverſo ducitur, à ſecundo gradu, ſcilicet Fratris & Sororis, incipere[a].

[a] Inſt. eo. & l. 1. in prin. ff. eo.

Secundo gradu Suprà ſunt, Auus, auia. Infrà, nepos, neptis: Ex tranſverſo, fratris, ſororíſve filius, vel filia: & convenienter, patruus, amita: auunculus, matertera: frater patruelis, vel amitinus: ſoror patruelis, vel amitina: Conſobrinus, conſobrina.

Tertio gradu Suprà ſunt, Proauus, Proauia: Infrà, Pronepos, proneptis: Ex tranſverſo, patruus magnus, amita magna: auunculus magnus, matertera magna: propior ſobrinus, propior ſobrina, & eorum filius, & filia: fratris patruelis, vel amitini, ſororis patruelis, vel amitinæ, item conſobrini, vel conſobrinæ filius, filia: fratríſque, vel ſororis, nepos, vel neptis.

Quarto

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quarto gradu Suprà, abauus, A abauia: Infrà, abnepos, abneptis: Ex tranſverſo, propatruus, proamita: proauunculus, promatertera, & eorum filij & filię, nepotes & neptes, pronepotes & proneptes: item propioris ſobrini, & propioris ſobrinæ nepos, neptis: item fratris patruelis, vel amitini, ſororis patruelis, vel amitinæ, conſobrini, vel cõſobrinæ nepos, neptis: & demum fratris & ſororis pronepos, & proneptis.

Et hęc vſque ad quartum gradum tradidiſſe ſufficiat: nã cùm hodie vſque ad quartum gradũ duntaxat nuptiæ prohibeãtur, nihil attinet hoc loco vlteriores gradus cognoſcere.

Sed quò vnuſquiſque per ſe diſcat has computationes graduum inire, hoc præceptum generale ei tenendũ eſt, Vt in ſubducendo aſcendentium & deſcendẽtium calculo tot gradus cenſeantur, quot interceſſerint perſonæ vna dẽpta: veluti, gratia exempli, à me ad abauum, quinque perſonæ numerantur: Ego, Pater, auus, proauus, abauus. Hîc igitur inter me & abauum quatuor gradus recenſebuntur. In tranſverſalibus verò hæc ſit regula generalis, Vt quiſque ex collateralibus meis tot gradibus à me diſtare dicatur, quot gradibus à ſtipite is diſtet ex nobis, qui ab ipſo ſtipite remotior eſt: quare ſi ego ſtipiti duobus gradibus vicinus ſim, tu ab eodẽ ſtipite quatuor gradibus abſis, quarto gradu mihi eris coniunctus [a]: at ſi neuter altero longiùs à ſtipite abſit, tot gradus inter nos cognationis referentur, quot noſtrum vteruis ab eodem ſtipite remotus eſt.

[a] c. ſi ubi gl. de conſan. & affin.

Suprà dictorum autem vocabulorum ſignificatio hæc eſt.

Patruus, dicitur frater patris.

Amita, eſt matris ſoror. Auunculus, frater matris. Matertera, ſoror matris. Fratres patrueles dicuntur, qui ex duobus fratribus nati ſunt, quemadmodum & Sorores patrueles. Fratres amitini, vel ſorores B amitinæ ſunt, qui, qúæve ex fratre & ſorore ſunt orti, vel ortæ. Conſobrini, qui ex duabus ſororibus. Patruuş magnus, Amita magna ſunt, aui frater & ſoror. Auunculus magnus, matertera magna, ſunt auiæ frater & ſoror. Propior ſobrinus, Propior ſobrina dicũtur, filij & filiæ ex patruo magno, amita magna, & auunculo magno, & matertera magna.

Propatruus, Proamita dicuntur proaui frater & ſoror: proauunculus, promatertera, proauiæ frater & ſoror.

## DE GRADIBVS, ET generibus affinitatis,

### TITVLVS XIIII.

CVm ( vt ſuprà docuimus) quædam iura etiam inter affines verſentur matrimonijs obſtantia, non erit ab re de affinium quoq; gradibus & generibus pauca hic diſſerere.

Eſt igitur affinitas, vt Ioanni Andr. placuit, perſonarum neceſsitudo ex coitu proveniens, omni carens conſanguinitate, id eſt, ſanguinis parentela.

Nec refert, an coitus ſit legitimus, id eſt, per nuptias legitimas contractus, an id minùs, quandoquidem etiam per coniunctionem illicitam affinitas contrahitur impediendis nuptijs apta: omnes enim, qui mihi conſanguinei ſunt, illi efficiuntur affines, cum qua mihi coniunctio carnis conſumata fuit, & invicem ipſius mulieris conſanguinei omnes mihi affines ſunt. Ego verò & ea mulier invicem affines nõ ſumus: nos enim tantummodò affinitatis principium & origo ſumus.

Conſanguinei quoque mei nullo affinitatis vinculo iuncti ſunt conſanguineis fœminæ à me cognitæ [a].

[a] Ioã Andr. in arbore affi.

Affinitas & ipſa tres ordines habet, quemadmodum cognatio, videlicet aſcendentium, deſcendentium, & collateralium.

Aſcendentium affinium nomina ſunt: veluti, ſocer, ſocrus, id eſt, mariti vel vxoris, pater & mater: vitricus, id eſt, præſens maritus matris meæ, à quo ta- A men ego genitus non ſim: nouerca, id eſt, præſens patris mei vxor, quæ me tamen non genuit. Aliorum autem ſuperiorum affinium nomina non recenſeo, cùm ferè ſint eadem, quæ conſanguineorum, vel ſola particulæ huius, Pro. adiectione diſtinguuntur, vt proſocer, & ſimilia. Infrà ſunt, veluti gener, id eſt, filiæ maritus: nurus, id eſt, filij vxor: priuignus, vel priuigna, id eſt, vxoris, vel mariti filius, filia, ex alio marito, vel alia vxore ſuſcepti: & vlteriores, quibus præpoſitio, Pro. ſolet accedere, vt progener, id eſt, maritus neptis [b]. Collaterales affines ſũt, B qui vel vxori, vel marito conſanguinei ſunt ex tranſverſa linea iuncti. Eorum autem affinium, qui iuſtis nuptijs parantur, ſpecialia nomina ſunt hæc, videlicet Leuir, qui eſt frater mariti: Sororius, qui eſt vir ſororis: Glos, quæ eſt ſoror mariti: Fratriſſa, quæ eſt vxor fratris, quæ & ipſa glos rectiùs dici poteſt: Ianitrices, ſeu Inateres, quæ ſunt duorum fratrum vxores [c]. Alij autem ſpecialia nomina non habent, ſed illo cõſanguinitatis nomine ferè ſolent appellari: quó nomine, vel gradu ab eo nuncupantur, cuius cauſa affinitatem contraxerunt, veluti qui vxoris meę conſobrinus, vel patruelis eſt, is & mihi conſobrinus, vel frater patrue-

[b] c. infantes. §. affinitates. 3.q.7. ubi gloſ. ue. præpoſitio.

[c] c. quod autẽ. 35.q.6.

truelis appellabitur, & de ſimilibus. In his igitur, cū ſcire voluerimus, an cum eis nuptię cō trahi poſsint, non ſolùm inſpiciemus, quoto gradu affinitatis inter ſe devincti ſint, ſed etiam (vt ſuprà attigimus) inſpiciendum erit, quo in genere affinitatis exiſtant: nam etſi olim & in ſecundo, & in tertio affinitatis genere nuptijs non eſſet locus, hodie tamen aliud ſeruari ex Concilio generali Innocentiano ſuprà demonſtrauimus, vt ſcilicet in primo genere dun taxat prohibitæ cenſeãtur, idq; ad quartum vſque gradū. Sed ne quid ad huiuſce rei notitiá deſideretur, declaremus etiam, quando in primo genere affini tatis, vel ſecundo, vel vlteriore quis eſſe dicatur.

Eſt igitur ſciendum, quòd illa perſona, cum qua conſangui neus meus carnis copula coniungitur, mihi in primo genere affinitatis eſt: in eo autem gradu eſt affinitatis, in quo gradu conſanguinitatis mihi eſt ille, ex cuius perſona affinitatem acquiſiui: quo conſanguineo mortuo, ſi ea mulier alteri nubat, vel cum alio per carnis con iunctionem immiſceatur, is ſecundus eius mulieris maritus, vel qui eam abſque nuptijs cognouerit, mihi in ſecundo genere affinitatis hoc facto adſcitus erit: qua muliere defuncta, ſi vir, vel amicus eius, quem

A dixi modò affinitatis genere ſecundo mihi eſſe coniunctum, ſuperſtes ſit, alterámque vel ducat vxorem, vel ſine matrimonio etiam per carnis copulam cognoſcat, ea mulier mihi ex tertio affinium genere iuncta erit. Sed quamvis in hac tertia perſonarum mutatione genus quoque ipſum ter variatum ſit, vt modò primum genus affinitatis diceretur, nunc ſecundum, poſtremò tertium, gradus tamen idem ſemper fuit nunquam variatus, quamvis genus mutaretur. Nam finge, quòd ille conſanguineus meus mihi in primo gradu conſanguinitatis coniunctus eſſet,
B eodem in gradu affinitatis erit mihi mulier ab eo cognita, nec mutabitur gradus poſtmodum in perſona alterius eiuſdē mulieris viri, & demum hac muliere ſublata lege naturæ, non à muliere ſuperſtite ipſius viro cognita non minùs mihi adhuc erit in primo gradu affinitatis, quàm prima fratris mei vxor, eiúſque vxoris ſecundus maritus, quamvis ille in ſecundo genere affinitatis mihi eſſet, hæc in tertio.

Atque his quidem modis genera affinitatis colligūtur: quæ tametſi omnia præter primum à nuptiarum contractibus abolita ſint, vt iam ſæpe oſtendimus, quia tamen haud ita facilè primum genus fuiſſet per-

ceptũ,niſi & altera duo ad maiorem declarationem ſubdidiſſemus,non abſurdum fore iudicauimus, hæc quoque duo poſtrema declarare. Maneat igitur,alio modo genera affinitatum eſſe dimetienda, quàm gradus: & gradus quidem affinitatis ex gradibus conſanguinitatis illius dinumerari,à quo affinitatis cauſam & originem ducunt:genera verò ex perſonarũ varietate & acceſsione propter carnis immixtionem interveniente variari.

## DE COGNATIONE ſpirituali,

### TITVLVS XV.

Cognatio quoque ſpiritualis, vt ſuprà indicauimus, non leue impedimentum nuptijs eſſe ſolet.

Cognatio autem ſpiritualis dicitur illud vinculum, quod ex eo contrahitur, dum quis alij munus baptiſmi, vel confirmationis impẽdit,ſeu dum impenderetur, ei tanquam pater aſtitit. Ex his enim duobus ſacramẽtis tantùm, Baptiſmo ſcilicet & Confirmatione, cognatio hæc contrahitur,quæ cognationẽ naturalem in multis imitatur[a]. Hęc autem cognatio inter tres perſonas primùm initur, à quibus ad alias quoque earundem cauſa emanat:nam inter illum qui ſacra-

a Ab. in Rubri de cog. ſpir.

A mentis augetur,& illum qui ſacramentum miniſtrat, & illum præterea qui his ſolennibus ꝑ ſacramentum accipiente intervenit,tanquam eius tutelam ſuſcepturus, qui compater vulgò appellatur,cognatio contrahitur præcipua: ſiquidem & ſacramenti miniſter, & ille qui aſsiſtit, quò tutelam accipiat (quẽ diximus vulgò compatrem appellari) baptizato,ſeu cõfirmato,pro patribus habentur. Quorum cauſa ad alios quoque fluit cognatio: nam eorundem miniſtri & tutoris ſeu compatris vxores antea cognitę baptizato, ſeu confirmato, eorumque parentibus cognatione devinciũ-

B tur:eorum verò filij ſolis baptizatis,vel confirmatis, non etiã eorum parentibus hac neceſsitudine iunguntur[b]. Filij autem duorum compatrũ, quorum nemo cognationi cauſam dedit, quæ inter eorum patres intercedit ſpiritualis, cognati inter ſe dici nõ poſſunt: ideoq; matrimonium inter ſe contrahere non prohibentur, niſi con ſuetudine aliqua fingatur eos cognatos eſſe[c].

b gl.ca. 1.in fi.co. tit. in 6. Abb. c. Martinus. col fi. extr. co. in fi.

c c.2. extra. eod.

Si vir aut mulier filium proprium de ſacro fonte etiam ſciens ſuſceperit, non tamen idcirco à ſe invicem ſeparandi ſunt, nec corporis poteſtatẽ alter alteri ſubtrahere poteſt[d]; ne hãc tanquã anſam ad thori ſeparationẽ alter eorum aucupetur.

d c.2. extra. eod.

Quam-

Quamvis non plures, quàm A vnus vir, vnáquæ mulier accedere debeant ad ſuſcipiendum de baptiſmo infantem, ſi tamen plures acceſſerint, cognatio inde contrahitur, matrimonia cótrahenda impediens, ac etiam pòſt contracta diſſoluens.

De confirmatione inſuper, quantum ad hoc, idem iudiciũ eſt habendum [a].

a c.fin.in 6.

Per Catechiſmum quoque, qui Baptiſmo tanquam exordium eſt, cognatio hæc inducitur, per quam contrahendum matrimonium impeditur, per eam tamen matrimonium contractum poſtea non ſeparatur [b].

b c.p.in 6.

Poſtremò ſciendum eſt, hanc B cognationem ad nepotes non extendi.

## IIII.

### DE IVDICIIS.

Et hæc de Sacramentis hactenus dicta ſufficiãt: nũc ad quartam, eandemq́ue vltimã noſtri inſtituti partẽ accedamus, quæ eſt de iudicijs.

## DE IVDICIIS,

### TITVLVS XVI.

IVdicium, eſt actús trium perſonarum in iudicio contendẽtium [c]: quod vel coram Ordinario, vel coram delegato exercetur. Sed & Arbitria ad inſtar iudiciorum ſunt redacta [d].

c Doct.in Ru. extra.cod.

d l, p.de ar.

Et aliud eſt iudicium ſummarium, aliud ordinarium, de quo infrá.

Item aliud eſt poſſeſſorium, aliud petitorium. Petitorio quidem iudicio agitur de rei dominio & proprietate. Poſſeſſorio agitur de poſſeſsione: idq́; tribus ferè modis, vel vt retineatur, vel vt quæratur, vel vt recuperetur poſſeſsio. Et cùm ſuper poſſeſſorio & petitorio ſimul eſt actum, vtrumque vna ſententia terminari debet: ſed licet in pronunciando ſit poſſeſsio præmittenda, in executione tamen debet proprietas prævalere [e].

e c. cùm dilectus.de cau. poſſ.

In Iudicio ordinario ſic proceditur: nam in primis actor libellum iudici offert in ſcriptis reo citato reddẽdum, cum quo litigaturus eſt [f]. Citatio enim in omni actu, quo pręiudicium inferri poſsit, neceſſaria eſt, adeò vt nullatenus tolli poſsit [g], cùm ſit iuris naturalis. In libello actor ſuũ, iudicisq́; nomen, & rei conventi comprehendet, remq́ue petitam, & petẽdi cauſam [h]. Non tamen actionis nomen hoc iure eſt neceſſariò in libello exprimendum, etſi aliud Cæſareę leges decernãt, ſed ſatis fuerit ſimpliciter, & purè factum ipſum & rei veritaté proponi [i]. At ſi in hoc quoq; peccatũ fuerit, reus erit à iudicij obſeruatione abſoluẽdus, ſeruata actori poteſtate aptiùs agẽdi [k].

f c. offeratur. 3.q.3.

g cle.paſtoralis. de re iu.

h c.1.ubi gl. de libell.obla.

i c.dilect.de iudic.

k c.examinata,de iudic.

Nonnulla verò ſolent frequẽter per reũ opponi priùs, quàm ad merita cauſæ, & litis conteſtationem perveniatur, putà q, iudex incompetens ſit, vt ſi fortè iudex laicus clericũ conveniret: neque enim clericus à iudice laico, vel diſtringi, vel condemnari poteſt, pœna etiã excommunicationis iudici imminente, qui id fecerit[a]. Vel ſi quis corã non ſuo Epiſcopo conveniatur[b]. Vel ſi alia huiuſmodi opponantur, quibus iudicis declinetur, vel recuſetur iuriſdictio. Item ſi actor ſit excõmunicatus, à limine iudicij repellẽdus eſt: conventus tamẽ debet, quamvis excommunicatus ſit, per alium reſpondere, ne videatur de ſua malitia commodum reportare[c]. Sed & multa alia ſunt, quæ vel contra actoris perſonam, vel aliàs ad impediendã litis conteſtationem opponi ſolent, quæ miſſa fiunt, ne extra propoſiti noſtri normam vagẽtur: poſt quæ ad litis conteſtationem venitur.

a c.2. de foro comp.
b c.1. de foro comp.
c c. intelleximus. de iudic.

Ea verò non per poſitiones, & reſponſiones ad eas, ſed per petitionem in iure propoſitã, & reſponſionem ſequutam celebratur[d]: nec per exceptionẽ peremptoriam litis conteſtatio facta intelligitur: imo litis conteſtatio fieri nihilo minùs debebit[e], niſi ex illis exceptionibus ſit, quæ litis conteſtationem impediunt[f]: veluti ex- [A] ceptio rei iudicatæ, tranſactæ, vel finitæ[g].

d c. uni. de lit. conteſt.
e c. fin. de lit. cõteſt. in 6.
f d. c. fin.
g c. 1. de lit. conteſt. in 6.

Contumace autem exiſtente reo, in actione quidem reali mittendus eſt in poſſeſsionem rei petitæ actor, vt tædio affectus reus veniat reſponſurus: qui ſi intra annum venerit, iudicio ſiſti cautione prẹſtita, & exhibita ſatisfactione congrua, expenſarum poſſeſsionem recuperabit: cautione autem intra annum non præſtita, actor poſt annum verus conſtituetur poſſeſſor, ſuper proprietate dũtaxat aduerſæ parti defenſione legitimè reſeruata: ſed alienarum rerum immobilium poſſeſſor dominum in iudicio ſtatim [B] nominare debet, eique certus terminus à iudice præfinietur, quò domino id notum facere poſsit, vt ipſe veniens, vel idoneum derigens, reſponſalem actoris intentionem excipiat: quo nec veniente præſcriptio longi temporis nihilo minùs hoc facto interrupta cẽſebitur: &, ſi dominus tribus edictis vocatus nõ venerit, negotio ſummatim examinato, actor in poſſeſsionem rerum petitarum mittendus erit, omni allegatione abſenti ſuper principali quæſtione reſeruata[h]. Si autem perſonali actione conventus reus, eo, quo ſuprà dictũ eſt, modo contumax fuerit, vel mittẽdus eſt actor in poſſeſsionem mobilium ipſius, vel immo-

h c. quoniam. frequenter. §. fin. ut lite non conteſt.

mobilium, ſi fortè mobilia non habeat, pro modo debiti declarati: vel in contumacem eſt Eccleſiaſtica ſententia proferenda, ita vt altervtra pœna, quæ veriſimiliter magis metuenda ſit, iudex à principio contentus ſit, ad alteram nihilo minùs proceſſurus, ſi hoc meruërit proteruitas contumacis, qui veniens infra annum, vel poſt annum etiam iuxta diſtinctionem in alio caſu ſuperiùs annotatam, audietur[a]. At ſi poſt litem conteſtatam reus contumax ſit, & de cauſa liqueat, diffinitiua ſentẽtia poterit ꝓferri: ſin nõ liqueat, actor in verã poſſeſſionem poterit tñ immitti[b].

a d.c. quoniã frequenter. §.fin.

b c. prout nobis. de dolo et contuma.

Actore autem ipſo in contumacia conſtituto, teſtes recipi etiam lite non conteſtata, & reo inſtante ſententia ferri poterit[c].

c c.2. de dolo & contumacia.

Regulariter autem lite non conteſtata nõ eſt ad teſtium receptionem procedendum, niſi de teſtium morte fortaſsis timeatur, vel abſentia diuturna: quibus caſibus, cùm ciuiliter eſt agendum, ne veritas occultetur, & ne probationis copia fortuitis caſibus ſubtrahatur, ſenes, & valetudinarij, & alij teſtes, de quibus ex rationabili cauſa timetur, etiam lite non conteſtata admittendi ſunt, ſeu pars conventa ſit contumax, ſeu ſit abſens abſque malitia, vt conveniri non poſsit. A teſtationes tamen huiuſmodi non valebunt, niſi actor convenerit aduerſarium intra annum, ex quo potuit, vel niſi huiuſmodi teſtium receptionem illi denunciauerit[d]. Poſſunt etiam alij caſus incidere, quibus lite non conteſtata recipi teſtes opus ſit, vt (verbi gratia) ſi ſuper alicuius electione, vel copula maritali quęſtio moueatur, præſertim ſi propinquitatis gradus opponatur lege diuina prohibitus: nam ſi contumax fuerit, is, contra quem agendum erat, ſeu quia citatione peremptoria accepta venire contemnat, ſeu quia ſe ipſum malitioſè occultet, ſeu B quia impediat, ne ad ſe citatio perveniat, poterunt teſtes lite non conteſtata recipi, & vbi de cauſa liqueat, ad ſententiam procedi. Item quando exceſſuum inquiſitio contra contumacem, vel teſtium publicatio imminet facienda, quia ſuper aliquo contractu in poſterum quæſtio metuatur, poterunt abſque litis conteſtatione teſtes produci[e].

d d.c. quoniã frequenter. in prin.

e d.c. quoniã frequenter. §. porrò. et §. ſunt & alij.

Poſt litis conteſtationem iuramentum calumniæ præſtandum eſt, quo hæc iurans affirmabit, quòd ſe credit bonam cauſam fouere, rogatusq́; omnia fatebitur, quæ vera crediderit, nec ſciens falſa ꝓbatione vtetur, iurabitq́; ſe nihil dediſſe, aut promiſiſſe, daturúmve eſſe,

aut promiſſurum, propter eam cauſam alicui his exceptis, quibus leges dare permittunt, ſeq; dilationē in fraudem nūquam petiturum: etſi hoc poſtremum tutiùs fortè omitteretur[a].

Contingit etiam interdum, vt reus conventus alium viciſſim libellum ex aliqua cauſa cō tra actorem proponat: quod vbi incidit, debet iudex etiā delegatus actorem in cauſa reconventionis ad reſpondendum in continenti cogere, & vtranque cauſam vna ſententia terminare[b].

Arbitri verò non poſſunt, niſi de his, ſuper quibus in eos cō promiſſum fuit, iudicare: propterea coram eis reconventioni locus non eſt[c].

Hæc in iudicijs vtplurimùm intervenire ſolent: videlicet, citationes, dilationes, recuſationes, exceptiones, petitiones, reſponſiones, interrogationes, confeſſiones, teſtium depoſitiones, inſtrumentorum productiones, interlocutiones, appellationes, renunciationes, concluſiones: quæ omnia acta viri idonei in id deputati conſcribent, ita vt originalia penes ipſos remaneant ad fidem faciē dam, exempla partibus volentibus dentur[d].

Libello igitur, vt ſuprà diximus, dato, litiſque facta cōteſtatione, & re diſcuſſa, concluſioneq; etiam in cauſa habita,

a c.1. de iura. calu. ubi gl. & Abb.

b c.1. de metu. petit.

c c. cū dilectus. de arbitr.

d c. quoniam contra falſam de probat.

A & partibus peremptoriè citatis, ſententia eſt proferēda, quæ debet ab ipſo iudice ſedente, non ab alio, de ſcripti recitatio ne proferri. Epiſcopo tamen propter dignitatis prærogatiuam licebit ad exemplum illuſtrium perſonarum, etiam per alium ſententiam recitare[e].

Sciendum eſt autem, ſententiam alijs nō nocere, q̄ eis, inter quos lata eſt: eo tamē excepto, q, cùm ſibi primùm actio, vel exceptio de ea re competeret, paſſus eſt, eum, à quo cauſam habuit, experiri[f].

Duobus autem iudicibus diuerſas ſententias proferētibus ex iuriſdictione ordinaria, B tenet pro reo, non pro actore ſentētia, cauſa fauorabili excepta, putà cauſa matrimonij, libertatis, dotis, teſtamenti. Si verò ex delegata poteſtate fuerint latæ, vtraque ex arbitrio delegantis pendebit: at ſi ex cōpromiſſo, neutra habebit vigorē[g].

Lata ſententia, ſi is, contra quem lata eſt, acquieſcendum ei nō duxerit, debebit intra decem dies appellare. Nam decem diebus lapſis ſententia, à qua non fuerit appellatū, vim rei iudicatæ habebit, ac poſt quadrimeſtre executionē in actione perſonali ſortietur, niſi iudex eum terminum coarctarit[h]. Nec minùs in electionibus, poſtulationibus, proviſionibus, & quibuslibet actibus

e c. ſi. de re iudic. in 6.

f d. c. ſi. de re iudic. in 6.

g c. p. extra. de re iudica.

h c. quod ad cō ſultationē. de re iudic.

bus extraiudicialibus, in quibus appellatio eſt permiſſa, intra decem dies appellandum eſt[a]. Et non eſt prætermittẽdum, quòd licet leges ſeculares appellationem, niſi in quibuſdam caſibus, ante ſententiam non admittant, ſacri tamen Canones ante & poſt litis conteſtationem, & in prolatione ſententiæ & pòſt ſingulis facultatem tribuunt appellandi[b]: ante ſententiam tamen appellans rationabilem cauſam exprimere tenetur[c]. Vna ſententia pluribus condemnatis, ſi vnus ſolus ad appellationis beneficiũ cõvolarit, illius victoria iure cõmuni cæteris ſuffragatur, ſi iure communi iuuentur, idemq; negotium & eadem cauſa defenſionis exiſtat[d]. Innouata autem poſt appellationem à diffinitiua ſententia interiectam, debent ſemper (exceptis caſibus, quibus iura poſt ſententiã prohibent appellare) ante omnia per appellationis iudicem penitùs revocari: imò & ea omnia, quæ medio tempore inter ſententiam & appellationem, quæ poſtmodum intra decendium interponitur, fuerit innouata: illa verò, quæ poſt appellationem interpoſitam ante diffinitiuam ſententiam innouantur, donec appellationis cauſam veram eſſe conſtiterit, revocari non debent, niſi iudex appellationis, poſtquam ſibi

a c. concertationi. de appellat. in 6.

b c. ſuper eo. §. 2. de appellat.

c c. ut debitus. de appellat.

d c. una ſententia. de appell.

A conſtiterit per appellationem emiſſam ex probabili cauſa ad ſe negotium devolutum, inhibeat Canonicè iudici, à quo eſt appellatum, ne procedat: tunc enim quicquid poſt inhibitionem huiuſmodi fuerit innouatum, etſi cauſa appellationis vera non ſit, per iudicem appellationis ante omnia in ſtatum priſtinũ eſt reſtituẽdum[e].

Is autem, qui appellat, intra dies triginta inſtanter Apoſtolos petere debet[f]. Sunt enim Apoſtoli literæ quędam dimiſſoriæ, quibus iudex, à cuius ſententia appellatum fuit, notum facit iudici ſuperiori, appellationem à ſua ſententia interpoſitam, & appellationem ad eius

B iudicium remittit[g]. Appellatio tam iudicialis, quàm extraiudicialis, debet intra annum, niſi iudex terminũ coarctarit[h], vel ex cauſa etiam intra biennium à die interpoſitionis ipſius, vel à die illati grauaminis, vbi à futuro grauamine appellatur, finiri: quod ſi iuſto impedimento ceſſante appellans non curauerit, eius appellatio deſerta cenſebitur[i]. Nõ licet autẽ alicui in eadem cauſa tertiò appellare[k]. Quinimo ſi quis tres ſententias contra ſe in petitorio, vel poſſeſſorio reportauerit, nullatenus ad agendum de nullitate ipſarũ, vel alicuius ex eis, admittetur, donec plenam executionem fuerint

e c. non ſolùm. de appell. in 6.

f c. ab eo. de appel. in 6.

g gl. c. 1. de appell. in 6. l. 1. ff. de libel. dimiſſor.

h c. cùm ſit Romana. de appellat.

i cle. ſicut. de appellat.

k c. directè. de appellat.

a clem. 1. de re iudica.

conſecutæ[a].

Sed cùm & de ſummarijs iudicijs aliqua ſint dicenda, ſciendum eſt in eis propria quædam iura ſeruari, ſiue ex negotiorũ & cauſarum natura eam qualitaté conſequantur, ſiue ex mãdati forma.

Et in cauſis quidem electionum, poſtulationum, vel provi ſionum, aut ſuper dignitatibus perſonalibus, officijs, Canonicatibus, vel prębendis, ſeu quibuſvis beneficijs Eccleſiaſticis, aut ſuper decimis, necnon ſuper matrimonijs & vſuris, & eas quoquo modo tangentibus proceditur ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij[b]; item in cauſis hæreſis[c].

b clem. diſpendioſã. de iudic.

c c. fi. in prin. de hæret. in 6.

* Eorum autem verborum vis hæc eſt, vt neceſſariò libellus non exigatur, litis conteſtatio non poſtuletur, temporeq; etiam feriarum neceſsitatibus hominum conceſſarum à iure procedi valeat, dilationum materia amputetur, ac lis quàm breuiſsima fiat, exceptiones, appellationes, dilatorias, & fruſtratorias, partium, advocatorum, & procuratorum contentiones & iurgia, teſtiumque ſuperfluam multitudinem refręnando, non ſic tamen rem coarctando, quin probationes neceſſariæ, & defenſiones legitimæ admittantur, & quin citatio ac præſtatio iuramenti de

A calumnia locum habeat, item in ipſo litis exordio nihilo minùs petitio eſt facienda, tam ex parte actoris, quàm rei, ſiue ſcriptis, ſiue verbo, dum tamen actis inſeratur. Item iudex ſic datus poteſt terminum ad dandum ſimul poſitiones & articulos præſcribere (niſi aliud de voluntate partium procedat) & ad exhibendum omnia acta, & monimenta, quibus partes vti volunt in cauſa poſt dationem articulorum, diem certã, quandocunq; ſibi videbitur, aſſignare. Interrogabit etiam in huiuſmodi cauſis iudex partes tam ad earum inſtãtiam, quàm ex officio, vbicunque hoc æ-

B quitas ſuadebit: ſententiam verò diffinitiuam, citatis ad id licet non peremptoriè partibus, in ſcriptis, & provt magis ſibi placuerit, ſtans vel ſedens proferet, etiamſi ei videbitur, concluſione non facta in cauſa, provt ex petitione & probatione, & alijs actitatis in cauſa fuerit faciendum.

Si tamen in prædictis caſibus ſolennis ordo iudiciarius in toto, vel in parte non contradicentibus partibus fuerit obſeruatus, non ideo proceſſus nullus irritandúſve erit[d].

d clem. ſæpè. de uerb. ſig.

Non tamen ſemper ſuprà dictæ clauſulæ omnes ſimul copulantur, ſed aliquæ, vel vna

ex

ex eis tantúm.

Sciẽdum eſt poſtremò, quòd aliud eſt iudicium ciuile, cuius finis reſpicit priuatum commodum, aliud criminale, quod publicum intereſſe, vindictamque publicam reſpicit [a]. Quare tradenda ſunt ea, quæ ad iudicium criminale ſpectant.

a Doct. in Ru. de iudic.

# M. ANTONII CVCCHI IVRISCONSVLTI INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI, LIBER IIII.

## QVIBVS MODIS de crimine agatur,

### TITVLVS I.

Videndum eſt de iudicijs, quæ circa delicta verſantur. Nam etſi leges Pontificię pœnarum atrocitatem exhorreāt, quibus præſertim de ſanguine & vita hominis agitur: non tamen ita indulgẽtes ſe præbent, vt velint crimina omninò delinquentibus condonare, ſed vt & qui deliquerunt, diſcant talia poſthac non committere, & cæteri pœnarum metu ſint ad ſcelera patranda tardiores, certas pœnas adinvenerunt, quæ in ſontes ex delicti qualitate citra ſanguinis vindictam, aut membri debilitationem exerceri poſsint (quædã enim culpę exiſtunt, in quibus culpa eſt relaxare vindictã [a]) multóſque modos tradiderunt, quibus medijs contra facinoroſos homines ad publicam vltionẽ perveniri poſsit.

a c. quia. diſt. 28.

Quinque enim ſunt modi, quibus de crimine haberi notitia poteſt: videlicet, Accuſatio, Denunciatio, Inquiſitio, Exceptio, & Notoriũ [b]. Nam etſi alij quoq; enumerari ſoleant [c], hi tamen magis ad rem ſunt.

In Accuſatione hoc ſeruatur inconcuſsè, vt ſi legitimus non fuerit accuſator, non fatigetur accuſatus [d]. Nec laico clericũ accuſare cõceditur, niſi ſuã, vel ſuorum iniuriã proſequatur [e]: quibuſdã quibuſdãq; criminibus exceptis [f]. Nec cõceditur ſuper ijſdẽ criminibus quẽpiam ſæpiùs vexari, ſed ſemel abſolutus deinceps amplius de eodem crimine moleſtiam pati nõ cogitur [g]. Et ne paſsim calumniatoribus licẽtia daretur alium ex libidine ſua

b Spec. in ti. de accuſat.
c Felin. c. qualiter. 2. uer. ad corrigendos. de accuſat.
d c. 1. de accuſat.
e c. de cætero. de teſtib. ubi gl. & Doc.
f c. cùm p. mã conella. de accuſat.
g c. de his. de accuſat.

ad iudicium vocandi, vt de crimine falſo obiecto ſe purget, ac ne ita eveniat, innocentes citra aliquam eorũ noxam capitis, fortunarum, aut exiſtimationis diſcrimẽ alicuius impij & ſcelerati hominis impudenti audaciã ſubire, & de ſtatu ſuo conſlictari: ſtatutum eſt, vt quiſquis alium accuſare voluërit, ſe inſcribat, ſeque obliget, vbi obiectum à ſe crimen probare nequeat, talionis pœnę, id eſt, quã reum ſuſtinere oportuiſſet, ſi de obiecto crimine fuiſſet convictus [a], dum eiuſmodi ſuppliciũ ſit, quod in accuſatorem cadere poſsit. Quapropter Gregorius X. cùm intellexiſſet ſubdiaconum in Diaconum quendã calumniatum, reſcripto ſuo præcepit, ſubdiaconum nõ ſubdiaconatus ſolùm ordine ſpoliari, ſed præterea etiam verberibus publicè affectum in exiliũ mitti [b]. Hodie tamen & ſubſcriptio amplius in vſu frequenti eſſe nõ videtur [c], & talionis pœna diſſuetudine abolita [d]. Quẽdam autem, qui in probãdis Epiſcopi ſui delictis à ſe delatis defecerat, Innocentius III. ab officio & beneficio ſuſpendendum decreuit, quòd ſe à calumnia abeſſe legitimè purgaſſet [e].

Non poteſt quiſquam accuſatus procuratorem dare, qui cauſam eius nomine ſuſcipiat defendendam, ſed ipſummet accuſatũ in iudicio eſſe, & cauſam per ſe dicere oportet. Cõceditur tamen, ſi abſens ſit, abſentiæ ſuæ cauſas per procuratorem proponere, aliáſque excuſationes, quæ ipſum crimen, cuius cauſa ei fit negotiũ, non attingant [f].

Denunciatio quoq; magnã habet cum accuſatione coniunctionem, niſi quòd cùm crimen in modum denunciationis opponitur, non eſt, ſicut in accuſatione, inſcriptio neceſſaria: quoniam ad depoſitionem inſtituitur accuſatio, ſed ad correctionem eſt denunciaio facienda [g], tametſi is quoq; interdum impunè non abeat, ſi nequiuerit probare crimen, quod detulit [h].

Et cùm denunciatio hac potiſsimùm ratione fiat, vt is, cuius crimen defertur, deinceps ab eo crimine ſe contineat, cõvenire videtur, vt priùs amicè & blandis verbis, moxque etiã, ſi oportuerit, amaris obiurgationibus caſtigetur, vt vltrò ſe ipſum corrigere, & à vitio velit continere: quæ ſi nihil prodeſſe conſtiterit, quò minùs in delicto pertinaciter perſeueret, tũc demum Eccleſiaſtico iudici erit denunciandus [i]. Denunciationis verò faciendæ poteſtas omnibus non patet, ſicut neque accuſationis: quare nec publicè concubinas habentes, nec excommunicati ad denunciandum admittuntur [k].

a c. quiſquis. c. qui crimen. 2. q. 8.

b c. 1. de calumniator.

c Bar. l. ſi cui. in pri. ante nu. 3. de accuſ.

d Feli. c. ſuper his. ult. no. de accuſat.

e c. 2. de calu.

f c. ueniens. de accuſat.

g c. ſuper his. de accuſat.

h c. fin. de calum. ubi Ab.

i c. 2. de accuſat.

k c. cùm dilectus. co. t. & 1. 4. q. 2.

Inqui-

Inquiſitio à iudice ex officio eius mero fieri ſolet, vt ſciat, an fama, quæ de crimine alicuius circumfertur, vera ſit[a]. Quam ſi facta diſquiſitione veram eſſe compertum fuerit, quãvis certa pœna in eo delicto legibus diffinita eſſet, ſi per modum accuſationis procederetur, vbi tamen per inquiſitionem proceditur, ſecundum perſonæ merita, & qualitatem exceſſus pœna poterit iudicis arbitrio moderari[b]. In qua tamen moderatione facienda plures erunt cautiones iudici cõſiderandæ[c].

a c. cũ oportcat. & ca. qualiter. de accuſa.

b Feli c. qualiter et quãdo. 2. §. licet nu. 29. et ſeq. de accuſa.

c Feli. ubi ſuprà.

Si tamen ex his criminibus fuerit, quæ executionem ordinis impediunt, nullum erit iudicis arbitrium: tunc enim certa erit pœna, quæ nõ iudicis voluntati mandatur, ſed legis authoritati reſeruatur: nempe, vt beneficio, vel etiã officio exvatur, quamvis per inquiſitionem convictus, vel niſi tale ſit crimẽ, quod beneficio indignũ delinquentem faciat: nam tunc haud dubiè beneficio illi erit interdicẽdum, quamvis per inquiſitionem damnato: quas pœnas vtroque caſu nullo pacto poterit iudex moderari[d]. Quicunque autem iudex inquiſitionis tramite contra delinquentem procedit, hoc cautè obſeruet, vt non priùs in perſonam quærat, quam ſuſpicatur delictũ patraſſe, quàm de fama in eum vulgata compertum habuerit, quæſtione præmiſſa. Qua etiã ratione fit, vt criminum occultorum excuſsio per inquiſitionẽ fieri prohibeatur[e].

d c. inquiſitionis. in prin. & t. de accuſat.

Opponi verò ſolent crimina per Exceptionis modum, veluti contra actorem, vt ab accuſatione repellatur: item contra teſtes, vt teſtimonio ferendo minùs idonei habeantur. Quibus caſibus non erit neceſſe de crimine excipientem ſe inſcribere[f], nec punietur excipiens, etſi crimen obiectum non probauerit: nec is, contra quem eſt in exceptionis dũtaxat vim, vt repellatur, obiectum, etſi convictus ſit, vllam criminis obiecti pœnam ſentiet[g]. Per Exceptionem quoque crimina opponũtur, vt quis ab officio, vel beneficio, quod affectat, repellatur: quo caſu, ſeu ante confirmationem, ſeu pòſt fiat exceptio, nunquam tamen inſcriptio erit neceſſaria, quamvis poſteriore caſu in exceptionis probatione poſt confirmationem oppoſitę deficiens, aliqua pœna arbitrio iudicis afficiendus ſit[h].

e c. cũ oportcat. c. qualiter. 1. & c. qualiter. 2. ubi Abb. ult. no. de accuſat.

f c. licet. de ſimon.

g c cùm dilectus de ordine cogni. Bart. l. 2. in princ. ff. de accuſat. & l. 2. §. ſi publico n. 20. ff de adult.

h Spec. in tit. de crimi. in mod. excep. §. in primis.

Et hi quidem proximè dicti quatuor modi tunc ſunt neceſſarij, *ſeu eorum aliquis criminibus vindicãdis*, vbi criminũ aperta notitia non eſt: verùm ſi evidẽtia patrati ſceleris in promptu ſit, tunc neque accuſatoris ardens clamor, neque denũciatoris diligens charitas, nec iuſdicentis officium ſagax per in-

quiſitionem deſideratur, neque exceptione crimen obijci neceſſe eſt, vt his medijs ad criminis vindictam perveniri poſsit, vel delinqués ab affectatis ſum moueri, ſed & ſine libello ſine exacta cauſæ cognitione poterit iudex ad legitimam vltioné reo vocato procedere[a].

Illud generaliter eſt obſeruãdũ, vt nemo abſens iudicetur, niſi ex contumacia abſens fuerit, quia diuinæ & humanæ leges hoc prohibent[b].

a *c. euidẽtia. eo. ti. Spec. in tit. de cri mi. notor.*

b *c. accuſatores. in fi. 3. q. 8. & c. abſens. 3. q. 9. & per totam.*

## DE SIMONIA,

### TITVLVS II.

Dicendum eſt nunc, quęnã ſint crimina quæ vltioné expectant. Et primùm Simonia grauiſsimũ crimé eſt, adeò vt cætera crimina quamvis alioqui grauia, huic tamen comparata leuia æſtimentur[c]. Nam cùm ſæpè contingat, homines ambitione tractos immenſa, & vaſta quadam honorum & beneficiorum ſiti omnia tentare, quæ ſibi in mentem modò venire poſsint, vt ſuis deſiderijs ſatisfaciant, & nũc precibus, nunc pretio, nunc alijs vijs aggredi, vt quæ gratis eſſet concedenda, nec niſi benemeritis, ſpiritualium adminiſtratio, quovis modo ad commoda ſua extorquere poſsint, nullam habentes rationem, quòd Simon Magus à Petro acri fue- A rit obiurgatione repulſus, cùm ab eo pecunia gratiam redimere tentaſſet: propterea in huiuſmodi labe purganda nunquam ſe ſtertere, nunquam ſe conniuere Pontifices Romani & Canonicæ leges oſtenderunt, omnia, quantum potuerunt, remouentes, quæ huic nefandiſsimo ſceleri cauſam, vel occaſionem præbere poſſe videbantur: multa etiam introducentes, quibus comprimi & coërceri ſalté pœnæ temporalis metu poſſent, qui æternam flocci facerent.

c *c. per tuas. de ſimon. c. fin. 1. q. 7. ubi gl. uerſ. reputãtur. & uer. pro nihilo.*

Incidit autem in hoc crimen, quicunq; quovis machinarum genere, vt ita dicam, ſibi eos expugnare conatus fuerit, quibus B ius eſt ſpiritualia, aut eis annexa, vel accedentia, conferendi: quiq; his aggreſsionibus ſuperari ſe & proſterni permiſerit, vt pretio fortè, aura populari, aut optimatum gratia, vel obſequijs potius, quàm meritis & bonis artibus, aut Eccleſiaſticæ rei bene gerendæ ſtudio ſpiritualia, vel eis annexa, aut eorũ adminiſtrationem cõferret, vel decerneret: ex quorum numero ſunt, qui pecuniam exigunt ab his, quos ad religioné in collegium ſuum ſunt cooptaturi, quiq; præfecturas quaſcunque, aut regimina Eccleſiarum vendunt, vel emunt, vel ſepulturã, vel Chriſma, aut ſanctum oleũ, quacunque id facti verborũ facie obducant[d]. Idem de Ecle-

d *c. non ſatis. ca. tua nobis. ca. eam quæ. ca. in tantum. de ſimo.*

cleſiarum conſecratione dicen A dum: pro qua, præter procurationem, nihil exigi poteſt[a]. Idem de conſecrationibus Epiſcoporum, benedictionibus Abbatum, & quibuſvis ordinationibus[b]. Item, qui pretio, vel gratia peccatorem publicũ celarit, vel minimè pœnitentẽ reconciliarit, aut è converſo verè pœnitentem reconciliare detrectarit, huius criminis reus eſt[c], quæ non minùs in accipiente locũ habere intelligẽda ſunt[d].

a c. cũ ſit Romana.

b c. ſicut pro certo.

c c. nemo preſbyterorum.

d c. ſicut ſimonia.

Et quæ de paucis ſpeciebus retulimus, ad multas alias trãſferri earum exemplo poſſunt. Ad eam enim regulam, quã diximus, ſemper referẽda res eſt: nempe, VT SPIRitualia, eorumq; adminiſtratio non, niſi benemeritis, concedantur, idq; gratis.

Hoc igitur Simoniæ vitio qui laborãt, vt primùm eius rei indicia claruerint, ab altaris miniſterio expelli debent[e]. Quam pœnam non minùs ferent, quãvis nõ quidem convicti eſſent, ſed communi tamen omnium voce cùm notarentur, & oculis ſignarentur, hocq; nomine expurgatio eis indicta eſſet, Canonicè eam non præſtiterint.

e d. c. ſicut ſimonia.

Sed ſeueriùs etiam cõtra huiuſmodi perſonas ſimoniæ vitio irretitas inſurrexit Paulus Venetus II. cuius conſtitutio extat, ſanciens, Vt pœnis ipſo iure cenſeantur adſtrictæ: & adijciens, Vt omnes illi, qui ſimoniacè ordinati fuerint, à ſuorũ ſint ordinũ executione ſuſpenſi, atque vt per electiones, confirmationes, proviſiones, ſeu quaſvis alias diſpoſitiões, quas ſimoniaca labe fieri contigerit, nullum omninò ius cuiquã acquiratur, ſed omnium, quę perceperit, reſtitutioni ſub animæ periculo ſit adſtrictus: & omnes, qui ſimoniã commiſerint, aut in ea patranda mediatores fuerint, excommunicationi obnoxij ſint, nec abſolui ab alio queant, quàm à ſummo Pontifice[f]. Quare conſtare poteſt, q̃ diris execrationibus hoc vitij Pontifices Romani ſemper ſint B perſecuti.

f extrava. cũ deteſtabile. de ſimon.

Hinc etiã ſerui aduerſus dominos, & quilibet criminoſi in huius criminis accuſatione admittuntur: & quis peccator, ſimoniaco excepto, miſſam canere permittitur[g]. Item neq; infamia, neque aliqua crimina cõtra teſtes obijci poſſunt, qui de ſimonia teſtimonium reddunt, cùm de ea per inquiſitionis viam cognoſcitur: ſed hæ ſolæ exceptiones teſtes repellere poterunt, quibus probatis appareat, eos malignitate potius, quàm iuſtitię zelo adductos teſtificari[h].

g c. tanta eſt labes.

h c. licet Heli.

Et hoc de crimine accuſatus prohibetur interim miſſarum ſolennia celebrare, donec de veritate conſtiterit[i].

i c. accuſatũ. & ſeq.

## DE HÆRETICIS, TITVLVS III.

A

Maxima eſt etiam & pernicioſa admodum hęreſis labes, quæ tametſi interdũ parua motu primo videatur, tamen quamprimùm veſtigiorũ vel leuiter premendorum poteſtatem nacta eſt, paulatim ſerpens in dies maiores ſibi vires comparat, & poſtquam eò virium pervenerit, vt iam in multos populos vagata regni ſui fines latè protenderit, tum verò ſic hæret tenaciter, & tam firma figit veſtigia, vt ſæpe maximo labore, & induſtria, crebriſque & ſolicitis vigilijs ei evellendæ opus ſit, ſæpè etiam non minimas calamitates fidelibus invehat prius quàm extingui & à radicibus evelli poſsit: quod res ipſa teſtatur. Propterea quò eſt hæc peſtis orbi Chriſtiano pernicioſior, eo vigilantiùs illi obviandum eſt, tam vt veteres hæreſes deleantur, quàm vt nullę præterea oriri, aut ortæ vſquã coaleſcere poſsint. Ea propter multæ ſæpe conſtitutiones diuerſis temporibus factæ ſunt p Romanos Pontifices, & ſacroſancta concilia generalia, quibus multa prudenter ſtatuta ſunt, vt vel amore, vel metu homines coërcerentur, ne huiuſmodi labium authores exiſterent.

Hęreticus autem dicitur, qui à fide & doctrina CHRISTI, Apoſtolorum, vel Eccleſię diſcedit, articulos fidei, vel Eccleſiaſtica ſacramenta cum aſſeueratione refellens.

Eorũ plures, & diuerſæ ſunt ſectæ, & alij quidem de nomine ſuorum authorum nuncupãtur: veluti, Simoniaci, Menandriani, Baſilidiani, Nicolaitæ, & multi id genus alij, quorum hac tempeſtate, quod maximè dolendum eſt, infinitus ferè eſt numerus: Alij verò ex cauſis nouorum rituum, vel opinionum, quas vel inſtituerunt, vel tutari conati ſunt: cuiuſmodi ſunt, Aquarij, Alogij, Antropomorphitæ, pluréſque alij, quorum nomina tam ſuperioris generis, q̃ poſterioris Iſidorus recenſuit[a].

B

Qui omnes quibuſcunq; nominibus cenſeatur, vel quibuſcunque ritibus & opinionibus inter ſe differant, etſi facies habeant diuerſas, caudas tamen connexas habent, cùm vanitate in vnum conveniant[b], & cõmuni nomine aduerſus Eccleſiam Dei conſpirent[c].

Hoc autem nefarium hominum genus varijs pœnis affici ſolet: nam primùm excommunicantur, non ſolùm, cùm de hęreſi apertè convicti ſunt, ſed & ſi, cùm ſolummodò ſuſpecti eſſent, eoq; nomine purgatio eis indicta eſſet, eam contumaciter recuſarint: quo caſu, ſi excõmunicationem annũ pertulerint, nec

a c. quidã autẽ. 24. q. 3.

b c. excommunicamus. 1. & 2. extr. eo.

c c. quidã autem. in fin. ext. eod.

nec tamen ſe purgarint de obiecta eis ſuſpicione, veris hæreticis per omnia adnumerabuntur [a]. Item nemo hæreticos in oppido ſuo, aut in domo ſua ſuſcipere, aut eos fouere debet, aut negotiationem aliquã cum eis exercere: eisq; in hoc peccato defunctis nec inter Chriſtianos ſepulchrum cõceditur, nec oblationes pro eis factas Eccleſia agnoſcit [b]. Et quicunq; hæreticos, eorúmve ſectatores, receptatores, defenſores, vel fautores ſcienter Eccleſiaſticæ ſepulturæ conceſſerit, excõmunicatione tamdiu devinctus tenetur, quoad idoneè ſatisfecerit, nec abſolutionis munus priùs cõſequitur, quàm cadauera eorum ſuis manibus publicè effoderit, & abiecerit: ille verò locus, qui eis ſepulchrum dederat, nullius orthodoxi ſepulchro aptus deinceps cenſebitur [c]. Bona quoq; omnia hæreticorum publicãtur, quávis eis filij orthodoxi ſint: quæ bona, ſi eorum domini hęretici in clericatu ſint, vel temporali Eccleſię ditioni ſubiecti, Eccleſiæ fiſco addicentur: vel ſi ab aliqua Eccleſia ſtipendium habeant, ipſi Eccleſiæ, quæ ſtipendium eis ſuppeditabat, applicabuntur: ſin laici illi ſint, laicorumq; ditioni pareant, laicorum item fiſco bona eorum vendicabũtur [d]. Sed quamvis eo ipſo, quo aliquis hac labe fœ

a c. ad abolendam. §. qui verò. eo. tit. & c. excommunicamus. 1. §. qui autem.

b c. ſicut autẽ.

c c. 2. in prin. in 6.

d c. vergentis. c. excommunicamus. 1. extra. eo.

A datus eſt, confeſtim eius bona ipſo iure fiſci efficiantur, non tamen confiſcationis ipſius executio, vel bonorum ipſorum occupatio fieri debet per principes, aut alios dominos temporales, ante quàm per Epiſcopum loci, vel aliam perſonam Eccleſiaſticam, quæ ſuper hoc habeat poteſtatem, ſententia ſuper eo crimine fuerit promulgata [e]. Quæ condemnationis ſententia etiam poſt mortem hæretici nihilo minùs ferri poterit, atque ita bona ipſius iamdudum ipſo iure fiſco addicta occupari [f]. Quin & dos mulieris, quæ ſciens cum hæretico nuptias contraxerit, publica-
B tur [g]. Item hæretici, & qui eorũ perverſas opiniones ſequuntur, & eorum receptatores, defenſores, & fautores, horumq; omnium filij ad ſecundam ſtirpem paternam editi, vel ad primam ſtirpem maternã, ad nullum Eccleſiaſticũ beneficium, vel publicum officium admittuntur [h]: niſi tamen huiuſmodi hæretici Chriſtianorũ fidelium cœtui emendatione pręcedente iam eſſent reſtituti [i]. Item qui huiuſmodi hominum commendatione, & opera, beneficia Eccleſiaſtica ſcientes adepti fuerint, non ſolùm beneficijs eo modo quæſitis priuantur, ſed omni quærendorum quoq; ſpe carere iubentur: ſin verò imprudentes eorũ ſuffragijs vota

e c. cùm ſecundum. de hæret. in 6.

f c. accuſatus. §. in quo verò. in 6.

g ca. decreuit. in 6.

h ca. hæretici. 2. in 6. & c. ſtatutum. 2. eo. tit.

i d. c. ſtatutum. 2.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſua expleuerint, quærẽdis quidem ſacerdotijs poterunt animũ adijcere, ſed eo modo quęſita retinere nõ permittentur [a].

a ca. 2. §. ad hæc. in 6.

Nec poteſt hæreticis aliquid ab Epiſcopis, presbyteris aliiſve clericis conferri, niſi velint largitores anathemati obnoxij eſſe, quamvis ſanguine etiam eis eſſent coniuncti [b]: omnesq; hæreticis quavis occaſione obligati, ipſo iure ea obligatione ſoluti cenſentur [c]. Quin & poteſtatem amittunt hæretici, quam in proprios liberos habent: quare fruſtra eos emancipabunt [d]. Atque vt hæretici, cùm ius dicentium manus effugiunt, ne debita ſuæ impietati ſupplicia experiãtur, tædio tamen vitæ affecti (quippe quæ infrà ſcriptis cauſis ærumnoſa illis ducenda ſit) ita reſipiſcant fortaſſe, & mentem recipiant, cùm viuentibus ſibi omnia viderint viuorum commercia interdicta, ſtatuit Innocentius III. vt aduocati & ſcriniarij omnes infamia notati decernantur, & ab officio ſuſpenſi, quicunq; hęreticis, eorumque ſectatoribus, fautoribus, vel defenſoribus, aliquod præſtiterint auxilium, vel ſuffragium, & in cauſis, litibúſque eis patrocinati fuerint, & pro ipſis publica inſtrumenta, aut ſyngraphas conſcripſerint [e].

b c. ſi quis Epiſcopus, et c. ſequ. extra.

c c. ſi. extra.

d ca. 2. in ſi. in 6.

e ca. ſi aduerſus. extra.

Ac ne vllis mæandris, vel tergiverſationibus poſsint hæ- A retici condemnationem, ſuo arbitratu differre, atque ita iudicium eludentes è manibus iuſtitiæ elabi, proviſum eſt etiam, vt perſonarum alioqui inteſtabiſium contra eos teſtimonium recipiatur: nam & excommunicati, & participes, vel ſocij criminis ad teſtificandum admittuntur, præſertim in probationum aliarum defectum, ſi omnibus cautionibus rectè perpenſis eorum dicta veriſimilia videantur [f]. Sed & qui in eodem crimine hæreſis teſtes interrogati periuri extiterunt, volentes poſtmodũ corrigere dictum ſuum contra ſe ac ſocios ſuos deponendo audiuntur [g].

f ca. in fidei. in 6.

g c. accuſatus. §. licet. in 6.

B Eadem ratione etiam fit, vt oppidorum iuriſdictionem tenentes, ſeu prouinciarum, aut loci cuiuslibet, quãvis excommunicati ſint, vel nullo iure permittente eam ſibi iuriſdictionem arrogarint, poſsint nihilo minùs, et teneantur contra hæreticos, aut alios eorum fautores, vbi id fuerit neceſſe, ſuum officium exercere [h]. Eò fit quoq;, vt ſententia contra eos lata nullo appellationis, vel provocationis auxilio reſcindi poſsit [i].

h c. præſidentes. in 6.

i c. ut inquiſitionis. in 6.

Poſtremò ſi huiuſmodi nepharij & impij homines in poteſtatem iudicis pervenerint, damnati præſentibus poteſtatibus ſecularibus, dimittendi ſunt animadverſione debita puniendi

niendi, detractis tamen priùs ſacris ordinibus, ſi clerici fuerint [a]: quæ depoſitio vel ab vno Epiſcopo, ſi aliorum copia haberi nequeat, fieri poterit, convocatis tamen ad hoc maioris Eccleſiæ Canonicis, & Abbatibus, aliiſque prælatis & religioſis ſuæ diœceſis ſcientiſsimis, quorum præſentia ei negotio oportuna videatur [b]. Ad ſanam tamen mentem reverſis, & publicè errores priſcos deteſtatis iura indulgere ſolent, ne laicorum manibus eos permittant [c], niſi relapſi ſint (Et relapſi dicuntur etiam de alio, non eodem articulo, malè ſentire convicti [d]): ſed in carcerem tamen perpetuũ eos ablegari, vel muro includi præcipiunt pœnitentiã erroris acturos [e]: quæ pœna poteſt hodie ius dicentis arbitrio in aliã mitiorem, ſi ei viſum fuerit, commutari [f].

In cauſa hæreſis proceditur ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij [g].

a ca. excommunicamus. 1. §. 1. extra.
b c. 1. in 6.
c c. excommunicamus. 2. §. fi. ubi gl. & Ab. & c. ſuper eo. in 6.
d c. accuſatus. §. cum uerò. in 6.
e d. §. fi. ubi gloſſ.
f c. ut commiſſi. in 6. et Ab. d. c. excommunicamus. 2.
g c. fi. in 6.

## DE SCHISMATICIS, TITVLVS IIII.

Schiſmatici quoque, id eſt, qui ab vnitate Eccleſię ſe diuidunt, ſuos ſibi ſeorſum conſtituentes ſacerdotes [h], hæreticis annumerantur: &, ab eis factæ ordinationes irritæ habentur: &, qui dignitates Eccleſiaſticas, vel beneficia per ipſos ſunt conſequuti, eis priuantur: A item, alienationes rerum Eccleſiaſticarum per ipſos factæ, nullius ſunt momenti: et, qui ſpõte in ſchiſma quodpiam iurarint, à ſacris ordinibus & dignitatibus ſuſpenduntur [i]: & demum, ſi indomiti ſint, degradari etiã poſsũt, & curiæ ſeculari tradi [k].

h Abb. in R. ex. eod.
i ca. 1. & 2. ex. eo.
k Bernar. Di. ax. tit de Schiſmat.

## DE APOSTATIS, TITVLVS V.

Apoſtatis non minùs ſuæ pœnæ ſunt. Horum autem tres cùm ſint ſpecies: nam alij à Chriſtianę religionis doctrina deflectunt, alij erga ſuos prælatos ſe nimiùm contumaces præſtant, alij regulam ſuã poſthabent, quem ſuſceperant habitum, & regulæ pręcepta, in quæ iurarunt, deſerẽtes: B

Prima eorum ſpecies illis pœnis tenetur, quas ſuprà aduerſus hæreticos ſtatutas demonſtrauimus: In qua ſpecie & illos ponendos exiſtimarẽ, qui ſummo Pontifici non parent, nec eius Canonibus tanquam à poteſtatem non habente conditis.

Qui verò ex altera ſpecie apoſtatæ ſunt, & nimiæ erga prælatos ſuos contumacię nomine accuſantur, ſi adeo ceruices erexerint, vt etiam ipſi Romano Pontifici non magis obedientes ſe reddant, ſed contemptui eum ſe habere oſtendant, deponendi ſunt, atque etiam, ſi correctioni aures non patefecerint, excommuni-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

candi, & laicorum manibus derelinquendi, mitiùs tamen punientur, ſi hæc ex laſciuia quadam potiùs, quàm elato animi faſtu aduerſus Pontificē commiſerint.

Tertię autem ſpeciei apoſtatæ, id eſt, qui ordinis & religionis ſuſceptæ deſertores exiſtūt, quamdiu in eo propoſito perſiſtunt, efficiuntur infames, & ab accuſatione & teſtimonio repelluntur, nec poſſunt ad dignitates evehi, & præterquàm quòd pluribus actibus interdicti ſunt, præterea ſi admoniti correctionem nullā admiſerint, deponi etiā poſſunt, & demum fœdi carceris ſqualorem etiam experiri coguntur, donec ad ſaniores mores, à quibus tam obſtinatis animis declinarāt, ſuos pertæſi errores revertantur[a].

a Bernar. Hiſp. in pract. cod. tit. & Ab. c. 1. eo. tit.

## DE HIS, QVI CRIMEN hæreſis quærere, & vindicare poſſunt,

### TITVLVS VI.

Parum fuerit pœnas contra hæreticos ſtatutas eſſe, niſi etiam iudices conſtituti eſſent, qui & quæſtione diligenter exercitata ſontes invenirēt, & inventos dignis ſupplicijs ſubijcerent. Ad Ordinarios igitur hæ partes ſpectāt: verùm quia provincia ipſa per ſe ardua eſt, magnique negotij, & ſæpe contingit Epiſcopum alijs curis, quæ plurimæ illi officio incumbunt, diſtractū, non poſſe, qua eſſet opus diligētia, in hoc negocium incumbere, & tamē tanti eſt momenti res, vt nihil tepidè, nihil remiſsè in ea agi oporteat, ea propter providerunt iuris Pontificij cōditores, vt iudices aliqui conſtituerentur, quibus id negotij pręcipuè daretur, nempe vt hęreticos ſagaciter exquirendo invenirent, inventos diligenter excuterēt, excuſſóſq; legitimis pœnis afficerent, omnemq́; ſuam curam & ſtudium in hanc rem conferrent: quos Iudices, vel Quæſitores, vel, vt vulgò, Inquiſitores appellare ſolemus. Eos verò annorum quadraginta ætatem attigiſſe oportet[b]: quod officium etſi in mandato fundetur, vel ſedis Apoſtolicæ, vel aliorū, quibus tales iudices dandi ius competit, mandatoris tamen morte non extinguitur, etiam quo ad negocia necdū viuente mandatore incepta, quæq; etiā nondum emerſerant[c].

b cle. pe. de hæreticis.

c c. ne aliqui. de hæret. in 6.

Horum igitur inquiſitorum non parua in his negotijs eſt poteſtas, quippe hi & citationes mandare poſſunt, & denunciationes ſententiarum, quas in id genus homines promulgarint: cleri quoq; ad ſe evocandi, & populi, & peritiſsimi cuiuſque, quorum ſententias in hac cauſa explorare velint, ius & poteſtas eis permiſſa eſt, poſ-

ſunt-

ſuntq; ſuæ ditionis fines egreſſos hæreticos perſequi: item libros, quibus quæſtiones contra hęreticos actitatę continentur, ad ſe afferri iubere: item hęreticos penes ſe remorari, & capi eos imperare, & in custodiam conijcere, compedibus quoque & manicis ferreis devinciendo, in eorum poteſtate eſt. Et demum contra eos, in quos viderint expedire, quęſtiones exercere poſſunt: quæ omnia etiam ſoli ſine diœceſano facere poſſunt: verùm carcerem pœnæ magis, quàm cuſtodiæ cauſa aſsignandi poteſtas Epiſcopo inconſulto eis non permittitur, nec carcerem hæreticis ad ſanitatem reverſis in pœnam priſci erroris iure aſsignatum in aliam pœnã transferre, vel tormentis ſubijcere, aut cõtra eos ſententiam ferre: ſicut neq; è converſo Epiſcopis hæc agere permiſſum eſt, inquiſitoris ſententia non explorata [a].

a c.ut cõmiſsi. in 6. et cle. 1. §. 1.

Quòd ſi eorum alter, ſiue Epiſcopus, ſiue inquiſitor, nolit, aut nõ valeat ipſe coràm adeſſe, vt cũ altero de præſcriptis conferat, hoc tamen ab eo exigitur, vt ſaltem collegæ partibus ſuis fungenti vices ſuas mandet, vel conſenſum ſuum & conſilium per literas ſignificet [b]. Liberum tamen eſt eis, videlicet Epiſcopo & inquiſitoribus, vel ſimul coniunctim aduerſus hęreticos quærere, vel diuiſim, dum modò ſi ſeiunctim proceſſerint, acta coram ſe geſta alter alteri communicet, eo ſcilicet tempore, quo aliud nil tam ſupereſt agendum, niſi vt ſententia feratur [c]: quò facilior ſit veritati aperiendæ aditus, & vna vterque ſimul negocium ſententia finiet: in qua ferenda, ſi fortè inter eos non convenerit, negotij ſeries aptè & compoſitè ab vtroque expoſita ad ſedem Apoſtolicam mittenda eſt. Verùm inquiſitores, etſi à ſummo Pontifice dati eſſent, contra Epiſcopum tamen inquirendi ius nullum habent, niſi hæc facultas eis ſpecialiter conceſſa ſit: ſed ſi quempiam Pontificij gradus in hoc crimine iacere compertum habeant, vel de hoc famam vehemẽtem aduerſus eum eſſe intelligant, id tenentur ſedi Apoſtolicę denuntiare [d]. Quod etiam obſeruandum eſt in Apoſtolicis officialibus, vel nuntijs: nam & eorum huius generis errores ſummo Pontifici per quæſitores denunciãdi ſunt: ipſis enim quæſitoribus nullum aduerſus Epiſcopos inquirendi ius legibus Pontificijs conceſſum eſt [e].

b d. cle. 1. §. 1.

c extrauag. 1. eod. tit. & ca. per hoc. in 6.

d c. inquiſitores. in 6.

e extrauag. ſi.

Multa præterea per diuerſos ſummos Põtifices ſtatuta ſunt, quæ ex quæſitorum officio eſſe decreuerunt, tam circa teſtes ſuper hoc crimine examinandos, quàm circa librarios, & alias perſonas, quæ eorum officio



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

impedimentum, vel opem importare poſſent, quàm etiam circa cuſtodiam hæreticorum, & denique circa plura, quæ ad eorum officium ſpectare decernunt[a]: ſed quia inſtituti noſtri propoſitum egrederentur, ea idcirco prudenter miſſa facimus.

a c. ut officiũ. et c. inquiſitionis. eod. tit. in 6. & cle. 1. §. 2. uſque ad fi. & 1. et cle. 2.

## DE VSVRIS,

### TITVLVS VI.

Vſuræ crimen non minimum exiſtimantur, cùm et teſtamenti vtriuſq; lege diris execrationibus ſancitæ ſint, & à iure quoque humano, tam Cæſareo, quàm Pontificio, repellantur[b]. Siue id ſit, quia naturam ſuperare, & quodam modo violare velle videntur, qui id agunt, vt pecunia, res ſuapte natura nulli propagationi apta, nullo tamẽ domini labore, nullaque eius induſtria, quaſi fructus ex ſe gignat: ſeu, quia pietati contrarium ſit, & à Chriſtiana charitate alienum, nolle opibus ſibi ſuperantibus proximo egenti gratis ſuppetias ferre.

b c. quod dicam. ubi gl. uer. reddi. 14. q. 4.

Eſt autem vſura crimen ex lucro proveniens, quo ſors mutuò data acceſsionem accipit, vel ex pacto, vel intentione mutuantis. Et cùm dixerimus, vſuram ex mutuo oriri, conſequens eſt etiam, vt in his duntaxat rebus committi poſsit, in quibus & mutuum conſiſtit: nempe his, quę pondere, numero, menſuráve conſtant[c].

c Ab. in Rub. in uſur.

Qui pro mutuata pecunia fundum pignori accepit, eius fructus, ſi quos percipit, in ſortẽ acceptos ferre debet, non ſibi lucro adſcribere, niſi fœneratoris nomen & notã ſubire velit[d].

d c. 1. & cap. conqueſt.

Sed nec ille hoc peccato erit ſolutus, qui maiore pretio rem ſuã ideo vendiderit, quòd pretio perſoluendo temporis aliquod interſtitium emptori conceſſerit[e]: nam & hic mutuum videtur latêre, quamvis extrà non appareat. Emptori ſiquidem venditor pecuniã videtur ad rem à ſe comparandam mutuaſſe, quã ſtatuto tempore auctam ſibi poſtea cũ fœnore reddat: quod ſanè ita eſt intelligendum, ſi certũ erat, venditarum mercium pretium poſt venditionem factam, auctum non iri: quòd ſi id fuiſſet incertũ, easq; merces contractus celebrati tẽpore vltrò non fuiſſet venditurus, aliud dicendũ eſſet[f]. Qui verò decem ſolidos dat, vt alio tempore totidẽ ſibi grani, vini, vel olei menſuræ reddãtur, quę licet tunc plus valeant, vtrùm plus vel minus ſolutionis tempore fuerint valituræ, veriſimiliter tamen dubitabatur, non eſt ob hoc fœnerator exiſtimandus: at qui ex eo, q́, pecuniarũ à ſe mutuò datarum periculum ſuſcepit, aliquid vltra ſortem perci-

e c. in ciuitate.

f ca. ſi.

percipit, fœneratoris labe non caret[a].

a d. c. fi.

Ac tanto odio ſemper eſt habitum vſurarum crimen, vt Alexander III. olim reſcripſerit, nec redimendorum quidem à barbaris captiuorum gratia fœnori dare, aut accipere licere[b].

b c. ſuper eo.

Quare cùm tam enorme hoc vitium habeatur, meritò etiam graui pœna fuit vindicandum: quocirca ab eodem Alexandro in Concilio Lateranenſi ſtatutũ fuit, vt manifeſti vſurarij nec ad communionẽ admittantur altaris, nec, vbi in hoc peccato eos mori contingat, ſepulturæ concedantur, nec eorum oblationes accipiãtur, & qui contra ſuprà dicta eos admiſerint, dignè puniantur[c]: & rurſus idem Alexander conſtituit, vt laici fœnus exercentes vſq; ad dignã ſatisfactionem vinculo excommunicationis adſtringantur, & clerici ab officio & beneficio ſuſpendantur[d], arbitrioq; iudicis relinquetur, à qua ſuprà dictarũ pœnarũ incipere malit[e].

c c. quia.

d c. præterea.

e Alb. d. ca. præterea.

Atq; vt Lateranenſis concilij canon ſanctiùs cuſtodiatur, addidit Gregorius, vt quanquã manifeſti vſurarij de vſuris, quas receperunt, ſatisfieri expreſſa quantitate, vel generaliter in vltima voluntate mãdauerint, nihilo tamen minùs Eccleſiaſtica ſepultura eis denegetur, donec de vſuris ipſis fuerit, vt

A

eorũ facultates patiuntur, plenè & integrè ſatisfactum, vel iiſdem ipſis, qui vſuras ſoluerint, ſi præſtò ſint, vel alij, qui eas poſsit aquirere, vel his deficiẽtibus loci ordinario, eiúſve ſuffecto, vel Rectori parrochiæ, ſub qua teſtator habitat, coram aliquibus eius parrochiæ hominibus integris, aut ſeruo publico Ordinarij ipſius mandato: quibus quidem perſonis liceat cautionẽ huiuſmodi creditorum nomine huius conſtitutionis authoritate accipere, ita quòd illis perinde actio acquiratur, ac ſi iiſdem ipſis creditoribus cautum eſſet. Et ſi quidem receptarum vſurarum quantitas fuerit manifeſta, illa ſemper in huiuſmodi cautione exprimenda eſt: ſin minùs ea quantitas exprimetur, quam is, qui cautionem acceperit, iudicio ſuo arbitratus fuerit: qui, ſi minorem veritate quantitatem ſciens fuerit arbitratus, ad reliqua creditori ſarcienda tenebitur. Sanxit præterea, ne quis manifeſtorum fœneratorum teſtamentis interſit, nec quis eos ad confeſsionem admittat, vel abſoluat, niſi de vſuris ſatisfecerint, vel de ſatiſfaciendo pro viribus facultatum præſtent idoneam cautionem, & teſtamenta contra hęc condita ipſo iure irrita eſſe decernit[f].

B

f c. quanquam. in 6.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Si verò nuſquam appareant A illi, à quibus vſuræ acceptę ſint, cùm tamen certum ſit ab aliquibus fuiſſe acceptas, poterũt malè ablata pauperibus diuidi [a].

a c. cùm tu. c. Michael.

Verùm vt iiſdem ipſis potiùs, qui detrimentũ paſsi ſunt, reddatur, quàm incertis diſtribuatur, quod certarum ſit perſonarum: optimum erit publicis edictis pronuntiare in locis, à quorum incolis ſolutæ ſunt, vt quiſquis fœnoris nomine à ſe aliquid ſciat ablatum, id veniat recepturus [b].

b gl. d. c. quan quã. in uer. ſatisfieri.

Fœneratoris quoque hæres poterit iiſdem modis, quibus ipſe fœnerator poſſet, ſi viueret, ad reſtituendas vſuras compelli [c]. Quinimo, ſi quis fœ- B nerator à ſede Apoſtolica literas impetrarit de vſuris ſibi reſtituendis, vel fructibus ſibi in ſortem computandis, nulli ei commodo erunt literæ impetratæ, niſi priùs reſtituerit vſuras, quas ab aliis noſcitur abſtuliſſe ipſe [d], vel auctor eius [e].

c tua nos.

d ea. quia fruſtra.
e c. Michael.

Si aliqui exiſtant, qui procul dubio ſint vſurarii manifeſti, quamvis nec ſint condemnati, nec contra eos propter potentiorum metum, qui eos tuẽtur, vllus accuſator appareat, hi tamen, ſi aliis argumentis conſtiterit eos fœneratores eſſe manifeſtos, poterunt Lateranenſis Concilii pœna puniri [f].

f c. cùm in tuæ Diœceſis. extra.

Iudæi quoque ad reſtitutionem vſurarum, quas à Chriſtianis retulerũt, cõpelli poſſunt, interdicta eis Chriſtianorũ ſocietate [g].

g c. pe. extra.

Vtq; omnis occaſio remoueatur, qua contra ſuprà dicta fœnus exerceri poſsit, ſtatuit idẽ Gregorius, ne quis dominus, vel vniuerſitas patiatur quempiam alienigenam in terris ſuis domos fœnori exercendo conducere, néve aliquis domos eis locet, pœna tam contra laicos, quàm contra clericos, qui hæc fuerint præcepta tranſgreſsi, ſtatuta [h]. Et Clemens V. Chriſtianorum conſortio interdictos eſſe iuſsit, quicunq; ſuper vſuris ſoluendis ſtatuta ordinarint, fecerint, ſcripſerint, vel dictarint, vel ſecundum ea ſtatuta iudicarint, oneratque fœneratores omneis in cauſis de fœnore vertentibus rationum ſuarum libros aduerſariis proferre & exhibere.

h c. 1. eod. tit. in 6.

Item eos hæreticos eſſe decernit, qui aſſeuerare non dubitarint, minimè peccatum eſſe fœnerari [i].

i cle. 1.

In cauſis ſuper vſuris, vel eas quoquo modo tangentibus procedi poteſt ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicii [k].

k c. diſpendio ſam. de iudiciis.

## DE CRIMINE FALSI, TITVLVS VIII.

Crimen

Crimē quoque falſi magnū æſtimatur, magnisq; pœnis vindicatur: nec id immeritò, quandoquidem non vnus hoc crimine læditur: nam Deus in primis, tum iudex, & is denique, aduerſus quem falſum adſtruitur, ſimul offendun tur[a]. Et quibúſnam modis fal ſum deprehendi poſsit in literis, quæ Romani Pontificis nomen præſcriptum habent, diſertè expoſuit Innocentius III. Archiepiſcopo & Canonicis Mediolanenſibus[b]. Quatuor autem in primis ſunt, quibus diligenter inſpectis, non poterit falſitas vlla, ſi qua ſuberit, latêre: nam aliquo infrà ſcriptorum quatuor falſitas ferè patrari ſolet: aut in diplomate, quo pro ſigillo vtuntur Petri & Pauli Apoſtolorum imagines in cera impreſſas habente, quam bullá vulgò appellant, quæ funiculo appenſa manet: aut in ipſo funiculo committitur, qui per chartam plicatam traiectus bullam chartæ annectit: aut in charta ipſa, aut denique in literarū ſtylo deprehenditur[c]. Ex qua regula ſic generaliter tradita, diligentiſsimus quiſq; codicillos omnes Pontificios, quanti ſint faciendi, facilè dijudicare poterit, & ne ſingulis caſibus explicandis moram traham, hos infrà ſcriptos breuiter retuliſſe ſufficiat: nam literæ à ſummo Pōtifice ad Patriarchas, Archi- A epiſcopos, Epiſcopos ſcriptæ, quibus eos filios appellat, falſi crimine nō carent, quòd à ſtylo curiæ Romanæ abhorreant, ſicut etiam è conuerſo, quæ ab eodem Pōtifice ad Reges, Principes, alióſve cuiuſcunque ordinis vel gradus miſſæ literę alio, quàm filiorum nomine eos cōpellant[d]. Item vni ſcriptæ literæ eum plurium numero appellantes. Deprehendet etiam falſitatem perſpicaciſsimus quiſque, ſi animadvertet nonnunquam adulterinum ſigillum codicillis appendi, vel funiculum veris literis detractum adulterinis apponi, vel chartam, in qua veræ literæ ſcriptæ fuerant, peB nitùs abraſam, alia tenuiſsima charta alterius ſententię literis conſcripta tenaciſsimè conglutinari. Alij præterea ſunt modi, quos ex Innocentiana Epiſtola colligere poteſtis[e]. Et demum, nemini fas eſt codicillos Apoſtolicos vel in tantulo puncto violare, niſi ei, cui id officij ſit demandatum: quod ſi quis auſus fuerit, excommunicationi addictus erit, à qua præter Romanum Pontificem nemo eum poterit ſubleuare[f].

Huius autem delicti pœna eſt in eum, qui falſitatis author extiterit, ſi laicus ſit, vt Chriſtianorum communitate interdicatur, non ipſe modò, ſed etiam ipſius in delicto adiutores, quāvis etiam alieno miniſterio ad

a c.1. de crimi. falſi.
b c. licet. ext. eod.
c c. quàm graui. in fi. & c. cùm olim. in fi. de priuileg.
d c. quàm graui.
e d. c. licet.
f Bernard. Diaz. ti. de crim. fal.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

id flagitij vſus ſit, alteri fortè id fieri mandans: Clerici verò officijs & beneficijs priuati, & ab ordinibus ſuis depoſiti, laicorum curiæ relinquuntur puniendi. At qui non ipſi falſum perfecerint, aut fieri mandarint, falſis tamen ab alijs fabricatis literis ſcientes vſi fuerint, ſi clerici ſint, officijs & beneficijs ſpoliantur, laici excommunicatione deuinciuntur [a].

a c. ad falſariorum.

Aliorum verò iudicum, ſiue à ſede Apoſtolica datorum, ſiue alterius generis literas adulterantes, vel quæ ex Cancellaria, vel à Pœnitentiario Papæ proficiſcuntur, qua pœna affici debeát, ex alijs locis petendũ eſt [b]: ſicut etiam, qui falſum ſigillũ alicuius ſuppoſuerit, vel falſam monetam cuderit [c]: & æs, aurum, argentum, Alchymiſtica fecerit [d].

b Socin. c. ad falſariorũ.
c c. ad audiẽtiam. extra. & in extrauag. un. Ioan.
d c. ſi in extraua. com.

## DE DIVERSIS delictis,

### TITVLVS IX.

Svnt & alia crimina, præter ſuprà dicta, non minore animadverſione digna: vt ecce, Clericus contra Epiſcopi ſui vitam, vel honorem, coniurationem machinatus, nec potis ad ſanitatem vllo modo flecti, deponi poteſt, & in manibus ſecularium deſeri puniendus [e].

e Berrar. Di ez. eo. tit.

A Item maieſtatis læſæ crimini obnoxius clericus, cuiuſcunque ordinis ſit, deponitur [f].

f Idem Diaz. ubi ſuprà.

Homicidium quoque nemo ignorat crimen horrendum cẽſeri, tunc præſertim, cùm neque fortuitò, neque neceſsitate ad id impellente committitur, ſed libera voluntate id ſuggerente: quod ſi à laico patratũ ſit Eccleſiaſticæ ditioni ſubiecto, iudex eius Eccleſiaſticus cauſam ſeculari iudici mandabit, vt ille iuſtitiam faciat [g], ille ſecularibus legibus decretas pœnas in eum ſtatuet: ſin Clericus ſit, deponetur, atque etiam ſi adiacentes crimini loci valde illud exaggerent, vt iam B non videatur amplius diſsimulanda, aut ferenda rei proterua temeritas, laicorum manibus, ſacris ei ordinibus antè ablatis, plectendus dimittetur [h].

g ca. clericis. ne cleri. uel mona.
h c. cũ nõ ab homine. ubi Doct. de iudic.

Sed & furtum, id eſt, contrectatio rei alienæ inuito domino lucri faciendi cauſa facta, non leuem irrogat authori ſuo notam & pœnam. Clericus enim fur deponitur, & cùm nullam correctionem admittit, excommunicatur, deinde contumacia creſcente anathematis mucrone feritur: quod ſi adhuc in profundum malorum veniens contempſerit, ſeculari poteſtati relinquitur, exilio, vel alia legitima pœna puniẽdus [i].

i c. cũ non ab homine.

Adulterium quoque, id eſt, alieni

lieni thori violatio, magnã pœnam meretur: nã clericus deponitur, laicus excõmunicatur[a].

Item ſtuprum, id eſt, illicitam virginis deflorationem, pœna non leuis manet. Nam laicus, qui virginem ſtupro deceperit, corruptam à ſe virginem dote illi idonea à ſe conſtituta vxorem ducere tenetur: quam ſi iũgi ſibi recuſarit, corpore afflictus & excommunicatus in monaſterium conijcitur: Clericus verò flagris cæditur, interdumq́ue pœna pecuniaria mulctatur, & quandoque etiam deponitur[b].

Item raptores, id eſt, qui puellas vi illata à domo patris abducunt, vt corruptas à ſe vxores habeant, pœnas ſeueras non euadunt, ſiue puellæ duntaxat, ſeu parentibus ſolis, ſeu vtriſq; vis facta dicatur: nam clerici à gradu ſuo deijciuntur, laici excommunicantur vnà cum adiutoribus ſuis[c], & pœnam pecuniariam inferre coguntur[d].

Qui incendium quoque poſuerit doloſè, pœnam Canonicam nõ effugit. Nam laicus excommunicatur, nec abſoluitur, niſi damno priùs reſtituto, & iuramento præſtito, quòd nullũ poſthac incendium eius dolo excitabitur[e]: Clerico autem in id ſceleris lapſo (quod abominamur) iudicis conſiderati & prudentis arbitrio pœna imponetur[f].

A His adduntur & aliæ delictorum ſpecies: veluti, ſortilegiũ. Sortilegi autem dicuntur, vt Iſidoro placuit, qui ſub fictæ religionis ſpecie per quaſdam ſortes, quas ipſi Apoſtolorum, aut aliorum ſanctorum hominum nominibus prætegere enituntur, diuinationis ſcientiam profitentur, aut certarum ſcripturarum inſpectione futurorum euentum ſe prædicere poſſe gloriantur[g]. Quorum pœna eſt ex concilio Lateranenſi ſub Leone X. celebrato, antiſtitum arbitrio permiſſa, niſi in eo vitio perſeuerarint: nam tunc ex eodem concilio deponuntur, & in monaſterium ad tempus iu-
B dicis arbitrio diffiniendum detruduntur, beneficijsq; & officijs Eccleſiaſticis quibuſcunq; priuantur[h].

Periuris verò, præterquàm quòd & beneficia auferuntur, & ordinum interdicitur executio, aliæ quoque pœnæ adduntur pro rei qualitate[i].

Blaſphemus autem clericus ex eodem ipſo Lateranenſi cõcilio ita punitur: nam prima vice, qua de hoc crimine fuerit conuictus, beneficiorum omnium fructibus annuis ſpoliatur: altera vice beneficij ipſius, quod vnum ei ſit, iacturam ſuſtinebit: ſin plura beneficia habeat, illud ex eis amittet, quod ordinarius ei adimere ſtatuerit: tertiò demũ ad vomitũ reverſus

a c. ſignificaſti. ubi Ab. de adult. c. at ſi clerici. §. de adulterijs. de iudi. Hoſti. in Sũma.

b c. 2. de adulter. Diaz. eo. tit.

c c. eos. c. de de puellis. 36. q. 2.

d c. de raptoribus. ca. q. & cau. Hoſti. in Summa.

e c. peßimã. 27. qu. 8. Hoſti. in Summa.

f Diaz. titu. de incen.

g c. nunc. 26. q. 1.

h Diaz. titu. de ſortileg.

i Ryp c 2. de reſcri c tua nos. de iure iur.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& conuictus, dignitatibus omnibus, & beneficijs ipſo iure priuatus cenſebitur [a]. Alia tamē pœna olim ſtatuta erat per Gregorium IX [b].

a Bernar. Diaz. t. de blaſphem.
b c. fi. de maledic.

Cæteras autem delictorū ſpecies ſi quæ ſunt, & eorum pœnas, ſtudioſus ex corpore iuris Canonici excipiet: nos enim de his tantùm diximus, quantū pro inſtituto noſtro neceſſariū eſſe iudicauimus.

## DE POENIS,

### TITVLVS X.

Sed cùm varia pœnarum genera inventa ſint, quibus delicta vel ſeuerè, vel remiſsè, provt eorum qualitas exegerit, puniantur [c]: earum aliquas enu meremus, vt proinde ſciant iudices acri iudicio ęſtimare, quę nam pro delicti qualitate, & delinquentis ſtatu & conditione, omnibusq; circumſpectis maturè ſtatuenda ſit.

c c. ad reprimendā. ubi gl. de officio ordina.

Et maxima quidem iure noſtro pœna eſt degradatio, id eſt, omnibus gradibus, & ordinibus ſpoliatio: quæ etiam in clericum minorum ordinum cadere poteſt. Eaq; eſt duplex: altera, quæ ſolis verbis fit, & depoſitio ſimplex appellatur: altera, quæ non tantùm verbis, ſed etiam factis celebratur, ideoque actualis appellatur degradatio.

Et certus in ea Epiſcoporum A numerus deſideratur: nam Epiſcopo deponendo Epiſcoporū duodecim præſentia opus eſt, quod tamen nec ſine authoritate ſummi Pontificis fieri debet [d]. Presbytero autem deponendo ſex Epiſcopos intereſſe ſatis fuerit: Diacono & ſubdiacono tres præter proprium ipſius Epiſcopum: cæteris clericis deponendis ſola proprij ipſorum Epiſcopi ſententia ſufficiet [e], cum clericorum tamen ſuorum præſentia [f]. Criminis tamen hæreſis damnatum ſacerdotem, vel alium clericū in ſacris ordinibus cōſtitutum, poterit ſuus Epiſcopus ſolus convocatis Abbatibus, alijsq; B prælatis, & religioſis perſonis, & literatis ſuæ diœceſis, quos vocare voluërit, degradare [g].

d ca. quod ad translationē. ubi glo. de offi. leg. c. diſcutere. & ca. hæc quippe. 3. q. 6. c. accuſatores. §. iudices. & c. ſeq. 3. q. 8. & c. duodecim. 5. q. 4. Abb. c. non poteſt. de re iudic.
e c. felix. 15. q. 7.
f c. degradatio. in 6. c. Epiſcoporū. 15. q. 7.
g c. p. de hæret. in 6.

Multa autem ſolénitas in ſolenni degradatione requiritur, quæ tam ex Concilio Carthaginenſi ſecundo, quàm ex Bonifacij reſcripto ad Arelatenſem Epiſcopum præſcripta eſt [h]: eo etenim modo fit, quo exauthorari ſolet, qui in militiam armatam adſcriptus eſt: nam ſicut illi militaria detrahuntur inſignia, atque à militia & caſtris exturbatur priuatus conſortio & priuilegio militari, ita clericus in cæleſtem militiam receptus, ſingula ordinum, quos receperit, inſignia reddere cōpellitur: qua degradatione perfecta, exinde curiæ ſeculari præ-

h c. degradatio. in 6. et d. c. felix.

A præſenti eſt tradendus, vt eum in forum ſuum recipiat, & pœnas, quas ei viſum fuerit, infligat, habita eius erroris tamen aliqua miſeratione: quod vt iudex ſecularis faciat, & præſertim, ne mortem ei inferat, à iudicibus Eccleſiaſticis eſt impensè monendus & rogandus[a]. Simplex autem depoſitio nullam facti ſolennitatem deſiderat, quippe eius executio eſt degradatio actualis, etſi nō tamen ſemper depoſitio verbalis fiat, quò actualis executionē ſecum trahat: quo caſu multa ex ſuprà dictis remitti aliqui cēſuerunt[b]. Non ſolet autem depoſitio, niſi pro grauibus, & capitalibus delictis invri, & niſi legibus Canonicis cautū ſit[c], & grauius etiam negotium oportet eſſe, vt actualis degradatio fiat[d]. Et ex his cauſis fieri poteſt: videlicet, propter hæreſim[e], crimen falſi[f], ſchiſma indomitum: homicidium atrox, putà parricidiū, vel Epiſcopi, aut presbyteri cędem[g].

Carcerem quoque ad perpetuum damnatio non infima eſt inter pœnas, quæ hoc iure irrogari ſolent: nam etſi reis cuſtodiendis magis, quàm puniendis, carceris anguſtiæ inventæ ſint, iure tamē noſtro hic quoq; carcerum vſus pro delinquentium ſupplicio eſt acceptus[h]: atq; hæc pœna capitalibus interdum annumeratur[i]: eique ſupplicio quàm ſimilima eſt, quo ſeculares vtuntur, dum quempiam ad metallum, vel triremes damnant[k]. In eum, qui depoſitus fuerit, exerceri poteſt: his videlicet caſibus, quibus in foro laicorum vita adimeretur[l]. Poteſt tamen etiā ad tempus fieri in carcerem relegatio[m].

Item beneficiorum ademptio grauis pœna cenſetur, nec niſi pro grauibus delictis imponi ſolet[n], & niſi delictum eam priuationis pœnam mereri in iure ſit expreſſum: nec contingit etiam, cùm agitur de aliquo priuando poteſtate eligendi, vel præſentandi[o]: & in bonorum quoque publicatione hæc locum habent[p]. B

Supplicij etiam loco detruduntur ſontes quandoque in arctum monaſterium, extra quod eis facultas non ſit exiliendi: quod ferè poſt depoſitionem factā contingit[q]. Hinc iudicari poteſt, ex grauioribus duntaxat delictis hanc pœnam irrogari ſolere[r].

Item poſſunt clerici notis & ſtigmatibus compungi, dum citra ſanguinem id fiat, idque poſt depoſitionem duntaxat[s].

Seruitutem quin etiam in pœnam interdum canones irrogant[t].

Suſpenduntur etiam nōnunquam clerici ab officijs, vel omnibus, vel aliquibus: idque

a Ab. c. nouimus. in fin. per illū tex. de uerb. ſig.
b Ab. d. c. non poteſt. colu. 4. de re iu.
c gl. c. 1. 15. q. 8. in fin. gl. mag.
d Abb. c. at ſi clerici. colu. p. & antepen. de iud.
e c. p. de hæreti. in 6.
f c. nouimus. ſuprà alleg.
g Ab Dec. d. c. at ſi cleri.
h c. quãuis. ubi gl. in 6. Feli. c. qualiter. 2. § ad corrigēdos. de accuſat.
i Diaz. in practi. crim.
k c. fili. & Diaz. ubi ſup.
l Ab. c. tuæ. de pœnis.
m d. c. quamuis. in fin.
n c. inuentum. 16. q. 7. ubi gl. Ab. c. dilectus. 1. nu. 3. de reſcri.
o gl. & Ab. c. fi. de iure patron.
p c. decreuit. de hæret. in 6.
q c. tuæ: ubi Ab. de pœnis. c. ſicut dignum. §. clericos. de homicid.
r Ab. d. c. tuæ. col. 2.
s c. ad audientiam. de pœnis.
t c. ita quorundā. §. clericos. de iud.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vel ad tempus, vel perpetuò: & & ab ingreſſu Eccleſiæ, & ab ad miniſtratione, & à beneficio, & alijs pluribus modis [a]. Ac vbi interdicuntur ab Eccleſiæ ingreſſu, eo caſu ſi in ea celebrare non dubitarint, irregulares efficiuntur [b]. Suſpenſionis verò & interdicti ſententia eſt in ſcriptis proferenda cauſa expreſſa, cuius exemplum eſt ſuſpenſo, vel interdicto petenti infra menſem edendum [c].

Mittuntur etiam interdum in exilium delinquentes ex iuris Canonici conſtitutionibus [d].

Verberibus quoque ſontes affici poſſunt, dum moderatè id fiat citra ſanguinis effuſionem, & præſertim citra vitæ & membrorum periculum [e].

Adimitur etiam in pœnam aliquando priuilegium clericale [f].

Indicuntur ieiunia: &, Pecuniariæ mulctæ irrogantur, quæ mulctæ ipſi tamen iudicum vſui non ſunt adſcribendæ [g].

Item ceſſatur quandoque à diuinis, & interdicuntur Eccleſiæ ſacramenta & diuina officia aliquibus in pœnam celebrari & vindictam: de quibus duobus infrà ſeparatim ſumus dicturi.

Excommunicationis autem pœna etſi capitalis non habeatur [h], omnium tamen pœnarũ A longè maximè formidanda eſt: de qua mox ſubijciemus.

a clem. cupientes. verſ ſuſpenſi. de pœnis. ubi gloſſ.

b c. is cui. de ſenten. excom. in 6.

c c. 1. de ſent. excom. in 6.

d c. p. de calumniat. c. hi qui. 3. q. 4. & c. cùm beatus. 45. diſt. c. audiẽtiam. de cri. falſi.

e c. cùm beatus. 45. diſt. c. 1. in fin. de calumni. c. in Archiepiſcopatu. de rapt.

f de uita & boneſt. c. fi.

g c. dilectus. de offic. ord. c. licet. de pœ.

h Abb c. cùm contingat. nu. 31. de foro compe.

## DE EXCOMMVNICATIONE,

### TITVLVS XI.

Videndum eſt igitur de excommunicatione: quæ ſicut medicinam affert eam metuenti, atque, vt decet, magni facienti, ſic contrà, ſi fuerit contempta, mortem æternam invehit excommunicato [i].

Et nihil eſt aliud excommunicatio, vt Panormitanus Abbas diffiniuit, quàm cenſura à Canone, vel iudice Eccleſiaſti- B co prolata, priuans legitima cõmunione ſacramentorum, & quandoque hominum: vnde hoc nomen accepit, quaſi extra communionem [k].

Eáque duplex eſt, ſcilicet maior, quæ non ſacramentorũ modò, ſed etiam hominum communitatem, & conſociationem adimit: & minor, quæ ſacramẽtorum quidem vſu interdicit, ſed hominum conſuetudinem permittit. Hæcque etiam ſola participatione cum excommunicato incurritur [l]: quibuſdam tamen perſonis etiam per talem participationem nullum excommunicationis periculũ imminet [m], vt vxoribus, filijs, ſeruis, ancillis, alijſque, quos nulla eſt ſuſpicio in crimine ex com-

i c. 1. eod. tit. in 6.

k Ab. in Ru. eod. tit.

l c. fi. 3. q. 4. Ab. c. ſi eccle brat. de cleri. excomm. miniſtr. Ab. in Re. tit. col. 2.

m c. inter aliã. extra. & c. quoniã mult tos. 11. q. 3.

communicato famulaturos. At qui minore excommunicatione eſt illigatus, ſi celebrat, nullius tamen notam irregularitatis incurrit, licet grauiter peccet, nec eligere prohibetur, nec ea, quæ ratione iuriſdictionis ſibi competunt, exercere: ſi tamen ſciens electus fuerit, eius eſt electio infirmanda, peccátque conferendo Eccleſiaſtica ſacramenta, ſed ab eo collata virtutis non tamen carent effectu, cùm non videatur à collatione, ſed à participatione ſacramentorum, quæ in ſola con ſiſtit perceptione, remotus, dũ modò non in contemptum Eccleſiaſticæ diſciplinę, videlicet contra prohibitionem ſuperioris communioni excommunicatorum pertinaciter ſe ingeſſerit: quo caſu eſt anathemate feriendus [a].

a c. ſi. de cler. excom. min.

Excõmunicatio maior quandoque ab homine impingitur, quandoque à lege irrogatur: à lege quidem irrogatur, vt aduerſus eum, qui in clericum violentas manus intulerit [b], & alijs quibuſdam caſibus: delictorũ enim puniendorum cauſa vtplurimùm iura à communitate hominum aliquem ſummouent. Sed homo cùm excommunicationem infligit, quæ poteſtas cuivis prælato iuriſdictionem habenti permiſſa eſt, ferè contumaciæ in pœnam id facit, quę contumacia vel nõ

b c. ſi quis ſuadente diabolo. 17. q. 4.

A veniendo, vel non parendo cõmiſſa ſit [c].

c Ab. in Ro. eo. col. pe. in prin. c. cùm non ab homin. ubi gl. de iudi. Ab. c. cum cõtingat. nu. 31. de foro compet. gl. c. ex parte. de uer. ſignif.

Irrogatur etiam interdum excommunicatio maiore quadam ſolennitate, vt contumacia grauior oſtendatur, quæ excommunicationis ſpecies proprio vocabulo Anathema vocatur: eáque fit, cùm Epiſcopum excommunicationem infligentem duodecim ſacerdotes circunſtant, candelas ardentes manibus tenentes, quas ſub ipſum anathematis intorti finem in terram proiectas pedibus conculcant, deinde Epiſtola per Eccleſias parrochas mittitur continens excommunicati nomen, & excommunicationis cauſam [d]. B Quæ excommunicatio tamen nihil grauioris oneris excommunicato imponit, quàm alia, niſi quòd eadem ſolennitate abſolui ipſum eſt neceſſe, qua lata fuit. Non tamen admodum frequenti in vſu hæc eſſe videtur [e].

d c. debẽt. 11. q. 3. Felin. c. 2. num. 7. & 8. de except.

e Abb. c. cum contingat. num. 31. de foro compet.

In excommunicatione ferẽda hoc generaliter eſt obſeruãdum, vt non priùs in aliquem intorqueatur, quàm ille trina monitione cum iuſtis dierum intervallis monitus ſit, perſoniſq; idoneis præſentibus fieri debet: qui ſecùs egerit, etiamſi iuſta alioqui fuerit excommunicatio, menſem tamen Eccleſiæ ingreſſu erit interdictus, & grauiori etiã pœnę ſubijcietur, ſi fuerit viſum expedire: nec de-

bet vllo caſu excommunicatio ſine iuſta cauſa proferri[a], in ſcriptiſque eſt promulganda, excommunicationis cauſa nominatim adiecta, & ſchedæ exemplum infra menſem, ſi petitum fuerit, excommunicato eſt exhibendum[b]: Quod etiam in ſuſpenſionis & interdicti ſententia ſeruari, ſuprà docuimus[c].

Maior excõmunicatio, quæ à lege infligitur, non poteſt ab alio, quàm ab Epiſcopo, vel ſuperiore auferri: quinimo plures ſunt caſus, quibus nec ipſe Epiſcopus ab ea ſoluere poteſt, vbi ſcilicet conditor canonis ſibi ipſi reſeruauit abſoluẽdi poteſtatem, cuiuſmodi caſus multi ſunt diuerſis in locis enumerati, inter quos infrà ſcripti referri ſolent, quos gratia exempli ſubijcimus, cùm ſcilicet Quis in clericũ iniurioſas manus intulerit, quibuſdam articulis exceptis[d]: Si quis Eccleſias perfregerit, & ſpoliarit[e]: Si quis incendium fecerit[f], quod poſt diuulgationem factam accipiendum eſt: Si quis excommunicatis à ſummo Pontifice ſciens ac ſponte participauerit in diuinis officijs[g]: Si quis falſas literas ſe habere cognoſcens, illas infra viginti dies neque deſtruxerit, neque reſignarit[h], eáque cauſa fuerit antè lata ſententia excommunicatus[i]. Hi enim caſus, & ſi qui alij ſimiles ſunt per Decretaliũ A Epiſtolarum volumina diſperſi, abſolutionem Apoſtolicam deſiderant. Sententia verò excommunicationis ab homine prolata, ab eodem etiam auferri poteſt, à quo fuerit prolata[k]: & in minoris quidem excommunicationis vinculo diſſoluendo alia ſolennitas non exigitur, quàm vt ſacerdos detectam ſibi ab excommunicato cauſam excommunicationis in ſacramento pœnitentiæ cognoſcat, & eum abſoluat, reſtituendo eum Eccleſiaſticis ſacramentis, quibus fuerat priuatus[l]. In maioris autem excõmunicationis relaxatione maior etiam ſolennitas adhibenda B eſt, ſiue à lege, ſiue ab homine inflicta ſit: nam primùm nõ antè abſoluendus eſt, quum offenſa eſt manifeſta, quàm iuramento promiſerit, ſe mandatis Eccleſiaſticis pariturum[m], & de omni damno illato, omníque offenſa plenè ſatisfecerit, vel ſaltem cautionem cum iuramento præſtiterit, vbi tunc de damni ſumma non conſtaret, ſe ſatisfacturum[n], vel vbi ſoluendo non erat[o]. Quibus peractis ille, qui abſoluendi ius habet, vel cui mandatum ſit à poteſtatem habente, huiuſce negotij cauſa aditus excommunicatũ corã ſe ſuppliciter proſtratum ſeruata forma abſoluet[p].

Sciendum eſt eum, qui à diuerſis prælatis varias ob cauſas excom-

a c. ſacro. ubi gl. & c. contingit. 2.
b c1. eod. tit. in 6.
c ſuprà de pẽſ.
d d. c. ſi quis ſuadẽte diabolo.
e c. conqueſti. extraua. eod.
f c. tua. extra. eod.
g c. ſignificauit.
h c. dura. §. fin. de cri. fal.
i gl. & Abb. d. c. dura. in fin.
k Hoſtien. in Sum. uer. ſi uerò ſit lata.
l Hoſtien. in ſum. uerſ. qualiter hæc abſolutio.
m c. extenore.
n Hoſtien. u. ſuprà, §. ſecundum.
o c. ex parte. ubi gl. uerſi. contumacia. ibi, quid ſi aliquis ita pauper. de uerb. ſignif.
p Hoſtien. d. §. ſecundũ.

excõmunicationis vinculo eſt innodatus, non poſſe abſolutũ nunciari, niſi de omnibus ſatiſfecerit: quamvis de vna cauſa paratus ſit ſatisfacere, ſupprimenti quidem veritatem abſolutio ſurrepta non prodeſt, & veritatem intelligens abſolutionem huiuſmodi exhibere non debet[a].

[a] c. officij. extra. eod.

Semel excommunicatus omni tempore tanquam excommunicatus vitandus eſt, niſi legitimè doceat ſe abſolutum[b].

[b] c. ſicut nobis. extra. eod.

## DE INTERDICTO,

### TITVLVS XII.

INterdictum, eſt ſententia à iudice eccleſiaſtico lata, quę diuina officia prohibet palàm celebrari, & ſacramenta Eccleſiaſtica miniſtrari.

Interdici autem ſolent, vel homines, vel loca, vel vtrumq; ſimul.

Et homines quidem interdicto ſupponi poſſunt, vel generaliter, vel ſpecialiter, vel ſingulariter. Generale interdictum hominum dicitur, cùm alicuius regni, vel prouinciæ, vel ciuitatis, aut caſtri populus diſtringitur: quo caſu locus ipſe interdicto non continetur, nec clerus. Quare poterit tunc in Eccleſijs non ſecus, ac priùs, celebrari omnibus peregrinis admiſsis, interdictis tamen excluſis[c]. Speciale aũt cõtra homines dicitur interdictũ, cùm aliqua multitudo ſub certo vocabulo comprehenſa, ſed in populo incluſa interdicitur: veluti collegium, vniuerſitas, Capitulum. Quo interdicto ſinguli eius vniuerſitatis, collegij, vel capituli dicuntur adſtricti tam clerici, quàm laici. Singulariter verò dicũtur interdicti, qui nõ ſub nomine collectiuo multitudinis, ſed nominatim ſunt expreſsi[d]. Hoc igitur interdicti genus in homines intortum quocunque ex tribus ſuprà dictis modis, hominem quocunque ſe transferat, vſque comitatur, nunquam eum deſerens: quapropter interdictus vbivis locorum cùm ſit, ab illis actib. arcetur, qui ex interdicti cauſa ſunt prohibiti.

[c] Gemin. c. ſi ſententia. col. ij. in fi. de ſenten. ex com. in 6.

[d] Sum. Ang. uer interdictum.

Æquè loca tribus ſuprà dictis modis interdici poſſunt.

Et generale quidẽ loci interdictum eſt, cùm prouincia, regnum, vel diœceſis interdicuntur. Speciale, cùm ciuitas, rus, caſtrum, pagus. Singulare, cũ Eccleſia, vel ſacellum. Quibus locorum interdictis nunquam homines continẽtur, quin extra loca interdicta poſsint diuorum celebrationi intereſſe, Eccleſiaſtica ſacramenta accipere, & ſepulturæ Eccleſiaſticę cõcedi, niſi ex his ſint, quorum odio ea loca interdicta fuerint[e]. Quo fit, vt cùm propter delictum domini, vel rectoris

[e] Sum. Ang. ubi ſuprà



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ciuitas eſt interdicta, aut alius locus, ciues tamen, vel municipes, & quilibet indigenæ, qui in vitio nō ſunt, dum modò & ipſi in domini, vel rectoris vltionem non fuerint interdicti, poſsint extra locum interdictū diuinis intereſſe, & Eccleſiaſticorum capaces ſint[a]. Si ciuitas, caſtrum, aut pagus ſubijciatur interdicto, eorum ſuburbia, & continentia ædificia eo ipſo interdicta intelliguntur, ne vili pendi & deludi poſsit ſententia interdicti, ſi in ſuburbijs liceat celebrari. Qua ratione, ſi Eccleſia ſit interdicto ſuppoſita, nec in ſacello eius celebrari, nec in cœmiterio Eccleſiæ contiguo ſepeliri poterit[b].

a c. ſi ſententia. de ſentent. ex cō. in 6.

b c. ſi ciuitas. de ſent. excom. in 6.

Ne verò temerè hanc interdicti pœnam irrogari contingat, ſtatuit Bonifacius VIII. ne quis interdicti ſententiam proferat, qui Canonicam monitionem non premiſerit[c], vt in Excommunicationis quoque & ſuſpēſionis ſententia olim per Gregorium decimum fuerat conſtitutum, & per Innocentium III.

c c. ſtatutum. de excom. in 6.

Item ſtatutum eſt, vt ſententia interdicti proferatur in ſcriptis, cauſa interdicti addita, eiúſque exemplum ſententiam paſsis intra mēſem, ſi fuerit petitum, edatur[d].

d c. 1. de ſent. excō. in 6.

Sed ne huiuſmodi interdictis durātibus fideles homines penitùs careant optatis Eccle- A ſiæ ſacramentis, quod graue damnū eſſet, Bonifacius VIII. ſua conſtitutione providit, vt interdicti quoque in locū prolati tempore pœnitentiæ munus etiam ſanis nō denegetur, niſi vel excommunicati ſint, nā hi mortis tēpore duntaxat admittuntur: vel niſi interdicto cauſam, aut eius authorib. ſuppetias dederint, qui niſi prius ſatisfecerint, vel cautione data promiſerint ſe ſatisfacturos, pœnitentiæ digni ſacramento nō exiſtimantur.

Idemque Bonifacius VIII. ne aliquorum delicta cauſam præbere poſsint, vt Eccleſia ſuis debitis obſequijs defraudetur, in B tereaq; Eccleſiarum miniſtri, dum ab ſuis muneribus immunitatem haberent, otio torperent, & fortè etiam ritus Eccleſiæ ſacros tam ipſi, quàm laici, obliuiſcerentur, ea propter cōſultè diſpoſuit, vt interdicti tēpore omnibus diebus in Eccleſijs miſſæ non minùs celebrentur, quàm priùs, ſubmiſſa tamē voce, & ianuis clauſis, excōmunicatis & interdictis excluſis, ſine campanarum tinnitu: quib. officijs, ſi qui clerici, vel Canonici non interfuerint, diſtributionibus Canonicis non ſecus priuatos eſſe iubet, quàm ſi nulla interdicti ſententia ſubeſſet: quatuor autem ſolennibus anni diebus ianuas quoque pateſieri Eccleſiæ, campanas pulſa-

A ri, & clara voce officia celebrari concedit: qui dies ſunt, Natalis Dominici, Paſchæ, Pentecoſtes, & Aſſumptionis ſacræ virginis, addito per Martinum ſolenni corporis Chriſti die vſq; ad octauam[a]: à quibus tamẽ officijs excommunicati arcendi ſunt, interdicti verò his diebus admittuntur, modò altari non appropinquent[b]. Quæ Bonifacij modò relata cõſtitutio longè meliùs & vtiliùs providit, quàm conſtitutio Gregoriana, quæ ante hanc emanarat: illa ſiquidem interdicti lati tempore ſemel in hebdomada tãtùm miſſas celebrari Euchariſtię cõficiendę gratia permittebat, voce ſuppreſſa, ianuisq; Eccleſiæ obſeratis, & omni campani æris tinnitu ceſſante[c]. B Pleniùs tamen vberiusq; providit, quàm cõſtitutio Innocentiana[d]: qua nec pœnitentia morientibus, nec verè pœnitentibus viaticũ denegatur, & cõceditur, vt clerici decedentes, qui tamen ſeruauerint interdictum, in cœmiterio Eccleſiæ ſine campanarũ pulſatione, ceſſantibus ſolennitatibus omnibus, cum ſilentio tumulentur, & vt in convẽtualibus Eccleſijs bini & bini, vel ſimul tres horas Canonicas valeant legere, non cantare, ianuis clauſis, interdictis & excõmunicatis excluſis, & voce ita demiſſa, quòd extrà audiri nõ poſsint.

a Summa Ange. uer. interdictum.

b c. ſi. de ſent. excõ. in 6.

c c. permittimus. extra. de ſent. excom.

d c. quod te. de pœnitẽ. & remiſ.

Baptiſmus, & Confirmatio, & Chriſmatis confectio, & viaticum, & pœnitentia, vt ſuprà diximus, item matrimonium interdicto vigente non cenſentur adempta[e].

Contra eos verò, qui interdicta non ſeruarint, ſiue clerici, ſiue laici ſint, Clemẽs v. providè ſtatuit, qd obſeruari debeat, & qua pœna ſint mulctandi: ſicut etiam contra eos, qui ceſſationem à diuinis iure factam fuerint tranſgreſsi[f]: de qua ceſſatione mox titulo ſequenti dicemus.

e c. ſacro. de ſent. excõ. d. c. quod in te. Ab. c. nõ eſt. de ſponſal.

f cle. 1. 2. & 3. de ſent. excom.

## DE CESSATIONE, TITVLVS XIII.

CEſſatio igitur, quam clerici faciunt, dum diuina officia laicorũ irritati iniurijs intermittunt, etſi interdicto ſimilis videatur, revera tamẽ aliud quid ab interdicto diverſum eſt, præſertim ſi ſpecialiter facta ſit[g]. Ea tamen interdicti exemplo non pro quavis offenſa leui, ſed pro grauioribus tantùm fieri debet, putà ſi onera clericis per laicos imponãtur, ſi contra eorum libertatem ſtatuta à laicis facta ſint, ſi à Principe ſeculari clericus detineatur captiuus: hæc quippe, & ſimilia poſſunt iuſtam cauſam ceſſationi præbere. Pẽſionis autem ſubtractæ cauſa nequaquã ceſſatio fieri poteſt[h].

g Summa Ange. uer. 1.

h c. quicunque ubi. uer. ceſſare. et uer. cauſa. de offi. ord. in 6.

Et quid in ceſſatione facienda ſeruari debeat, duo Romani Pontifices, Gregorius IX. ſcilicet & Bonifacius præſcripſerunt. Quorum alter, ſcilicet Bonifacius, ſtatuit, vt Canonici, quibus à diuinis ceſſandi ius eſt, id ne faciant, niſi omnibus Canonicis vocatis, perinde ac ſi electio quæpiam eſſet celebranda, & deliberatione inter ſe facta ab eo percontentur, qui ceſſationi cauſam præbet, an velit irrogatam offenſam ſarcire, qui ſi velle ſe ſarcire reſponderit, non ceſſabunt: ſin contrà, ceſſare poterunt, ita quòd intra mẽſem à ceſſatione vtraque pars, vel per ſe, vel per procuratores ad ſummum Põtificem iter arripiat, niſi cõcordia interim inter eos interceſſerit, & quàm celerrimè poterunt, ſe coram Pontifice Maximo ſiſtent, vt ille negotium finiat, meritosq; condignè puniat: quæ ſi pars ceſſare volens non ſeruarit, ceſſatio parui erit æſtimanda [a]. Alter verò, id eſt, Gregorius, hãc formam dedit, vt qui ceſſare volunt, propoſiti huius cauſam inſtrumento publico, vel literis patentibus exarent, ſuo, aut alieno authentico ſigillo ſignatis: illique edãt, cuius odio ceſſare decreuerint: quã ſi formam prætermiſerint, vel cauſam legitimam prætulerint, quicquid medio tempore ab ea Eccleſia tulerint, vel perceperint, reſtituere cogentur, nec aliquid deinceps percipient, eique, in cuius ceſſauerint contumeliam, de iniuria ſatiſfacient: at ſi non iniuſtè eos ceſſaſſe conſtiterit, quicquid ſua interfuerit, ab his repetẽt, quorũ irritati iniurijs ceſſauerint, & certam præterea quantitatem, quam prælatus fuerit arbitratus: eorumque reijcitur et damnatur conſuetudo, qui in huiuſmodi ceſſationibus crucem, aut virginis ſanctæ, aliorúmve ſanctorum imagines ſpinis, vel vrticis obruere conſueuerunt [b].

[a] c. quamuis de offic. ordi. in 6.

[b] c. ij. de offi. ord. in 6.

INDEX

# INDEX TITVLORVM INSTITVtionum IVRIS Canonici, editarum à Paulo Lancelotto, & Antonio Cuccho, ſecundum ordinem Alphabeti.


Accuſationibus, Denunciationibus, & Inquiſitionibus Lanc.lib.4, tit.1.col. 365

Adulterijs, & alijs Coniunctionibus illicitis Lan.lib.4 tit.8.col.393

Apoſtatis Cuc.lib.4.tit.5.col.210

Appellationibus Lanc.li.3.tit.17.col.347

Arbitris Lanc.lib.3.tit.4.col.281

Authoritate & uſu pallij Cuc.lib.1.tit.10.col.36

Baptiſmo, & eius effectu Lanc. lib.2.tit.3.col.123

Baptiſmo Cuc.lib.3.tit.2.col.147

Canonica portione Lanc. lib. 2. tit.25.col.230

Capellis Monachorũ Lan.l.2.t.22.co.220

Cenſibus, Exactionibus & Procurationibus Lanc.lib.2.tit.21.col.215

Ceſſatione Cuc.lib.4..tit.13 col.242

Clandeſtina deſponſatione Lanc. lib.2.tit.14.col.177

Clericis non reſidentibus Lanc.lib.1.tit.29.col.107. Cuc.lib.2.tit.4.col.87

Clericis Regularibus, & eorum ſtatu Cuc.lib.2.tit.1.col. 71

Coadiutore Lanc.lib.1. tit.16.col.42

Cognatione ſpirituali Cuc.lib.3. tit.15. columm.179

Collationibus Lanc.lib.1.tit.27.col.80

Communia tam maiorum, quàm minorum ordinum Lanc.lib.1.tit.24.col.62

Confirmatione Cuc.lib.3.tit.3.col.149

Confirmatione Electi, & conſecratione Cuc.lib.1.tit.9.col.32

Confirmatione Electionis Lanc.lib.1.tit.9.col.25

Conſecratione Lanc.lib.1.tit.10.col.31

Conſecratione Eccleſiæ, uel altaris Cuc.lib.2.tit.12.col.121

Conſtruendis, conſecrandis & reparandis eccleſijs, & Altaribus Lanc.lib.2.tit.18.colum.195

Conuerſione coniugatorum Cuc.lib.3. tit.12.col.169

Corepiſcoporum uſu ſublato Lãc.lib.1. tit.17.col.43

Crimine falſi Lanc.lib.4.tit.9. col.396, et Cuc.lib.4.tit.8.col.220

Decimis Lanc.l.2.tit.26.col.236, & Cuc.lib.2.tit.16.col.133

Depoſitione, ſeu Degradatione Lanc. lib.1.tit.20.col. 53

Deſpõſatione impuberum Cuc. lib.3.tit. 10.col.165

Diuerſis delictis Cuc.lib.4.tit.9.c.223

Diuortijs Lanc.li.2.tit.16.col.183. & Cuc.lib.3.tit.11.col.167

Dolo & Contumacia, & in poſſeſsionẽ miſſione Lanc.lib.3.tit.6 col.289

Duplici purgatione Lã. lib.4.tit.2.col.368

Eccleſijs ædificandis, uel reſtituendis, uel ſarciendi Cuc.li.2 tit.13.col. 124

Eccleſiaſtico interdicto Lanc.li.4.tit.14.colum.423

Eccleſiaſticis cenſuris Lanc.lib.4.tit. 12.colum 401

Eccleſiaſticis conſtitutionibus Lanc.lib.1.tit.3.col.8

Electione Lan.lib.1.tit.6.col.15.et Cuc.lib.1.tit.7.col.17

Epiſcopis, & ſummo Põtifice Lan.lib.1. tit.5 col.13

Euchariſtia Lan.l.2.ti.6.139

Exceptionibus & replicationibus Lan.lib.3.tit 8.col.296

Excommunicatione Cuc.li.4.ti.11.col.232

Executione rei iudicatæ Lanc.lib.3.tit.16.col.344

Extrema unctione Lan.lib.2.tit.7.col.143
Furtis Lan.li.3.ti.6.col.387
Gradibus cognationum Cuc.libr.3.tit.13.col.170
Gradibus & generibus affinitatis Cuc.li.3.ti.14.col.174
Hæreticis, & ſchiſmaticis, & Apoſtatis Lan.lib.4.tit.4.col.307
Hæreticis Cuc.lib.4.tit.3.col.203
His, qui crimen hæreſis quærere, & uindicare poſſunt Cuc.lib.4.tit.6.col.211
His, qui poteſtatem habent ordinandi, & literas commendatitias, ſeu dimiſſorias dandi Cuc.lib.1.tit.4.col.10
Homicidio Lanc.li.4.tit.10.col.397
Iis, qui in ſacris ſunt conſtituti Lanc.lib.1.tit.22.col.58
Iis, qui ſunt in minoribus ordinibus conſtituti Lanc.li.1.tit.23.col.61
Immunitate Eccleſiarum, & ſubiectione Lã.lib.2.tit.20.col.207
Immunitate Eccleſiarum Cu.l.2.ti.15.c.129
In ius uocando Lan.li.3.ti.5.col.284
Iniurijs, & damno dato Lan.lib.4.tit.11.colum.400
Inſtitutionibus, & iure Patronatus Lan.lib.1.tit.28.col.98
Interdicto Cu.lib.4.tit.12.col.237
Iudicijs & illorum diuiſione Lan.li.3.ti.1.col.255
Iudicijs Cuc.li.3.tit.16.col.181
Iuramento calumniæ Lan.li.3.ti.12.c.319
Iure Canonico Lan.li.1.ti.1.col.5, & Cuc.lib.1.tit.1.col.1
Iure diuino, Conſuetudine, & Conſtitutionibus Lan.lib.1.ti.2.col.6
Iure patronatus Cuc.li.2.t.10.col.114
Iure perſonarum Lanc.li.1.tit.4.col.12
Libelli conceptione, & oblatione Lan.li.3.tit.7.col.293
Litis conteſtatione Lan.l.3.tit.11.c.315
Mutuis petitionibus Lan.lib.3.tit.9.col.306
Nuptijs Lan.lib.2.tit.11.col.156
Officio Archidiaconi Lan.lib.1.tit.13.col.39, & Cu.lib.1.tit.16.col.58
Officio Archipresbyteri Lanc.lib.1.ti.14.col.40, & Cuc.li.1.t.17.c.60
Officio conſeruatorum Cu.l.1.t.15.c.56
Officio iudicis delegati Cuc.l.14.ti.1.c.50
Officio legati Cuc.l.1.t.13.col.44
Officio ordinarij Cuc.l.1.tit.12.c.40
Officio Primicerij, ſeu Cantoris Cuc.li.1.ti.18.col.62
Officio Sacriſtæ, & cuſtodis Cuc.li.1.t.19.col.63
Officio uicarij Lan.li.1.t.15.c.41
Officio utriuſque uicarij Cu.li.1.ti.20.c.65
Ordinibus Clericorum Cuc.l.1.ti 3.c.5
Pactis, & Tranſactionibus Lanc.lib.3.tit.3.col.279
Peculio Clericorum, relictis & ſucceſsionibus eorum Lanc.lib.2.tit.38.col.251
Peculio clericorum Cuc.li.2.t.18.c.142
Penſionibus Cuc.li.2 tit.9.col.112
Pœnis Cuc.lib.4.ti.10.col.227
Pœnitentia Cuc.lib.3.tit.4.col.150
Pœnitentijs & remiſsionibus Lan.li.2.ti.5.col.133
Poſtulatione Lanc.lib.1.tit.8.col.24
Poſtulatione prælatorum, & nominatione Cuc.lib.1.tit.8.col.27
Præbendis, & alijs beneficijs Lanc.li.1.tit.26.col.78
Præbendis Cuc.l.2.t.6.col.94
Probationibus Lan.lib.3.ti.14.col.322
Procurationibus Cuc.li.1.tit.22.col.69
Procuratoribus Lan.li.3.tit.2.col.269
Prohibita beneficiorum multiplicitate, & ſectione Cuc.lib.2.tit.8.col.106
Quæ matrimonium impedire poſſunt Lan.li.2.tit.12.col.161
Quando, & quibus ſolennitatibus res Eccleſiæ alienari poſſunt Cu.l.2.t.17.c.136
Qui clerici matrimonium contrahere poſſunt, qui non Cuc.lib.2.tit.3.col.85
Qui eligere, eligiue poſſunt Lanc.li.1.tit.7.col.21

Lib. Coll. Soc. Jesu Paderb. aᵒ 1614

Qui matrimonium accuſare poſſunt, uel contra illud teſtificari Lan.lib.2.t.15.c.179
Qui promoueri ad ordines non poſſunt Cuc. lib.1.tit.5.col.12
Qui promoueri non poſſunt Lanc. lib.1. tit. 25.col.67
Quibus modis beneficia uacent Cuc.li.2.tit. 7.col.105
Quibus modis de crimine agatur Cuc.lib.4. tit.1.col.193
Receptione, & authoritate Pallij Lan. li.1.tit.11.col.33
Regularibus, ac Monachis Lan.lib.1.t.30. col.109
Religioſis domibus Lan.l.2.ti.22.c.221
Religioſis domibus, earumq; ſubiectione Cu. li.2.tit.11.col.119
Renunciatione Lan.lib.1.tit.19.col.48, & Cu.lib.2.tit.14.col.125
Rerum diuiſione, atque illarum adminiſtratione Lanc.lib.2.ti.1.col.119
Rebus Eccleſiæ alienandis, uel non Lan, lib. 2.tit.27.col.244
Rebus ſacris, ſanctis & religioſis Lan.li.2. tit.17.col.195
Reſcriptis Cuc.lib.1.tit.2.col.2
Reſtitutione in integrum Lan lib,3.tit.18. col.361
Reſtitutione ſpoliatorũ Lan li.3.t.10.c.30
Sacerdotibus in inferiori gradu conſtitutis Lan.lib.1.tit.21.col.55
Sacra Vnctione Cuc.l.3.ti.6.col.154
Sacramento Chriſmatis Lan.l.2.t.4.c.130
Sacramento Euchariſtiæ Cu.li.3.ti.5.c.151
Sacramento Matrimonij Lan.li.2.tit.9.col. 145, & Cuc,lib.3.tit.8.col,156
Sacramento Ordinis Lan.li.2.ti.8.co.144, & Cuc.li.3.tit.7.col.155
Sacramentis Lan.lib.2.tit.2.col.120
Sacramentis Eccleſiæ Cuc.li.3.tit.1.col.145
Schiſmaticis Cuc.lib.4.tit.4.col.209
Sententia excommunicationis Lan. lib.4.ti. 13.col.402
Sententijs, & re iudicata Lan.lib.3. tit. 15. col.338
Sepulturis Lan.lib.2.tit.24.col.223
Simonia Lan.li.4.ti.3.col.370, & Cuc,li. 4.tit.2 col.199
Sortilegis, Maledicis, & Sacrilegis Lan.lib. 4.tit.5.col.384
Sponſalibus Lan.lib.2.tit.10.col.146, & Cuc.lib.3.tit.9.col.164
Suſpenſione Lan.lib.4.tit.15.col.427
Temporibus ordinationum Cu.lib.1.tit. 6.col.16
Teſtamentis Cuc.lib.2.tit.19.col.143
Translatione Lanc.lib.1.tit.18.col.44
Translatione Epiſcopi Cuc.lib.1.tit.11.colum.39
Triplici cognatione Lan.li.2.tit.13.co.169
Viſitatione per prælatos facienda Cuc. lib.1.tit.21.col.67
Vita & honeſtate clericorum Cuc.lib.2. tit. 2.col.78
Vita & honeſtate Prælatorum Lanc.lib.1. tit.12.col.35
Vnionibus Eccleſiarũ Lanc.li.2.ti.19.c.203
Voto Cuc.lib.2.tit.5.col.92
Vſuris Lanc.lib.4.tit.7.col.388, & Cuc. lib.4.tit.7.col.215
Vt lite pendente nihil innouetur Lan. lib.3. tit.3.col.321

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


PALMA ISING

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institu
tion. Juris
Pontific
Lancelot

Th
4765

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN